ri *Theophanem*, ſed *Gregorium*, ſubjungo hic propterea integram illam inſcriptionem, quæ ibi eſt talis: Τοῦ ῥηθορικωτάτου καὶ σοφωτάτου κυρίου ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ τοῦ ΚΕΡΑΜΕΩΣ, Μητροπολίτου Ταυρομενίας τῆς Σικελίας Ὁμιλία εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔτους In alio autem quodam Codice MSto Theologico Græco, olim CLXIVto, nunc autem CXI, vocatur idem Autor nec *Theophanes*, nec *Gregorius*, ſed ſolo cognomine Κεραμεὺς ſive *Figulus*, ut ex ſequenti inſcriptione videre eſt; Τοῦ μακαριωτάτου, σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Ταυρομενείας τῆς Σικελίας τοῦ ἐπίκλην ΚΕΡΑΜΕΩΣ Ὁμιλίαι εἰς τὰ ια΄ ἑωθινὰ εὐαγγέλια. Meminit hujus controverſiæ de *nomine* iſtius *Autoris* etiã Vir doctiſſimus *Leo Allatius*, Avunculi mei *Lucæ Holſtenij* in Bibliothecæ Vaticanæ Præfecturâ olim ſucceſſor, in Diatribâ ſive Diſſertatione de *Georgijs* & eorũ ſcriptis his verbis; *GEORGIVS, ſive ut alij volunt, GREGORIVS CERAMEVS, Taurominitanus Epiſcopus, cujus ſcripta etiam ſub THEOPHANIS, &, ſi Dijs placeat, ſub PHILIPPI CERAMITÆ nomine proſtant, ſcripſit Homilias in Evangelia Dominicalia & feſta totius anni, nunc demùm editas græcè & latinè, & Notis illuſtratas ex multorum Manuſcriptorum fide, à Franciſco Scorſo Pariſijs A. 1644 in folio. In ejuſdem Proœmio Iſagogico plura habes de eodem GREGORIO, ſive THEOPHANE, illiúſq; cognomine, patriâ, educatione, ætate, quâ floruerit, Epiſcopatu, peregrinationibus, perſecutionibus, pro Eccleſiæ ſuæ ſolicitudine toleratis, virtutibus, doctrinâ, dicendi methodo, & alijs. Et ne nomina deſint, NICEPHORI quoq; nomine eadem Homiliæ venditantur apud Verderium in Supplemento Bibliothecæ Geſnerianæ, & quidem in Catalogo Jacobi Marmoratæ, his verbis: NICEPHORI Figuli ſive CERAMEOS Explicatio & Sermones varij in ſanctum Evangelium. Hinc colligimus, unum & eundem Autorem ſub GEORGII, GREGORII, THEOPHANIS, PHILIPPI & NICEPHORI nominibus innotuiſſe; qui diverſus omninò eſt à Theophane Hymnorum ſcriptore, quamvis ab alijs confundatur.* Gretſerus de Cruce (1) *in Notis in ejuſdem duas Orationes de Cruce ſcribit eo tempore vixiſſe, quo adhuc Sicilia, vel certè pars Siciliæ Imperatoribus Conſtantinopolitanis parebat, idq; liquere ex fine ſecundæ Orationis pag. 1207, ubi Crucem invocans rogat, ut Imperatoribus ſit præſidio:* Κράτυνον τῇ ἰσχύϊ σου τοὺς πιστοὺς Βασιλεῖς ἡμῶν, *hoc eſt, Corrobora fortitudine tuâ fideles Imperatores noſtros. Sub* (2) *Joanne nempe &* (3) *Emanuele Comnenis, cùm Rogerij Regis Siciliæ Homiliâ in Domini-*

(1) Pag. 2717 ſupra citatæ editionis Ingolſtadienſis in folio.
(2) Cæpit imperare A. C. 1118.
(3) Succeſſit in Patri in Imperio A. 1143.

minicam Palmarum mentionem induxerit; quo præſente orationem illam habuit. Hucuſque *Leo Allatius.* Quid autem ipſe de eâdem *nominis* controverſiâ ſentiam, & cui opinioni adſtipuler, alio poſthac tempore indicabitur, cùm primùm *editio Pariſina*, ab *Allatio* quidem memorata, ſed à me hactenùs nondũ viſa, in manus meas pervenerit.

Tertiò, & quidem à fol. 209 pag. 1 uſque ad fol 222 pag. 2, ΓΕΩΡΓΙΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Νικομηδείας ὁμιλία εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην παρασκευὴν, καὶ εἰς τὴν σταύρωσιν· hoc eſt: *GEORGII Archiepiſcopi Nicomediæ Homilia in ſanctam magnam Paraſceven, & in Chriſti crucifixionem.* Ipſum autem Homiliæ iſtius principium eſt tale: Πρὸς ὑψηλωτάτην ἡμῖν ἀναδραμὼν ὁ λόγος πεφώτην &c. Hæc igitur illa videtur eſſe Oratio, cujus *Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Vniverſali meminit his verbis: *Georgij Nicomediæ Archiepiſcopi Oratio de Cruce, quam falsò quidam Pſello adſcripſere, exſtat græcè MS ta in 4to in Bibl. Imp. Viennæ.* Notandum autem hìc *primo* eſt, Orationem illam *Georgij Nicomedienſis*, de quâ in præſens agitur, nondum in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* à me fuiſſe repertam, cùm A 1665 Librum *primum* horum Commentariorum ederem, ideóque corrigendum eſſe, quod ibi paginâ 135 legitur, *valdè mihi placere & valdè probabilem videri conjecturam V. CL. Leonis Allatij, qui in Diatribâ ſuâ de Georgijs, ubi Georgij Nicomedienſis ſcripta recenſentur, exiſtimat, per Georgij Nicomedienſis à Friſio memoratam Orationem, quam alij Michaeli Pſello attribuerunt, ſignificari Michaelis Pſelli Orationem in* σταύρωσιν *ſive crucifixionem Chriſti, cujus principium:* Τὸν τοῦ σταυροῦ λόγον ὁ μὲν θεῖος Ἀπόστολος τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρίαν τίθεται &c. Nunc enim, poſtquam ipſa *Georgij Nicomedienſis* Oratio in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* à me reperta eſt, primo intuitu ex ſolâ *initiorũ differentiâ* manifeſtè apparet, eã ab alterâ illâ *Michaelis Pſelli* Oratione prorsùs diverſam eſſe. Notandum *ſecundò* eſt, *Georgium* Nicomediæ Archiepiſcopum à R. P. *Antonio Poſſevino* in Appendice Apparatûs ſacri corruptè appellari *Georgium Nicodium*, eundémque fictitium *Georgium Nicodium*, qui nunquam in rerum naturâ fuit, ſine ullâ controverſiâ delendum eſſe in ſuprà citatâ *Allatianâ Diatribâ de Georgijs*, ubi illius fit mentio his verbis: *GEORGII NICODII de Cruce liber ſic inſcriptus exſtat in Bibliothecâ Imperatoris Viennæ Auſtriæ, ut teſtatur Poſſevinus. An* (1) *lapſus exſcriptoris fuerit, & NICODIVS nobis pro NICOMEDIENSIS irrepſerit? Miror hanc Orationem de Cruce, cùm* (2) *pleráſq; alias* ex

(1) *Ita ſine ullo dubio eſt.*

(2) *Immò* tres *tantùm, ut in Indice Tomo* ſecundo *de S. Cruce præfixo videre eſt, quippe ubi* tres *illæ Orationes, ex Codicibus MStis* Cæſareis *depromptæ, notantur his literis ſingularibus* B. C. V.

ex eâdem Bibliothecâ erutas publicârit Gretſerus, non habuiſſe, vel habitam neglexiſſe. Hæc *Allatius.* Notandum *tertiò* eſt, haud mirum eſſe, Orationem illam *Georgij Archiepiſcopi Nicomedienſis* à R. P. *Gretſero* Operi ſuo de S. Cruce non eſſe inſertam. Quod enim ille Codicem hunc manuſcriptum *Cæſareum*, in quâ jam memorata exſtat Oratio, nunquam viderit, ſatis inde liquet, quia in editione *duarũ Orationum Theophanis Archiepiſcopi Taurominitani*, quas Tomo *ſecundo* de S. Cruce græcè & latinè inſeruit, nullam facit mentionem ullius Codicis MSti *Cæſarei*, ſed expreſsè teſtatur, ſe illas à *Maximo Margunio*, Epiſcopo quodam Græco, eſſe adeptum.

C I I I.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Centeſimus tertius (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt chartaceus mediocriter antiquus in *octavo* conſtátq; *quinquaginta tribus* folijs. Continentur eo hæc:

Primò, & quidẽ à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 51 p. 1, *S. Gregorij Nazianzeni Tragœdia*, ſeu potiùs *Tragicomœdia*, quæ vulgò inſcribitur Χριστὸς πάσχων, hoc eſt, *Chriſtus patiens*, & inter Opera ipſius exſtat Tomo II editionis Pariſiẽſis Morellianæ græco-latinæ in folio à pag. 253 uſq; ad pag. 298. In Codice autẽ hoc MSto *Cæſareo* inſcribitur ea hoc modo: Τὸ ΚΟΣΜΟΣΩΤΗΡΙΟΝ ΠΑΘΟΣ, τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Θεολόγου δρᾶμα κατ᾽ Εὐριπίδην. Sequitur deinde *Hypotheſis* ſive *Argumentum Tragœdiæ*, & porrò ipſa *Tragœdia* cum anonymi cujuſdam antiqui *Scholiaſtæ Expoſitione interlineari*, incipitque *Hypotheſis*, ut in editionibus impreſſis, hoc verſu: Ἐπεὶ δ᾽ ἀκούσας εὐσεβῶς ποιημάτων &c. Cæterùm nec ſilentio prætereundum eſt, eandem *Tragœdiam* à nonnullis contra veterum Codicum MStorum autoritatem *S. Gregorio Nazianzeno* abjudicari, & loco ejus attribui (2) *Apollinari Laodiceæ in Syriâ Epiſcopo*, ſacrâ poeſi iiſdem temporibus inclyto, cujus etiamnunc exſtat *Metaphraſis Pſalterij Davidici verſibus heroicis*. Hâc igitur de controverſiâ ſi quis plura ſcire deſideret, conſulat R. P *Philippi Labbæi* Diſſertationem de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & reliquos ab eo ibidem citatos Autores, inter quos præcipuum obtinet locum Eminentiſſ. Card. *Bellarminus*, qui in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis dubitationem ſuam indicat, ejúſque rationem reddit his verbis: *Tragœdia CHRISTVS PATIENS non videtur habere gravitatem ſolitam Nazianzeno, præſertim cùm deſcribitur ejulatus Matris Chriſti, quæ prudentiſſima & conſtantiſſima erat.* Hæc Card. *Bellarminus.* Mihi autem, ut verum fatear, ratio illa vel nullius, vel certè exigui videtur eſſe ponderis.

(2) *Vide* Card. Baronij *Annal. Eccleſ. Tom. I. an.* 34 *num.* XXII, & Joan. Sarisberien. *de Nugis Curialium lib.* 8 *cap.* 21, *ubi exſtat inſigne teſtimonium de* Apollinaris *eruditione & ſcriptis poeticis; inter quæ etiam ſpeciatim fit mentio* Tragœdiarum, *quas ad imitationem* Euripidis *compoſuit.*

deris. Si enim ea ſola ad controverſiam iſtam dijudicandam ſatis valida eſſet, poſſent profectò longè majori jure non pauca alia *S. Gregorij Nazianzeni* genuina Carmina, tanquam gravitati tanti Viri minùs congrua, reijci & haberi pro ſuppoſititijs.

Secundò, & quidem à fol. 51 pag. 2 uſq; ad fol. 53 pag. 1, *Georgij Chœrobosci* Grammatici pervetuſti & celebris, *Libellus de vigint. ſeptem Tropis & Figuris Poeticis*, cujus titulus & principium: Γεωργίου Χοιροβόσκου περὶ τρόπων πάσης παλαιᾶς καὶ νέας γραφῆς· Ποιητικοὶ τρόποι εἰσὶν κζ, ἀλληγορία, μεταφορά, κατάχρησις, μετάληψις, &c. Meminit hujus Libelli etiam V. CL. *Leo Allatius in Diatribâ de Georgijs*, ibidémque de *ætate* hujus *Georgij Choerobosci* ſic ſcribit: *Eum tandem haud recentem, ſed ſatis antiquum fuiſſe, & ante Imp. Anaſtaſij Dicori tempora famam ſibi comparâſſe, vel inde colligas, quod illius teſtimonio non ſemel Stephanus Grammaticus de Urbibus, qui dictum Imperatorem præceſſerat, vel ejus Epitomator Hermolaus, qui Juſtiniano imperante, cui Epitomen nuncupaverat, Byzantij florebat, dicta ſua comprobant* Hucuſque *Allatius*.

C I V.

Centeſimus quartus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt chartaceus mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátq; *centum & undecim folijs*. Continetur eo *S. Gregorij Nazianzeni Tragœdia* ſeu potiùs *Tragicomœdia*, quæ vulgò quidem Χριστὸς πάσχων hoc eſt, *Chriſtus patiens*, in proximè autem præcedenti Codice MSto *Cæsareo* Τὸ κοσμοσωτήριον Πάθος inſcribitur. Præfixa illi eſt in poſteriori hoc Codice *Vita S Gregorij Nazianzeni*, ex *Suidæ Lexico* deſumpta, cujus principium: Γρηγόριος Ναζιανζοῦ Ἐπίσκοπος, (σασιμῶν δέ ἐστιν οὗτος Καππαδοκίας) ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, &c. Notabile autem eſt, inter *Scripta S. Gregorij Nazianzeni*, quæ ibi à *Suidâ* enumerantur, etiam *Tragœdiæ* iſtius *ſacræ*, ad imitationem *Euripidis* compoſitæ, expreſſam fieri mentionē his verbis: Οὗτος ἔγραψε καταλογάδην πολλὰ· εἰς γὰρ τρεῖς μυριάδας στίχων τὰ συντάγματα αὐτοῦ συνέθηκεν, ἀφ' ὧν εἰσὶ τάδε· περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀδελφοῦ Καισαρείου, ἐπιτάφιος εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ἕτερος εἰς τὴν ἀδελφὴν Γοργονίαν, ΤΟ ΚΑΤ' ΕΥΡΙΠΙΔΗΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΠΑΘΩΝ, περὶ φιλοπτωχίας, &c; In editionibus enim *Suidæ* impreſſis verba hæc τὸ κατ' Εὐριπίδην περὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ παθῶν (ſcilicet δρᾶμα) perperàm omiſſa ſunt. Cæterùm finitâ illâ S. Gregorij Nazianzeni Vitâ, ſequitur ἡ Ὑπόθεσις τοῦ δράματος ſive *Argumentum Tragœdiæ*, Ἐπεὶ δ' ἀκούσας; &c, & porrò

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* ducenteſimus duodecimus.

porrò ipſa *Tragœdia* Εἶθ' ὄφελ' ἐν λειμῶνι &c. unà cum anonymi cujuſdam antiqui *Scholiaſtæ græci Expoſitione* partim *marginali*, partim *interlineari*, diverſâ tamen ab illâ, quæ exſtat in proximè præcedenti Codice.

C V.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Centeſimus quintus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque folijs *novem*, & ad V.CL. *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Didymi Alexandrini*, ab infantiâ licet cœci, ob multa tamen, quæ compoſuit, egregia Opera, & quòd *Hieronymum* in Ægypto habuerit diſcipulum, celeberrimi, *Liber contra Manichæos*, cujus titulus & principium: ΔΙΔΥΜΟΥ κατὰ Μανιχαίων. Οὐδεμία ἀντίθεσις ἐναντίων ἐξ ὅλων ἀντίκειται, τῷ καὶ κοινά τινα ὑπάρχειν τοῖς ἐναντίοις· οἷοι τὸ λευκὸν &c; finis autem: ἑκατέρα γὰρ ἀνταπόδοσίς ἐστιν, ἡ μὲν τοῖς ἀγαθοῖς μισθὸν φέρουσα, ἡ δὲ τιμωρίαν κατὰ τῶν ἑκουσίως παραβεβηκότων τοὺς θείους νόμους. Edidit quidem hunc *Didymi* Librum R.P. *Antonius Poſſevinus* in Apparatu Sacro ſub literâ D à pag. 421 uſq; ad pag. 427 editionis Venetæ A. 1603 in folio, ut & V.CL. *Henricus Caniſius* Tomo quinto Antiquæ Lectionis à pag. 15 uſq; ad pag. 29 edit. Ingolſtadienſis A. 1604 in quarto, ſed uterq; tantùm *latinè* ſecundùm translationẽ R.P. *Franciſci Turriani* è Soc. Jesv, ideóq; veterũ ejuſmodi monumentorũ Eccleſiaſticorũ amatoribus ſine dubio erit gratiſſimum, ſi ex Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* ipſe etiam *Græcus* iſtius Libri *contextus* aliquando in lucem prodierit; nempe tanquam non contemnendum ſupplementum *Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis*, utpote ubi ille *Didymi* Liber tàm *latinè*, quàm *græcè* omiſſus eſt.

C VI.

(2) *Fuit is olim extra numerum.*

Centeſimus ſextus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt chartaceus antiquus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *ducentis triginta octo*, & eſt unus ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 22 pag. 2, *S. Gregorij, Nyſſæ in Cappadociâ Epiſcopi, Homiliæ octo* εἰς τοὺς μακαρισμούς, ſive, *de octo Beatitudinis comparandæ modis, quorum ipſe Servator noſter Chriſtus apud S. Matthæum cap. 5 meminit. Prima earum* Homiliarum deeſt ibi tota, quia Codex ille præ vetuſtate in principio eſt mutilus; *ſecundæ* autem Homiliæ prior pars pluſquam dimidia

midia deeſt uſque ad hæc verba (1) κατὰ τὸν βίον ὑποδειγμάτων σαφηνίζει τὸν λόγον. διπλῆ τῆς ἑκάστου προαιρέσεως &c. Reliqua enim ejuſdem Homiliæ pars poſterior κατὰ τὸν βίον &c, ut & ſequentes *ſex* Homiliæ, nempe *tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima* & *octava*, ſuperſunt ibi integræ.

Secundò, & quidem à fol. 23 pag. 1 uſque ad fol. 41 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Homiliæ quinque in Orationem Dominicam*, quarum *prima* incipit: (2) Εὐχῆς ἡμῖν διδασκαλίαν ὁ θεῖος ὑφηγεῖται λόγος, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 41 pag. 1 uſque ad fol. 52 pag. 1 ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni de vitâ ſororis ſuæ Macrinæ Epiſtola ad Eupreprium Epiſcopum*; quæ ibi inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ εἰς Μακρίναν τὴν ἀδελφὴν ἐπιστολὴ γραφεῖσα πρὸς ΕΥΠΡΕΠΙΟΝ ἘΠΙΣΚΟΠΟΝ. Τὸ μὲν εἶδος τοῦ βιβλίου, ὅσον ἐν τῷ τῆς προγραφῆς τύπῳ, ἐπιστολὴ εἶναι δοκεῖ, τὸ δὲ πλῆθος ὑπὲρ τὸν ἐπιστολιμαῖον ὅρον ἐστὶν, &c. Exſtat quidem hæc Epiſtola græcè & latinè in Appendice Operum *S. Gregorij Nyſſeni*, à R. P. *Jacobo Gretſero* adornatâ, & Pariſijs ex Officinâ Nivellianâ A. 1618 in folio editâ, pag. 177, ſed ibi in margine adnotatum eſt, ſcriptam eſſe hanc Epiſtolam ad *Olympium Monachum*. Vide etiam Em. Card. *Baronij* Notas ad Martyrologij Romani diem 19 Julij, ubi celebratur memoria *S. Macrinæ*, & Annal. Eccleſiaſt. Tom. IV, an. 378, pag. 396 editionis Plantinianæ.

Quartò, & quidem à fol. 52 pag. 1 uſque ad fol. 76 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Dialogus ad Macrinam ſororem de Anima*, cujus titulus & principium: (3) Τοῦ αὐτοῦ Διάλογος πρὸς Μακρίναν τὴν ἀδελφὴν περὶ ψυχῆς. Ἐπειδὴ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου &c.

Quintò, & quidem à fol. 78 pag. 1 uſque ad fol. 84 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio de Deitate Filij & Spiritûs Sancti, cui etiam inſerta eſt laudatio conſtantis fidei Abrahami Patriarchæ*. Ipſa tituli græci verba unà cum principio Orationis ſunt ibi hæc: (4) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης περὶ θεότητος Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, καὶ εἰς τὸν Ἀβραάμ. Οἷόν τι πάσχουσι πρὸς τοὺς πολυανθεῖς &c.

Sextò, & quidem à fol. 84 pag. 2 uſque ad fol. 91 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio in Nativitatem ſeu diem natalem Chriſti, & in Infantes, qui ab Herode occiſi ſunt*; cujus principinm: (5) Σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ &c.

(1) *Vide Operum S.* Gregorij Nyſſeni *editionem græco latinam Pariſienſem Morellianâ A.* 1615 *in folio. Tom I pag* 776.

(2) *Vide ibid. Tom. I pag.* 712; *ſed ibi in principio pro* Εὐχῆς *legitur* Προσευχῆς.

(3) *Vide ibid. Tom. II pag.* 613, *ubi inſcriptio iſtius Dialogi Pariſina ab hâc manuſcriptâ Cæſareâ non mediocriter diſcrepat.*

(4) *Vide ibid. Tom. II pag.* 896.

(5) *Vide ibid. Tom. II pag.* 771.

Septimò, & quidem à fol. 92 pag. 1 uſque ad fol. 97 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio in S. Stephanum Protomartyrem*, cujus principium: (1) Ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία, &c.

(1) *Vide ib a. Tom. II pag.* 786.

Octavò, & quidem à fol. 97 pag. 2 uſque ad fol. 106 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio funebris in laudem fratris ſui S. Baſilij Magni*, cujus titulus & principium: (2) Τοῦ αὐτοῦ Ἐγκώμιον εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον τὸν ἴδιον ἀδελφόν. Καλὴν ἐπέθηκεν ὁ Θεὸς τὴν τάξιν &c.

(2) *Vide ibid. Tom. II pag.* 911.

Nonò, & quidem à fol. 106 pag. 1 uſque ad fol. 113 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio in Feſtum ſanctorum Luminum*, cujus titulus & principium: (3) Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ἅγια φῶτα. Νῦν γνωρίζω τὴν ἐμὴν ἀγέλην, &c.

(3) *Vide ibid. Tom. II pag.* 798.

Decimò, & quidem à fol. 113 pag. 1 uſque ad fol. 118 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Homilia de Pauperibus amandis*, εἰς τὸ, Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων, ἐμοὶ ἐποιήσατε hoc eſt, *in illud, Quicquid uni horum feciſtis, mihi feciſtis*; cujus principium: (4) Ἔτι πρὸς τῷ θεάματι τῆς φοβερᾶς τοῦ Βασιλέως ἐπιφανείας εἰμὶ &c.

(4) *Vide ibid. Tom. I pag.* 881.

Vndecimò, & quidem à fol. 118 pag. 2 uſque ad fol. 131 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Homilia de non dolendo ob eorum obitum, qui in fide obdormierunt*; cujus titulus & principium: (5) Τοῦ αὐτοῦ εἰς κοιμηθέντας. Οἱ τὴν ἀναγκαίαν τῆς φύσεως ἡμῶν ἀκολουθίαν &c.

(5) *Vide ibid. Tom. II. pag.* 1049.

Duodecimò, & quidem à fol. 131 pag. 1 uſque ad fol. 134 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Encomium in S. Martyrem Theodorum*, cujus principium: (6) Ὑμεῖς ὁ τοῦ Χριστοῦ λαός, &c.

(6) *Vide ibid. Tom. II pag.* 1002.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 134 pag. 2 uſque ad fol. 138 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio funebris in laudem magni Meletij Epiſcopi Antiochiæ*, cujus principium: (7) Ηὔξησεν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν Ἀποστόλων &c.

(7) *Vide ibid. Tom. II pag.* 1019.

Decimo quartò, & quidem à fol. 138 pag. 2 uſque ad fol. 145 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Orationes* (8) *duæ in Sanctos Quadraginta Martyres Sebaſtenos*, quarũ prior incipit: Οἷς ἀνιᾶδε τοὺς πολλοὺς στοχάζομαι, &c; poſterior autem: Χθὲς οἱ μάρτυρες πρὸς ἑαυτοὺς τὸν λαὸν ἐκάλουν, &c.

(8) *Vide ibid. Tom. II pag.* 931 & 936.

Decimo quintò, & quidem à fol. 145 pag. 1 uſque ad fol. 153 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio in Sanctum Paſcha & de triduano Feſto Reſurrectionis Chriſti*, cujus principium: (9) Εἴ τις Πατριαρχῶν εὐλογία &c.

(9) *Vide ibid. Tom. II pag.* 814.

Deci-

Decimo ſextò, & quidem à fol. 153 pag. 2 uſq; ad fol. 160 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio de Reſurrectione Chriſti, & de Evangeliſtarum in eâ narrandâ conſenſu*; cujus principium: (1) Πάντες μὲν, ἀγαπητοὶ, ὡς εἰπεῖν ἀποδέχονται &c.

(1) Vide ibid. Tom. II pag. 832.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 160 pag. 1 uſque ad fol. 165 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio in Sanctum Paſcha & de Reſurrectione, habita in ſanctâ & magnâ Dominicâ*; cujus principiũ, (2) Οἱ μὲν πένητες τῶν ἀνθρώπων &c. In fine autem mutila eſt, & pertingit tantùm uſque ad hæc verba: (3) Ἐπειδὰν δὲ παρέλθωσι τέσσαρες δεκάδες ἐνιαυτῶν, ἀρχὴ τῆς ὑποστροφῆς, καὶ πολιὰ ἠρέμα - - - . Ubi obiter notandum eſt, tria hæc verba καὶ πολιὰ ἠρέμα, in editione *Pariſinâ* perperàm omiſſa eſſe, mutiléque ibi legi hoc modo: ἀρχὴ τῆς ὑποστροφῆς κάμνει τὴν κεφαλήν. Re verâ enim legendum eſt: ἀρχὴ τῆς ὑποστροφῆς, καὶ πολιὰ ἠρέμα κάμνει τὴν κεφαλὴν, &c.

(2) Vide ibid. Tom. II pag. 848.

(3) Vide ibid. Tom. II pag. 861.

Decimo octavò, & quidem à fol. 166 pag. 1 uſque ad fol. 171 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola ad Ablabium de eo, quòd non credendum ſit tres Deos dici oportere*. Eſt autem ea in principio mutila, & incipit ab his verbis - - - (4) τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγοντες, τρεῖς δὲ Θεοὺς λέγειν ἀπαγορεύοντες. Ὁ μὲν οὖν λόγος &c.

(4) Vide ibid. Tom. II pag. 448.

Decimo nonò, & quidẽ à fol. 171 pag. 1 uſq; ad fol. 175 pag. 1, ejuſdẽ *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola ad Petrum fratrẽ ſuũ de differentiâ* οὐσίας *ſive eſſentiæ &* ὑποστάσεως, hoc eſt, *ſubſtantiæ ſive ſubſiſtentiæ*; cujus principium: (5) Ἐπειδὴ πολλοὶ τόν τε τῆς οὐσίας λόγοι &c.

(5) Vide ibid. Tom. II pag. 460.

Vigeſimò, & quidem à fol. 175 pag. 1 uſque ad fol. 183 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola ad Hierium de Infantibus, qui præmaturè abripiuntur*; cujus principium: (6) Σοὶ μὲν, ὦ ἄριστε, πάντες σοφισταί τε καὶ λογογράφοι &c.

(6) Vide ibid. Tom. II pag. 749.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 183 pag. 2 uſque ad fol. 187 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola ad Harmonium de nomine & profeſſione Chriſtianorum*; cujus principium: (7) Ὅπερ ποιοῦσι πρὸς τοὺς κρατοῦντας &c.

(7) Vide ibid. Tom. II pag. 699.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 187 pag. 1 uſq; ad fol. 189 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola ad Theophilum Archiepiſcopum Alexandrinum contra Apollinarem*; cujus titulus & principium: (8) Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν θεοφιλῆ Θεόφιλον Ἀρχιεπίσκοπον Ἀλεξανδρείας κατὰ Ἀπολιναρίου. Οὐ μόνης ἐστὶ τῆς κοσμικῆς σοφίας &c.

(8) Vide ibid. Tom. II pag. 693.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 189 pag. 1 uſque ad fol. 198

pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola contra Fatum*; cujus principium: (1) Μέμφῃ πάντως, ὅτι μοι γέγονεν, &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 198 pag. 2 uſque ad fol. 210 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola ad Aſcetas ſive Religioſos de propoſito ſecundùm Deum & de aſceſi ſive exercitatione ſpirituali ſecundùm veritatem*; cujus principium: (2) Εἴ τις μικρὸν ἀποςήσας τοῦ σώματος &c. Notandum autem hìc *primò* eſt, in Epiſtolæ hujus editione *Pariſinâ* græco-latinâ lacunam hanc aſterico notatam, (3) ἃ περὶ τῶν αἰωνίων καρπῶν. παρὰ τὸν βίον ὁ τοῦ σπουδαίου * ἐνταῦθα βλαςάνει, ex Codice hoc MSto *Cæſareo* ſupplendam eſſe hoc modo: ἃ πρὸ τῶν αἰωνίων καρπῶν παρὰ τὸν βίον ὁ τοῦ σπουδαίου ΠΕΡῚ ΤΗΝ ΕΥΧΗΝ ΠΌΝΟΣ ἐνταῦθα βλαςάνει. Notandùm *ſecundò* eſt, in eadem editione *Pariſinâ* Epiſtolam hanc claudi his verbis: (4) εἰ δὲ μήγε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ Πατρὶ ὑμῶν, τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· αὐτῷ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. In Codice enim hoc MSto Cæſareo eſt Epiſtola hæc in fine aliquanto auctior, deſinitque hoc modo: εἰ δὲ μήγε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ Πατρὶ ὑμῶν, τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· Οὕτως ἀποςρέφεσθαι κελεύει καὶ φεύγειν τοὺς τοιούτους καὶ παρὰ θνητῶν ἐπαίνους, καὶ τὴν μαργαινομένην καὶ φεύγουσαν ἡμᾶς δόξαν, ζητεῖν δὲ μόνην ἐκείνην, ἧς οὐδὲ κάλλος ἐςὶν εἰπεῖν, οὐδὲ πέρας εὑρεῖν· δι' ἧς καὶ αὐτοὶ δυνησόμεθα δοξάζειν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα νῦν τε καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 210 pag. 1 uſque ad fol. 228 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio de Vitâ S. Gregorij, Neocæſareæ in Ponto Epiſcopi*, ob frequentia miracula cogomine *Thaumaturgi*; cujus principium: (5) Ὁ μὲν σκοπὸς εἷς ἐςὶ τοῦ τε ἡμετέρου λόγου &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 228 pag. 1 uſque ad fol. 229 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio* ſeu potius *Epiſtola ad Evagrium Monachum de Divinitate* ſive *Deitate*; cujus titulus & principium: (6) Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Εὐάγριον μονάζοντα περὶ Θεότητος· Σφόδρα σε θαυμάζω καὶ λίαν ἐκπλήττομαι τῆς ἀσφαλείας τῆς τηλικότητος, &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 229 pag. 2 uſque ad fol. 230 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Homilia in Sanctam Pentecoſten*, cujus principium: (7) Πᾶσαν ἑορτῆς ὑπόθεσιν φαιδροτέραν ὁ Δαβὶδ

(1) *Vide ibid. Tom. I pag. 894.*

(2) *Vide ibid Tom. II. pag. 730.*

(3) *Vide ibid. Tom. II pag. 741.*

(4) *Vide ibid. Tom. II pag. 743.*

(5) *Vide ibid. Tom. II pag. 966.*

(6) Oratio *hæc ſeu potius* Epiſtola ad Evagriū *attribuitur aliàs* S. Gregorio Nazianzeno, *ut Libri tertij horum Commentariorum pag.* 182, *ubi de Codice MSto Theologico Græco* LXXIX*no agitur, videre eſt. Eadem quoq; exſtat inter Opera* S. Gregorij Nazianzeni *græcè & latinè Pariſijs A.* 1609 *in folio edita Tom.* 1 *pag.* 717. (7) *Vide ſuprà citatam Operum* S. Gregorij Nyſſeni *editionem græco-latinam* Pariſienſem *Tom.* 1 *pag.* 976.

Δαβὶδ δὲ ἑαυτοῦ ἀπειργάζετο, &c. Exſtat ea quidem in ſuprà citatâ Operum *S. Gregorij Nyſſeni* editione græco-latina *Pariſienſi* Tom. I pag. 976 & 977, ſed tantùm *latinè*, & reſpectu finis magnâ ex parte mutila, poteſtq; beneficio hujus Codicis MSti Cæſarei, quatenus & ille præ vetuſtate integer eſt, *ſupplemento* quodam augeri. Deſinit nempe ea ibi ob unius aut plurium foliorum defectum his verbis: Τοῦ δὲ μεγάλου Παύλου τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ταύτας τὰς φωνὰς ἐφαρμόσαντος - - -

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 231 pag. 1 uſque ad fol. 237 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio de Vitâ S. Patris Ephram Syri*, quæ in principio ibi mutila eſt, incipitque his verbis - - - (1) ὡς αὐτὸν εἰπεῖν οὑτωσὶ τοῦ βίου ἀπαίροντα· καλὸν γὰρ αὐτὰ τὰ ῥήματα, &c.

(1) *Vide ibid. Tom. II pag. 1032.*

Digniſſimus profectò eſt hic Codex MStus, ut Operum *S. Gregorij Nyſſeni* hactenùs impreſſæ editiones diligenter & accuratè cum eo conferantur, ejúſque ope emendentur & ſuppleantur. Silentio denique haud prætereundum eſt, Codicem hunc exaratum eſſe manu cujuſdam *Geneſij*, qui in fine folij 237mi ipſe nomen ſuũ indicat his verbis: Ὥσπερ ξένοι χαίρουσιν ἰδεῖν πατρίδα, οὕτως καὶ οἱ γράφοντες βιβλίου τέλος. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ βοήθει τῷ σῷ δούλῳ ΓΕΝΕΣΙΏ.

C V I I.

Centeſimus ſeptimus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt chartaceus mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque folijs *ducentis ſexaginta duobus*. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducenteſimus quadrageſimus ſeptimus.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 63 pag. 2 *S. Gregorij Nyſſeni Homiliæ octo* εἰς τοὺς μακαρισμούς, ſive, *in octo Beatitudinis comparandæ modos, quorum ipſe Servator noſter Chriſtus apud S. Matthæum cap. 5 meminit.* Earum prima incipit his verbis: (3) Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Τίς ἄρα τοιοῦτός ἐστιν ἐν τοῖς συνειλεγμένοις &c.

(3) *Vide Operum S.* Gregorij Nyſſeni *editionem græco latinam Pariſienſem Tom. I pag. 762.*

Secundò, & quidem à fol. 64 pag. 1 uſque ad fol. 85 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola ad Olympium Monachum de Perfectione, & qualem oporteat eſſe Chriſtianum*; cujus principium: (4) Πρέπουσα τῇ προαιρέσει σου ἡ σπουδὴ &c.

(4) *Vide ibid. Tom. II pag. 707.*

Tertiò, & quidem à fol 85 pag. 1 uſque ad fol. 92 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola ad Harmonium de nomine & profeſſione Chriſtianorum*, cujus principium: (5) Ὅπερ ποιοῦσι πρὸς τοὺς κρατοῦντας &c.

 Quar-

(5) *Vide ibidem Tom. II pag. 699.*

Quartò, & quidem à fol. 93 pag. 1 uſque ad fol. 145 pag. 1 & porrò à fol. 151 pag. 1 uſque ad fol. 166 pag. 2, *Severiani Gabalorum in Syriâ Epiſcopi Orationes ſex in* Κοσμοποιΐαν ſive *Creationem Mundi*, quæ in hoc Codice MSto perperàm attribuuntur *S. Joanni Chryſoſtomo*; rectè autem à Viro doctiſſimo *Henrico Savilio* ſub vero *Severiani* nomine primùm *græcè* editæ ſunt, (1) quemadmodũ is eas ex alio quodam *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Códice MSto, inter Codices MStos Theologicos Græcos olim quidem *trecenteſimo primo*, nunc autem *centeſimo decimo*, à V. CL. (2) *Sebaſtiano Tengnagelio* benignâ communicatione acceperat. *Prima* illarum *ſex* Homiliarum incipit in Codice MSto CVIImo, de quo in præſens agitur, his verbis: (3) Ἡ ἱστορία αὕτη ἐστὶ μὲν Μωϋσέως τοῦ νομοθέτου σύγγραμμα &c. In altero autem *Codice Cæſareo centeſimo decimo*, ut & in editione impreſſâ *Savilianâ*, eſt ea in principio aliquanto auctior, incipitque hoc modo: (4) Πᾶσα εὐσεβείας ὑπόθεσις τῶν ψυχῶν ἐστι τῶν ἡμετέρων διόρθωσις &c. *Secunda* earundẽ Homiliarum incipit (5) Ψυχῆς πόθον ἐγείρει Θεοῦ λόγος &c; *tertia*, (6) Ὁ μὲν τοῦ κόσμου τεχνίτης &c; *quarta*, (7) Κάμνουσαν ἡμῖν τὴν φωνὴν &c; *quinta*, (8) Πολλὰ μὲν καὶ μεγάλα τὰ περὶ τοῦ &c. *ſexta*, (9) Φέρε πάλιν τῆς ἐπαγγελίας ἁψώμεθα, &c.

Quintò, & quidem à fol. 145 pag. 1 uſque ad fol. 150 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio*, cujus principium: Καλοὶ τῆς ὑπομονῆς οἱ πόνοι, &c. Exſtat ea in Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græcâ *Savilianâ* Tom. V pag. 648, & inſcribitur hoc modo: Εἰς τὸ, πῶς ὁ Ἀδὰμ ἔλαβε τὴν ψυχὴν, καὶ περὶ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ hoc eſt: *In illud, Quomodo Adam acceperit animam, & de Paſſione Chriſti.* Refertur autem ibi hæc Oratio inter ſcripta *S. Joannis Chryſoſtomi*, quæ cenſentur *dubiæ fidei.*

Sextò, & quidem fol. 166 pag. 2 & fol. 167 pag. 1, anonymi cujuſdã Autoris (10) *Epigramma in Imaginem Chriſti crucifixi*, ab Imperatrice Conſtantinopolitanâ *Theodorâ*, quæ A. C. 842 poſt obitum mariti ſui *Imp. Theophili* cum filio ſuo *Michaele Methyſtâ* imperare cœpit, Conſtantinopoli erectam & dedicatam, quod conſtat *viginti novem* verſibus, atque incipit hoc modo:

Σοῦ Χριστὲ τὴν ἄχραντον εἰκόνα βλέπων,
Σταυρῷ τε τὸν σὸν ἐκτύπως γεγραμμένον, &c.

Impe-

(1) Nempe Tomo ſeptimo Operum S. Joannis Chryſoſtomi, Henrici Savilij curâ & ſtudio octo Tomis in folio Etonæ in Angliâ græcè editorum, à pag. 587 uſque ad pag. 640. (2) Huc pertinent Epiſtolæ tres, ab ipſo Henrico Savilio eâ de cauſâ ad Sebaſtianum Tengnagelium A. 1610 & A. 1613 ſcriptæ, quas Additamento vigeſimo primo Appendicis Libri tertij horum Commentariorum pag. 383, 384 & 385 integras inſerui. (3) Vide Operum S. Joannis Chryſoſtomi editionem Savilianam Tom. VII pag. 588 (4) Vide ibid pag. 587. (5) Vide ibid. pag. 594. (6) Vide ibid. pag 600. (7) Vide ibid pag 607. (8) Vide ibid. pag. 618. (9) Vide ibid. pag. 638. (10) Si Epigramma hoc hactenùs nondum ſit editum, dignum profectò eſt, ut Supplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ inſeratur, ac divulgetur.

Imperatricis autem *Theodoræ* fit ibidem nominatim mentio his verſibus:

> Ἄνασσα ΘΕΟΔΩΡΑ, πίστεως φύλαξ,
> Σὺν τοῖς ἑαυτῆς χρυσοπορφύροις κλάδοις
> Τοὺς εὐσεβεῖς ἄνακτας ἐκμιμουμένη, &c.

Septimò, & quidem fol. 167 pag 1 & 2 *Epigramma Calliſti in Apſides Templi Conſtantinopolitani Sanctæ Sophiæ*, cujus titulus & principium: (1) Ἐπίγραμμα ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ εἰς τὰς μεγίστας ἁψῖδας τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Σοφίας. Πατρὸς ἀκηράτου Υἱὲ ἀκήρατε, τῷδε σῷ οἴκῳ &c.

Octavò, & quidem à fol. 167 pag. 2 uſque ad fol. 188 pag. 1, *S. Joannis Chryſoſtomi Expoſitio in Pſalmum quartum*, cujus principium: Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με εἰσήκουσέ μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου. Ipſa autem *Expoſitio* incipit his verbis: (2) Οὐχ ἵνα ἁπλῶς μάθωμεν ὅτι ἠκούσθη, &c.

Nonò, & quidem à fol. 188 pag. 1 uſque ad fol. 194 pag. 1, *S. Joannis Chyſoſtomi Homilia in illud Pſalmi quarti* ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι, hoc eſt, *In tribulatione dilatâſti mihi*; cujus principium: Ὥσπερ ὁ τῇ ποικιλίᾳ τῶν γλωσσῶν ἀρεσκόμενος &c. Exſtat ea in Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græcâ *Savilianâ* Tom. VII pag. 431, ſed refertur ibi inter ſcripta ipſius, quæ cenſentur *ſuppoſititia*.

Decimò, & quidem à fol. 195 pag. 1 uſq; ad fol. 262 pag. 2, *S. Cæſarij, fratris S. Gregorij Nazianzeni, Dialogi, quibus continentur Reſponſa ad varias Quæſtiones, partim & præcipuè quidē Theologicas, partim autem Philoſophicas, Conſtantinopoli à diverſis Viris doctis ipſi propoſitas.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: (3) Πεύσεις προσαχθεῖσαι ὑπὸ (4) Κωνσταντίνου, Θεοχαρίστου, Ἀνδρέου, Γρηγορίου, Δόμνου, Ἰσιδώρου, Λεοντίου ἐπισκέπτῳ Καισαρίῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Ἐπισκόπου Ναζιανζοῦ, ὁπηνίκα ἐκρατήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει διδάσκων ἐπὶ ἔτη εἴκοσι. *Prima* autem Πεῦσις ſive *Interrogatio* incipit his verbis: Οἱ τὴν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον διαπλέοντες θάλασσαν, &c. Hi videlicet ſunt illi ipſi *S. Cæſarij Dialogi*, quorum in *tertio* horum Commentariorum Libro (5) feci mentionem; utpote ubi bonâ fide indicavi, eos in Codice MSto Theologico Græco LXXXImo non tantùm ſimpliciter citari, ſed & *Autorem* eorum expreſsè ibi appellari *fratrem S. Gregorij Nazianzeni* cognomine *Theologi*. Fragmentum autem eorum, quod iſtic allegatur, eſt in editionibus impreſſis *Interrogatio quinquageſima*, incipitque his verbis: Διατί Μωϋσῆς μὴ

ἀπ

(1) *Etiam hoc Epigramma* Supplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ *inſerendum eſt, ſi illud antea nondū ſit editum.*

(2) *Vide Operum* S. Joannis Chryſoſtomi *edit. græco-lat. Savil.* Tom. I *pag.* 522, *& edit. græco-lat. Pariſ. Fronton.* Tom. III *pag.* 10.

(3) *Vide* Tom. XI *Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrū græco-latinæ Pariſienſis pag.* 545.

(4) *Ita ibi ſcriptum eſt; nempe* Κωνσταντίνου, *non autem* Κωνσταντίου, *ut legitur in editionibus impreſſis.*

(5) *Vide ibi pag.* 188.

ἀπ' ἀγγέλων ἤρξατο καὶ τῆς ἄνω τῆς συγγραφῆς, ἀλλὰ &c. Cæterùm quandoquidem in ejuſdem *Libri tertij* (1) *Additamento vigeſimo ſecundo* ſive *ultimo* breviter ſignificavi, de *vero* illorum *Dialogorum Autore* inter Viros clariſſimos *Joannem Leunclavium* & *Jacobum Billium* non exiguam eſſe controverſiam, ſimul etiam ibidem pollicitus ſum, me alio commodiori tempore & loco, quod de controverſiâ illâ diſcutiendâ tunc temporis fuit differendum, cum ampliſſimo fœnore deinceps eſſe præſtiturum, ſatis faciam nunc iſti promiſſo meo, &, quid mihi eâ de re ſtatuendum & judicandum videatur, pro virili parte aperiam. *Primus* igitur, ut hinc ordiar, *Dialogos* illos *latinè* vertit, & publicâ luce donavit *Joannes Lewenklajus* (2) ſeu *Leunclavius* in fine Operum *S. Gregorij Nazianzeni*, Baſileæ typis Hervagianis A. 1571 latinè editorum in folio, præfixítque ijs hunc titulum: *Cæſarij, Viri Illuſtris, ac germani fratris Gregorij Nazianzeni, Dialogi quatuor, quibus continentur Explicationes quarundam Quæſtionum de rebus gravibus, propoſitarum Cæſario per Conſtantium, Theochariſtum, Andream, Gregorium, Domnum, Iſidorum, Leontium, quo tempore Cæſarius à ſecretis erat, & Conſtantinopoli docens viginti totos annos commorabatur.* Edidit deinde etiam *Jacobus Billius*, S. Michaëlis in Eremo Abbas, in ſuâ Operum S. Gregorij Nazianzeni editione latinâ, Pariſijs apud Sebaſtianum Nivellium A. 1583 duobus Tomis in folio impreſſâ, eoſdem *S. Cæſarij Dialogos*, & quidem prorsùs eodem modo, ut *Leunclavius*, ſed pro labore translationis latinæ & curâ primæ editionis injuſtam indignámque illi rependit gratiam, ut ex *Prooœmio*, (3) quod *Orationi funebri*, à *S. Gregorio Nazianzeno* in laudem fratris ſui *S. Cæſarij* habitæ, præfixit, quódque eam ob cauſam integrum hîc à me exhibetur, videre eſt. *Multi,* inquit, *& quidem doctiſſimi Viri, hunc Cæſarium eum eſſe putant, qui Dialogos de rebus divinis conſcripſit, proptereà quòd in Leuuenklaij translatione Cæſario Gregorij noſtri fratri adſcribantur. At ille, & ſibi ipſi, & alijs turpiter impoſuit, dum non animadvertit Cæſarium Dialogorum ſcriptorem hoc Cæſario (fratre S. Gregorij Nazianzeni) longè recentiorem fuiſſe, ut ex eo liquidò conſtat, quod aliquoties Maximum citat, quem dubium non eſt poſt S. Gregorij Nazianzeni ætatem floruiſſe. Vnde cùm facilè fuiſſet agnoſcere, hoc Dialogorum opus Cæſario Gregorij noſtri fratri tribui non poſſe,* παραλογιζόμενος *illud potiùs colligere maluit, id quod de Maximo profertur, à quopiam temerè aſſutum fuiſſe. Ita nobis & Quæſtorem in Secretarium, & Medicum in Theologum novâ quadam & planè mirandâ metamorphoſi tranſmutat; Id quod profectò nunquam feciſſet, ſi hanc Orationem vel ſemel legiſſet. In eâ enim vidiſſet,*

(1) *Vid. ibi pag.* 386 *&* 387; *atque inſuper conſule* RR. PP. Joã. Bollandi *&* Godefr. Henſchenij *Acta Sanctorum d* 25 *Februarij pag.* 497 *&* 498, *ubi agitur de* ſcriptis S. Cæſarij.

(2) *Fuit enim ipſe valdè inconſtans in nomine hoc ſuo gentili tum ſcribendo & ad latinam linguam accomodando. Corrigenda etiā hâc occaſione eſt* Joan. Jacobi Friſij Bibliotheca Vniverſalis, *ubi is corruptè appellatur* Leuncalius.

(3) *Vide ſuprà memoratam Operum S.* Gregorij Nazianzeni *editionem latinam* Billianam *Pariſienſem* Tom. 1 *pag.* 363.

ſet, tantum abfuiſſe, ut Cæſarius viginti annos in Vrbe Conſtantinopolitanâ publicè docuerit, (quod de ſcriptore Cæſario in Dialogorum fronte affirmatur) ut poſteaquam illic medicinam paulùm exercuiſſet, ſtatim ab hac Vrbe in patriam à Gregorio retractus ſit. Quòd ſi poſteà in eandem Vrbem imperante Juliano ſeſe rurſum contulit, at non docendi causâ, ſed ut medicinæ rurſus operam daret, eò perrexiſſe ſcribitur. Atq; etiam inter Juliani Imperium & ipſius Cæſarij mortem pauci omninò anni, hoc eſt ſex duntaxat, aut etiam pauciores, interceſſerunt. Quarto enim Valentis anno deceſſit Baſilius; quo adhuc vivente, & Cæſarius, & Gorgonia, & Gregorius pater ex hac vitâ migrârunt. Quod ſi ille tot annos docendi munere functus fuiſſet, ac de rebus divinis libros etiam condidiſſet, an eſt credibile Gregorium fratrem, qui ad laudem ipſi contexendam vel minima quæq; delibat, hæc prætermiſſurum fuiſſe? Deinde quis credat, eum, qui paucis duntaxat ante mortem diebus baptizatus fuerit, ante ſuſceptum Baptiſmum de obſcuriſſimis quibuſq; doctrinæ Chriſtianæ Quæſtionibus Volumen conſcripſiſſe, præſertim aulæ atque aulicis negotijs addictum & conſtrictum, ut Gregorius noſter, & hìc, & in Epiſtolis, non ſine ſtomacho teſtatur? Hæc, ne quid de Quæſturâ dicam, ſatis, ut opinor, oſtendunt, hunc Cæſarium Gregorij fratrem non eum eſſe, cujus Dialogi hodiè circumferuntur. Permirum autem mihi videtur, Nicephorum quoq; in hoc eodem noſtro Cæſario lapſum fuiſſe, ut qui lib. 12 cap. 44 eum Magiſtri poteſtatem in Imperiali aulâ Theodoſij obtinuiſſe ſcribat, cùm tamen longè antè diem extremum obijſſet, hoc eſt ſub initium Imperij Valentis. Sic videlicet eum quoque homonymia fefellit; quemadmodum & quendam noſtræ tempeſtatis, qui Nemeſium Epiſcopum, cujus Librum de hominis naturâ habemus, cum Nemeſio ethnico confundit. Hæc *Jacobus Billius.* Quæ omnia quàm iniqua, & frivola, nulliúſque momenti ſint, neceſſariò demonſtrandum eſſe arbitror; neque verò ſolius *Billij* causâ, ſed multo etiam magis ob *Andream Rivetum,* Calvinianæ hæreſeos Doctorem & Profeſſorem celeberrimum, qui in Opere, quod *Criticus Sacer* inſcribitur, & quidem lib. 3 cap. 22, eâdem de re ſic ſcribit: *Exſtant in Bibliothecâ Patrum Tom. I græcolat. Dialogi Cæſarij, fratris Gregorij Nazianzeni; de quibus agit Photius Codice CCX, ubi legi poteſt judicium Photij, qui dicit; hujus libri autorem ferri Gregorium Theologum, qui fratrem ſuum ita clareſcere voluerit. Hoc negat Billius præfat. in Orat. X Nazianzeni, & hunc Cæſarium dialogiſtam longè recentiorem eſſe docet; proinde graviter falli Nicephorum lib. 12 cap. 44. Sed non debuit in Lewenclavium interpretem tàm impotenter debacchari, qui nominis ambiguitate lapſus, hunc Nazianzeni fratrem putavit, qui Maximum citat. In hoc enim*

 erro-

errore verſatus eſt Photius, quem etiam poſt cenſuram Billij ſecuti ſunt novi editores Bibliothecæ Patrum. Alioquin agnoſco, Billium eum errorem juſtè notâſſe Hæc *Rivetus;* ſed ſub affectatâ modeſtiâ æquè errans ac ipſe *Billius*. *Primò* nempe certiſſimum eſt, *Joannem Leunclavium* in edendis illis *S. Cæſarij Dialogis* non habuiſſe propoſitum *alijs turpiter imponendi*, ut *Billius* loqui amat, ſive, quod idē eſt, *alios turpiter decipiendi*, nec *titulum* Dialogis præfixum pro lubitu & de induſtriâ confinxiſſe, ſed ſimpliciter & bonâ fide ſecutum eſſe *Codicem* illum *manuſcriptum Græcum*, quo ad translationem *latinam* uſus eſt. Hoc enim manifeſtiſſimè apparet, cùm ex *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice MSto Theologico Græco LXXXImo,

(1) *Vide ſuprà pag.* 31. (1) de quo præcedenti Libro actum eſt, tùm verò etiam multo magis ex Codice hoc MSto CVIImo, de quo in præſens agitur; utpote ubi *Dialogorum* iſtorum autor *Cæſarius* non ſolùm expreſsè appellatur *S. Gregorij Nazianzeni frater*, ſed & reliquus totus titulus *græcus* titulo *latino* editionis *Leunclavianæ* ad unguem congruit. Huc inſuper accedit autoritas *Michaelis Glycæ*, qui, ut *Leunclavius* rectè obſervavit, in *Annalium* ſuorum *Parte primâ* eoſdem *S. Cæſarij Dialogos* allegans, ſimiliter expreſsè teſtatur, autorem eorum fuiſſe *fratrem S. Gregorij* cognomine *Theologi*. Ipſa *Glycæ* verba ſunt hæc:

(2) *Vide Annalium* Michaelis Glycæ *editionem græco-lat. Pariſienſem in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ pag.* 80. *Vide etiam ibidē eorundem Annalium Partem ſecundam pag.* 143. (2) Ἀλλὰ καὶ τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου λέγοντος οὕτως; ἄκουε· Καὶ πρῶτον μὲν ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς οὐρανίους δυνάμεις, καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν, Λόγῳ συμπληρούμενον, καὶ Πνεύματι τελειούμενον. Δεύτερον δὲ ἐννοεῖ κόσμον ὑλικὸν καὶ ὁρώμενον. Ὅμοια δὲ τούτῳ δέξεισι καὶ ὁ ἈΔΕΛΦΟΣ αὐτοῦ ΚΑΙΣΑΡΙΟΣ· πᾶσαι, λέγων, ἐν φωτὶ διῆγον αἱ ἄσαρκοι τῶν ἀγγέλων χορεῖαι, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν κόσμον· hoc eſt: *Audi etiam quid Gregorius ille cognomento Theologus dicat: Primùm Deus angelicas divináſque poteſtates mente concipit. Ea cogitatio mox opus ipſum erat, Verbo completum, ac Spiritu perfectum. Secundò, Mundum è materie craſsâ conſtantem & adſpectabilem cogitat. Huic conſimilia tradit & FRATER ejus CÆSARIUS: Omnes, inquit, carnis expertes illi cœtus Angelorum, priùs etiam, quàm Mundus hic oriretur, in luce degebant.* Hucuſque *Michael Glycas*. Quantum porrò in verâ illâ ſententiâ ſuâ non fuiſſet confirmatus idem *Leunclavius*, ſi ſciviſſet, *Photium* quoque *Patriarcham Conſtantinopolitanum* in *Bibliothecæ* ſuæ Codice CCX eorundem *Dialogorum* facere mentionem, & autorem illorum ab ipſo, itidem ut à *Michaele Glycâ*, ſine ullâ hæſitatione vocari *fratrem S. Gregorij* cognomine *Theologi?* Quod inſigne *teſtimonium Photianum* cùm à R.P. *Philippo Labbæo* (3) & ab *Andreâ Riveto*

(3) *Tomo primo Diſſertationis ſuæ Philologicæ & Hiſtoricæ de Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

(1) perperàm & contra mentem *Photij* ita explicetur, quaſi ipſe *S. Gregorius Nazianzenus* à nonnullis *Dialogorum illorum autor* habitus ſit, valdè neceſſarium exiſtimo, ut illud hîc exhibeatur integrum, & publicæ diſquiſitioni ſubijciatur. Ipſa itaque *Photij* verba in recenſione Codicis CCXmi ſuæ *Bibliothecæ* ſunt hæc: Ἀνεγνώσθη ΚΑΙΣΑΡΙΟΥ βίβλος, ἐν ᾗ κεφάλαια περιείχετο ἐκκλησιαστικὰ, τοῦτο μὲν ῥητῶν ἀναπλύξεις, τοῦτο δὲ συζητήσεων ἐπιλύσεις κ΄ καὶ σ΄. Ὁ μὲν ἀνὴρ ἔοικε νεάζειν τε, καὶ πρὸς γονὰς μὲν λόγων, μάθησίν τε θύραθεν σοφίας καὶ τῆς ἡμετέρας σφριγᾷν, διϊδὼν δ᾽ ὅμως οὐκ ἐλαχίστως, ἵνα συντόμως εἴπω, εἰς τὸ μὴ καταισχύνειν ὁρμάς· πλὴν σαφής τε ἐστι τὴν φράσιν, εἰ καὶ πρὸς ποιητικὰς ἐκνεωτερίζει λέξεις πολλάκις, καὶ τὸ κοινὸν τῆς συντάξεως μετιὼν ἐστιν, ὅπου ἐπ᾽ ἔλαττον φέρεται καὶ τούτου, καὶ πρὸς τὴν τῶν δογμάτων ἀκρίβειαν, ὀλίγων αὐτῷ δεῖ. Εἰς ἐρωτήσεις δὲ καὶ ἀποκρίσεις μεθ᾽ ὑπερβολῆς προσώπων τὸ τοῦ λόγου σχῆμα πεποίηται· εἶναι δέ φασι Γρηγορίου, οὗ τὸ Θεολόγος ἐπώνυμον τὸν συγγραφέα ἈΔΕΛΦΟΝ δηλοποιεῖ. Hoc eſt, R. P. *Andreâ Schotto* interprete: *Legi CÆSARII Librum, Capita continentem Eccleſiaſtica ducenta & viginti, quibus partim enunciata quædam explicantur, partim quæſtiones ſolvuntur. Dicas autem hunc ſcriptorem, & ætate etiamnum florere, & cum Rhetoricæ quaſi fœturâ tàm externæ non minùs, quàm noſtræ Philoſophiæ eruditione turgere. Quamquam non minima deeſſe videntur, ut verbo dicam, quo motus illi atq; impetus dedecore careant. Attamen clara ejus dictio eſt, crebrò licet ad poeticas voces juveniliter deflectat, atq; ab uſitatâ conſtructione, non ſine defectu aliquo, recedat, & ad ſummam dogmatum accurationem parùm ſanè ei deeſt. Per Quæſtiones porrò & Reſponſiones, ſuppoſitis quoq; perſonis interloquentibus, compoſita illi oratio eſt, & quidem GREGORII, ut ajunt, cujus hunc Autorem eſſe FRATREM Theologi cognomentum indicat.* Hucuſque *Photius.* Cujus loci poſtrema verba R. P. *Philippus Labbæus* in Diſſertatione (2) de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſic explicat: *Ex Photio Dialogorum illorum Autor videtur potiùs eſſe S. Gregorius Nazianzenus, qui hâc ratione voluerit nomen fratris ſui poſteritati commendari*; idémque affirmat *Andreas Rivetus* in *Critico Sacro* (3) *his verbis: Photius dicit, hujus Libri Autorem ferri Gregorium Theologum, qui fratrem ſuum ita clareſcere voluerit.* Sed errant illi ambo, verúſque illorum verborum ſenſus eſt hic: *Compoſitum autem eſt illud Opus formâ Dialogi per Interrogationes & Reſponſiones, & quidem cum hyper-*

(1) *Critici Sacri lib. 3 cap. 22.*

(2) *Tom. 1 pag. 217. Vide etiam RR. PP.* Joannis Bollandi *&* Godefr. Henſchenij *Acta Sanctorum d. 15 Februarij pag. 498, ubi de eorundem verborum obſcuritate & interpretatione agitur.*

(3) *Lib. 3 cap. 22.*

hyperbole ſive nimiâ exaggeratione (1) *perſonarum interloquentium. Nonnulli enim ajunt, per omnes illas perſonas interloquentes ſolum intelligi* G R E G O R I V M, *qui, dum cognominatur Theologus, Autoris hujus Operis frater eſſe cognoſcitur.* Hinc ergò, ut ſuprà dixi, abundè ac luculenter patet *Joannem Leunclavium*, eo quòd *Dialogos* iſtos ſub nomine *S. Cæſarij fratris S. Gregorij Nazianzeni* edidit, à Jacobo Billio non minùs falsò, quàm injuriosè *Impoſtorem* appellari. *Secundò* certum eſt, *Joannem Leunclavium* à *Jacobo Billio* malignè & immeritò derideri ob *ſeparationem* illarum *Quæſtionum & Reſponſionum*, quæ in his *Dialogis* ſunt *ipſius S. Cæſarij*, ab illis, quas interpolatores non ſolùm ex *S. Gregorij Nyſſeni*, ſed & ex *S. Maximi*, aliorúmque Patrum, *S. Cæſario* & *S. Gregorio Nazianzeno* longè recentiorum ſcriptis, genuino *S. Cæſarij* Operi ſupplementi vel mantiſſæ ſeu auctarij loco adjecerunt. Hujuſmodi enim *interpolatitijs additamentis* creverunt non tantùm *S. Cæſarij Dialogi*, verùm etiam ſimilia alia Eclogarum inſtar compoſita Opera; ut R. P. *Jacobus Gretſerus* in Præfatione ad Lectorem, *S. Anaſtaſij Sinaitæ Quæſtionibus & Reſponſionibus ſacris* præfixâ, jam pridem rectè monuit his verbis: *Quod in hoc Libro Autores Anaſtaſio poſteriores citantur S. Maximus Monachus, Joannes Monachus cognomento Climax & Nicephorus Conſtantinopolitanus, qui contra Iconomachos ſcripſit, quódq; nonnulla etiam de Terræ Sanctæ ab infidelibus occupatione, de captivitate Cypri, & de Chriſtianis in ſervitutem abductis interſperguntur, quæ poſt ætatem S. Anaſtaſij Sinaitæ accidiſſe certum eſt, eadem illi ſors obtigit, quæ alijs nullius certi argumenti farraginibus & centonibus, ut videlicet poſteriores adjecerint, quæ adjicienda cenſuerunt.* Hæc Gretſerus. *Tertiò*, quod *Billius* ait, *S. Cæſarium Quæſtorem à Leunclavio novâ quadam & planè mirandâ metamorphoſi tranſmutari in Secretarium*, id eò fit, quia *Leunclavius* tituli Dialogorum S. Cæſarij verba hæc græca Ἀπηκρίτῳ Καισαρίῳ latinè vertit, *quo tempore* C Æ S A R I V S A S E C R E T I S *erat.* Credidit enim *Leunclavius* vocem hanc Ἀπηκρίτῳ nomen eſſe Dignitatis, idémque ſignificare atq; Ἀσηκρῆτης ſeu Ἀσηκρῆτις, quod pro *Secretario* uſurpatum paſſim occurrit apud Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores græco-barbaros. In eadem opinione eſt etiam R. P. *Philippus Labbæus*, utpote qui in Diſſertatione de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſic ſcribit, *illud* A S E C R E T I S, *quod in titulo Dialogorum occurrit, ab interprete vel editore perperàm* C Æ S A R I O *adjungi, cùm* L E O N T I O *tribui debeat.* Sed neuter eorum verum hujus loci perſpexit ſenſum, immò nec ipſe *Billius*. Nam pro

(1) *Vide ſuprà pag.* 3' *ipſum illorũ* Dialogorum titulum Græcum, *ubi nominatim recenſentur* ſeptẽ perſonæ interloquentes, *inter quas etiam eſt* Gregorius.

Ἀπη-

ἐπισικρέτῳ, disjunctim hîc ſcribendum atque legendum eſt (1) ἐπὶ σεκρέτῳ, hoc eſt, ſecundùm Scriptores græco-barbaros *ſecretò* ſeu *privatim* & *familiariter*. Eadem loquendi formula legitur etiam apud *Conſtantinum Harmenopulum in* Προχείρῳ ſive *Promptuario Juris Græco-Romani* lib 3 tit. 3 περὶ πράσεως καὶ ἀγορᾶς, hoc eſt, de *Emptione & Venditione*, & quidem ubi agitur *de Sacris Locis:* (2) Οἱ εὐαγεῖς τόποι μὴ εὐποροῦντες ἀλλαχόθεν πληροῦν τὰ δημόσια, καλῶς πωλοῦσι καὶ κτήσεις, δηλονότι ἐξεταζομένης τῆς ἐκποιήσεως παρὰ τῷ Μητροπολίτῃ, συνόντων τῶν Ἐπισκόπων καὶ τῶν κληρικῶν, προκειμένων τῶν θείων λογίων, καὶ εἰ μὴ δειχθῇ ἄλλος πόρος ἐξ οὗ δύναι τὰ δημόσια δυνηθῶσι, βεβαιούσθω ἡ πρᾶσις ἐπὶ (3) ΣΕΚΡΕΤΩ, καὶ δεδόσθω τὸ τίμημα τῷ δημοσίῳ τῶν πραθέντων, καὶ ἀπόδειξις τῶν καταβληθέντων. Hoc eſt, ſecundùm *Joannis Merceri à Dionyſio Gothofredo* approbatam translationem: *Sacra & veneranda loca, ſi aliunde non ſuppetit, unde tributa fiſcalia penſitent & compleant, rectè etiã prædia vendunt, diſcuſsâ tamen priùs atq; diſceptatâ apud Metropolitam alienatione, idq; in conventu Epiſcoporum & Clericorum, adhibitis ſacris oraculis. Quod ſi nulla alia ſubminiſtretur facultas aut ratio ſolvendorum tributorum, confirmetur* (4) *OCCULTE venditio, detúrq; fiſco ex rebus venditis confecta pecunia, & cautio de ijs, quæ perſoluta ſunt.* Hucuſque *Harmenopulus*, nec à *Joanne Mercero*, nec à *Dionyſio Gothofredo* rectè intellectus. Laborat enim locus ille non mediocri mendo, & pro ἘΠΙ` ΣΕΚΡΕΤΩ, *ſive OCCULTE* legendum eſt ἘΠΙ` ΔΕΚΡΕΤΩ, ſive *DECRETO Præſidis Provinciæ*. Certò quippe conſtat, deſumptum eum eſſe ex *capite primo Novellæ quadrageſimæ ſextæ*, quæ *De Eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione & ſolutione* inſcribitur. Ibi enim *Imp. Juſtinianus* expreſsè ſtatuit, hujuſmodi alienationem non debere ratam atque firmam eſſe, niſi ΔΕΚΡΕΤΟΥ γινομένου παρὰ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, hoc eſt, *DECRETO facto à Præſide Provinciæ*. Ratio quoque ita ſtatuendi additur ibidem paulo pòſt his verbis: Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὴν τοῦ ΔΕΚΡΕΤΟΥ ποίησιν ἐπετρέψαμεν, ἵνα καὶ τὸ δημόσιον ὄφλημα μαρτυρῆται, καὶ ἐκ πόσων κάτεισι χρόνων, καὶ ὅπως οὐκ ἐκ χρημάτων ἐλύθη, ἀλλ᾽ εἰς ἀνάγκην ἐκποιήσεως ἦλθεν. Hoc eſt: *Ideò enim & DECRETI factionem permiſimus, ut & fiſcale debitum teſtimonio pandatur, & ex quantis deſcendat temporibus, & quòd nõ pecunijs ſit ſolutum, ſed in neceſſitatẽ alienationis ventum ſit.* Quamvis autem jam citatus *Harmenopuli* locus ita, ut indicavi, cor-

(1) *Sic etiam eodẽ ſenſu latinè dicitur in* ſecreto, *ut videre eſt in Notis* Dionyſij Gothofredi *ad l.* 7 C. *De repudijs.* Plautus *in Trinummo pro in* ſecreto *loqui amat* in occulto.

(2) *Vide* Dionyſ. Gothofredi *editionẽ græco-latinam apud Guilielmum Lemarium* A. 1587 *in quarto, pag.* 213.

(3) *Pro* ἐπὶ σικρέτῳ *legendũ hic eſt* ἐπὶ δικρέτῳ. *Similiter quoq; corrigendum eſt* Joannis Meurſij *Gloſſarium Græco-barbarum in explicatione vocis* Σίκρετον; *utpote ubi idem* Harmenopuli *locus æquè mendosè citatur, & pro* ἐπὶ δικρέτῳ *itidem perperam legitur* ἐπὶ σικρέτῳ.

(4) *Vertendum hic eſt:* confirmetur DECRETO Præſidis Provinciæ venditio.

rigendus ſit, in *titulo tamẽ Dialogorũ S. Cæſarij* verba hæc ἐπὶ σεκρέτῳ indubiè retinenda ſunt, eáq; nec ad *Leontiũ*, nec ad *Cæſarium* pertinent, ſed ad participiũ προταχθεῖσαι ſive *propoſitæ*, ideóq; titulus ille *græcus* unà cũ Interpretatione *latinâ* nõ ſolùm in editionibus *Leunclavij* & *Billij*, verùm etiã in *Magnâ Bibliothecâ Patrũ græco-latinâ Pariſienſi* reformand⁹ eſt hoc modo: Πεύσεις προταχθεῖσαι ἀπὸ Κωνσταντίου, Θεοχαρίστου, Ἀνδρέου, Γρηγορίου, Δόμνου, Ἰσιδώρου, Λεοντίῳ ἐπὶ σεκρέτῳ Καισαρίῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου &c; hoc eſt: *Quæſtiones à Conſtantio, Theochariſto, Andreâ, Gregorio, Domno, Iſidoro & Leontio privatim & familiariter propoſitæ Cæſario fratri S. Gregorij* &c. Cæterùm quod ad *Quæſturam S. Cæſarij* attinet, ea non fuit, ut *Billius* vociferatur, *Joanni Leunclavio* incognita. Hoc enim manifeſtè apparet ex Proœmio editionis Operum *S. Gregorij Nazianzeni*, ubi ſic ſcribit: *Conſimile quiddam in Cæſario, Nazianzeni germano fratre, mihi uſuvenit. Eum ante quatuor annos divina mihi largitas obtulit, cúmq; de ſcripto nonnihil dubitarem propterea, quòd Cæſarium aulicis negotijs & QVÆSTORIO MVNERE occupatum, MATVRE QVE rebus humanis exemptum fuiſſe, de Gregorij fratris Oratione funebri accepiſſem, ecce ſuperiori anno teſtem Glycam invenio, qui de illis ipſis Cæſarij Dialogis, quos nunc primùm Gregorij noſtri monumentis Tomo tertio ſubijcimus, ad verbum nonnulla citat.* Hæc *Leunclavius*. Teſtimonium autem *S. Gregorij Nazianzeni* de fratris ſui *S. Cæſarij Quæſturâ*, quod ibi ex Oratione funebri citatur, eſt hoc: Διέτριβε μὲν ἐν τῇ Βιθυνῶν ὁ Καισάριος τὴν οὐ πολλοστὴν ἀπὸ Βασιλέως διέπων ἀρχήν· ἡ δὲ ἦν, ΤΑΜΙΕΥΕΙΝ ΒΑΣΙΛΕΙ ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ καὶ ΤΩΝ ΘΗΣΑΥΡΩΝ ΕΧΕΙΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ. ἐντεῦθεν γὰρ αὐτῷ τὰς μείζους ἀρχὰς Βασιλεὺς προοιμιάζεται. Hoc eſt, *Jacobo Billio & Joanne Leunclavio* Interpretibus: *In Bithyniâ degebat Officium ab Imperatore haud poſtremum adminiſtrans.* (1) *QVÆSTORIS ſiquidem munere fungebatur, ac* (2) *THESAVRORVM curam gerebat. Hoc enim*

(1) *Vide etiam ejuſdem S.* Gregorij Carmen de Vitâ ſuâ, *ubi de fratris ſui* Cæſarij Quæſturâ *& obitu in eâdem Dignitate ſic ſcribit:* Ἀρχήν τιν' ἐπεῖχ' οὑμὸς ἀδελφὸς κοσμικήν, Ἀδελφὸς οὑμός· ὁ κλεινὸς ὅσον ἐθνεῖς· Ἦδ' ἦν ΤΑΜΕΙΩΝ ΠΙΣΤΙΣ, ἐν δ' ΑΡΧΗ͂Ι ΜΕΣΗΙ θνήσκει· (2) *Intelliguntur hîc* Theſauri *Imperatoris* privati *ſive* proprij, *quibus præfuit* Comes Rerum Privatarum, *non autem* Theſauri ſacri *ſive* publici, *quibus præfuit* Comes Sacrarum Largitionum. *Quod enim* S. Cæſarius Comes Rerum Privatarum, *non autem* Comes Sacrarum Largitionum *fuerit, manifeſtè patet ex* Reſcripto Impp. Valentiniani *&* Valentis *l* 8 *Cod. Theod. de Iure fiſci, ut Em. Card.* Baronius *Annal. Eccleſiaſt. Tom. IV ad an. Chriſti* 364 *jam pridem rectè obſervavit; ideóque hâc in re non aſſentior* RR. PP. Joanni Bollando *&* Godefrido Henſchenio, *qui in Actis Sanctorum* vigeſimi quinti diei *menſis* Februarij, *ubi de* S. Cæſario *agitur, contra Em. Card.* Baronium *aſſerunt*, S. Cæſarium *non fuiſſe* Comitem Rerum Privatarum, *ſed tantùm* Quæſtorem Provinciæ Bithyniæ *ſive* Præfectum Theſaurorum in Bithynia. *Reclamat enim ipſe* S. Gregorius Nazianzenus *in Oratione funebri, dum* Dignitatem S. Cæſarij

enim illi majorum Dignitatum velut præludium eſſe Imperator voluit. Quibus *S. Gregorij Nazianzeni* verbis ſignificatur, *S. Cæſarium* A. C. 368, quo *Nicæa* ingenti terræ motu quaſſata eſt, apud *Imp. Valentem* in *Oriente* fuiſſe Ταμίαν τῶν ἰδικῶν τοῦ Βασιλέως χρημάτων, quem Latini appellant *Comitem Rerum Privatarum*. Idem quoque vocatur aliàs græcè Κόμης τῶν ἰδιοκτήτων τοῦ Βασιλέως, & Κόμης τῆς ἰδικῆς τῶν πραγμάτων; item Κόμης τῆς ἰδικῆς περιουσίας. Talis fuit ſub *Imperatore Juliano Apoſtatâ Elpidius* ille, cujus *Theodoretus* Hiſtor. Eccleſ. lib. 3 cap. 11 meminit his verbis: Ἰουλιανῷ δέ γε τῷ τῆς ἑῴας Ὑπάρχῳ συνεισῆλθον εἰς τὸν θεῖον νεὼν Φήλιξ μὲν (1) ΤΑΜΙΑΣ ὢν ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ ΘΗΣΑΥΡΩΝ, Ἐλπίδιος δὲ ΤΩΝ ἸΔΙΩΝ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΤΕ ΚΑῚ ΚΤΗΜΑΤΩΝ τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος· ΚΟΜΙΤΑ δὲ ΠΡΙΒΑΤΩΝ τὸν τοιοῦτον προσαγορεύειν εἰώθασι Ῥωμαῖοι. Quod porrò ad *Officium Comitis Rerum Privatarum* attinet, fuit is Gubernator & Judex privatæ ſubſtantiæ Imperatoris, ad quam pertinebant bona vacantia, caduca, commiſſa, tacita fideicommiſſa, vaga mancipia, theſauri inventi, & quicquid negotij erat, in quo aliquid appareret fiſcalis commodi; ut videre eſt *l. unic. C. de offic. Comit. rer. privatar.*; item *Baſilicor.* lib. 6 tit. 1, & apud *Caſſiodorum* Variar. lib. 6 ep. 8. Multo etiam magis huc pertinet *Imp. Valentiniani & Valentis Reſcriptum*, *ad* ipſum *S. Cæſarium Comitem Rerum Privatarum* l. 8. Cod. Theod. de Iure fiſci: *Impp. Valentinianus & Valens A A. ad CÆSARIUM COM. R. P. Univerſa loca & prædia, quæ nunc in jure*

ſarij vocat ὐ πολοςὴν ἀπὸ Βασιλέως ἀρχὴν, *hoc eſt*, non poſtremam ab Imperatore Poteſtatem. *Ea enim appellatio, tanquam nimis excellens, non competit* Quæſturæ Provinciali Bithyniæ, *ſive*, Præfecturæ Theſaurorum per Bithyniam, Comiti Sacrarum Largitionum *ſubjectæ, ſed vel ipſi* Comiti Sacrarum Largitionum, *vel certè, ut hoc loco,* Comiti Rerum Privatarum. *Quid etiam opus fuiſſet* Imp. Valentis, *ut refert idem* Sanctus Gregorius, *cum fratre* Imp. Valentiniano *concertatione in principio Imperij de adjungendo & obligando ſibi* S. Cæſario, *ſi illum, ab Aulâ & præſentiâ ſuâ remotum, in* Bithynia, *velut unum è multis diverſarum* Provinciarum Quæſtoribus *ſive* Præfectis Theſaurorum, *voluiſſet latitare? Huc accedit phraſis* ταμιεύειν Βασιλεῖ τὰ χρήματα, *quæ ſtrictè & ſpecialiter uſurpata, ſoli* Comiti Rerum Privatarum *tribuitur. Verba deniq. hæc S. Gregorij,* Διέτριβε μὲν ἐν τῇ Βιθυνῶν, *non ſunt intelligenda de continuâ & perpetuâ habitatione, Præfecturæ ſeu Officio peculiariter deſtinatâ & annexâ, ſed tantùm de temporariâ aliquâ commoratione ob extraordinariâ quandam cauſam; cujuſmodi multa potuerunt occurrere in* Comitivâ Rerum Privatarum, *utpote cujus juriſdictio fuit ampliſſima. Habitavit igitur* S. Cæſarius, *tanquam* Comes Rerum Privatarum, *ordinariè quidem* Conſtantinopoli, *anno autem Chriſti* 368, *quo* Nicæa *ingenti terræ motu quaſſata eſt, ob extraordinarium quendam juriſdictionis ſuæ caſum commoratus eſt ad tempus in* Bithyniâ, *eâque occaſione fortuitò in graviſſimum vitæ diſcrimen incidit.*

(1) *Notabilis locus de* Comite Sacrarum Largitionum, *& de differentiâ inter illum &* Comitem Rerum Privatarum. *Nam per* Theſauros Imperatorios *intelliguntur hic* Theſauri Sacri *ſive* publici, *non autem, ut ſuprà citato* S. Gregorij Nazianzeni *loco,* Theſauri *Imperatoris* privati *ſive* proprij. *Plura de* Comite Sacrarum Largitionum *vide ſis apud* Guidum Pancirolum *in Commentario ad Notitiam Dignitatum Imperij Romani Orientalis cap.* 72 *& deinceps uſq. ad cap.* 86; *ut & apud* Jacobum Gutherium *lib.* 3 *de Officijs Domûs Auguſtæ cap.* 16. *Exſtat etiam in Cod. Theodoſiano Lib.* 9 *Tit.* 42 *De bonis proſcriptorum, ad ipſum illum ſuprà memoratum* Felicem Comitem Sacrarum Largitionum *l.* 5 Imp. Juliani *Reſcriptum datum Romæ VII Id. Mart. Mamertino & Nevittâ CoSS.*

re (1) *templorũ ſunt, quæq; à diverſis Principibus vendita vel donata ſunt, retracta & patrimonio, quod PRIVATVM noſtrum eſt, placuit adgregari. Dat. pridie Non. Feb.* (2) *Med. Divo Joviano & Varroniano COSS.* Ubi obiter notandum eſt, pro *pridie Non. Feb. Med.* legendũ eſſe *pridie Non. Mai. Conſtantinopoli.* (3) Pridie enim Non. Februarij ſive d. 4 Februarij A.C. 364 *Imp. Jovianus*, cum filio ſuo *Varroniano Conſul*, adhuc vivebat, utpote qui in illo quidem Conſulatu, ſed XI Cal. Martij ſive d. 20 Februarij in confinio *Galatiæ* & *Bithyniæ* nimio odore prunarum obijt. Quamobrem eodem anno *Valentinianus* à militibus Imperator factus eſt apud *Nicæam* V Cal. Martij ſive d. 26 Februarij; is autem eodem anno fratrem ſuum *Valentem* in ſocietatem Imperij aſſumpſit, & Auguſtum appellavit *Conſtantinopoli* IV Cal. April. ſive d. 29 Martij. Diviſo igitur hâc ratione inter duos illos fratres Imperio Romano, cùm *Valentinianus* ſibi retinuiſſet *Occidentem*, *Valenti* autem conceſſiſſet *Orientem*, contigit, ut, priuſquam *Conſtantinopoli* à ſe invicem digrederentur, certamen inter eos eſſet de *S. Cæſario*, fratre *S. Gregorij Nazianzeni*, quis illum ſibi magis devinciret, & cujus ille magis amicus & familiaris diceretur, ſeu, ut ipſis *S. Gregorij Nazianzeni* verbis utar, ἀγὼν Βασιλεῦσιν, ὅστις μᾶλλον Καισάρειον οἰκειώσηται, καὶ οὗ μᾶλλον ἐκεῖνος ὀνομασθῇ φίλος καὶ γνώριμος. Ceſſit tamen *Valentinianus Valenti*, quòd profecturus ipſe in *Occidentem*, *Valenti* fratri, in *Oriente* remanſuro, *S. Cæſarium* tanquam hominem in *Cappadociâ* natum, magis deberi crederet, ideóque (4) *Valens* eundem ſtatim in principio Imperij ſui creavit *Comitem Rerum Privatarum*, idq; munus *prælùdium* ſive *principium* illi voluit eſſe (5) MAIORVM DIGNITATVM, nempe *Præfecturæ Vrbis*, *Præfecturæ Prætorij* & *Conſulatûs*; quarum nullam tamen adeptus eſt, quoniam (6) *in Comitivâ Rerum Privatarum*, præmaturè obijt, ut ſuprà jam ſufficienter demonſtratum eſt. Si quis prætereà autem de *Comite Rerum Privatarum*, ejúſque *Illuſtri Dignitate* & *ampliſſimâ Juriſdictione* plura ſcire deſideret, is conſulat *Guidi Panciroli*

(1) *Intelliguntur hic* Templa Idolorum *ſive* Deorum Gentilium, *ut rectè monet Emin.* Card. Baronius *Annal. Eccleſ. Tom. IV, an. Chr.* 364, *pag.* 169 *edition. Plantin.*

(2) *Rectè jam citato loco notat* Em. Card. Baronius *pro* Med. *ſive* Mediolani *legendum hìc eſſe* Conſtantinopoli.

(3) *Vide* R. P. Dionyſij Petavij *Magnum Opus de Doctrina Temporum lib.* 13 *ad an. Chr.* 364.

(4) *Minimè audiendus eſt Em.* Card. Baronius, *dùm Annal Eccleſiaſt. Tom. IV ad an. Chriſti* 362 *ſcribit*, S. Cæſarium *fratrem* S. Gregorij Nazianzeni *ab* Imp. Juliano Apoſtatâ *fuiſſe donatum nobili Præfecturâ, nempe* Theſauri cuſtodiâ. *Reclamat enim ipſe* S. Gregorius *in ſuprà citatâ Oratione funebri, quippe ubi expreſsè ait*, S. Cæſarium *ab Imp. Iuliano accepiſſe* primum dignitatis locum inter Medicos, *atq; inſuper ob variam eruditionem ſuam aſſumptum fuiſſe* in numerum amicorum *ejuſdem* Imperatoris, *ideóq; apud ipſius Aulam* in maximo honore *fuiſſe. De* Comitivâ *autem* Rerum Privatarum *&* Cuſtodiâ Theſauri Imperatorij privati *non priùs in eádem Oratione facit mentionem, quàm poſt* Impp. Valentiniani *&* Valentis *initium ſocietatis Imperij, hoc eſt, A. C.* 364. *Ipſe* S. Gregorij Nazianzeni *ſuprà citatus, & à* Card. Baronio *minùs rectè explicatus locus, incipit his verbis:* Τὰ τελευταῖα μὲν γὰρ τὴν πρώτην ἐν ἰατροῖς τάξιν, *&c. Vide Operum* S. Gregorij Nazianzeni *edit. græco-lat. Pariſ. Tom. I pag.* 165, 168 *&* 169. (5) S. Gregorius Nazianzenus *appellat eas ſuprà citato loco* τὰς μείζους ἀρχάς. (6) *Hoc enim* S. Gregorius Nazianzenus *expreſsè indicat in Carmine de Vitâ ſuâ his verbis:* ἐν δ' ἈΡΧΗ͂Ι ΜΕΣΗ θνήσκει. *Vide ſuprà pag.* 38.

ciroli Commentarium in *Notitiam Dignitatum Imperij Romani Orientalis* cap. 87 & 88, & *Jacobi Gutherij* eruditiſſimum Opus *de Officijs Domûs Auguſtæ Publicæ & Privatæ* lib. 3 cap. 25, quod *de Illuſtri Comite Rerum Privatarum & illius Officio* inſcribitur. *Quartò*, quod *Billius* ait, *S. Cæſarium* profeſſione *Medicum* à *Joanne Leunclavio* novâ quâdam & planè mirandâ metamorphoſi transmutari in THEOLOGVM, idque illum nunquam fuiſſe facturum, ſi *S. Gregorij Nazianzeni Orationem funebrem* vel ſemel legiſſet; minimè enim credibile videri, *S. Cæſarium*, qui paucis duntaxat ante mortem diebus baptizatus fuerit, ante ſuſceptum baptiſmum de obſcuriſſimis quibúſque doctrinæ Chriſtianæ Quæſtionibus Volumen conſcripſiſſe, fratrémque ejus *S. Gregorium*, qui ad laudem ipſi contexendam vel minima quæque delibat, hoc prætermiſſurum fuiſſe ſilentio; illud omne adeò frivolum & invalidum eſt, ut jure poſſit dubitari, an ipſe *Billius* jam memoratam S. Gregorij Orationem ſatis perlegerit, aut rectè conſideraverit. Quamvis enim *S. Gregorius Nazianzenus* verè ac fideliter ibi referat, fratrẽ ſuũ *S. Cæſarium* in *Arte medicâ* ita excelluiſſe, ut cùm ſe in Vrbem *Conſtantinopolitanam ſecundùm* contuliſſet, *Archiatri Cæſarei dignitatem* ab *Imp. Juliano Apoſtatâ* ſtatim conſecutus ſit, attamen idem quoque *S. Gregorius* in eâdem Oratione expreſsè & perſpicuè teſtatur, *S. Cæſarium*, præterquam quòd inſignis fuerit Medicus, reliquo etiam omni eruditionis & doctrinæ genere inſtructiſſimum fuiſſe atq; celeberrimum. Eò enim pertinent hæc verba: (1) Ποῖον μὲν εἶδος οὐκ ἐπῆλθε παιδεύσεως; μᾶλλον δὲ ποῖον, ὡς οὐδὲ μόνον ἕτερος; τίνι δὲ παρῆκεν ἐγγὺς αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ κατὰ μικρόν; μὴ ὅτι τῶν καθ' ἑαυτὸν καὶ τῆς αὐτῆς ἡλικίας, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ παλαιοτέρων ἐν τοῖς μαθήμασι, καὶ πάντα ὡς ἓν ἐξασκήσας, καὶ ἀντὶ πάντων ἕκαστον· τοὺς μὲν πτηνοὺς τὴν φύσιν φιλοπονίᾳ νικήσας, τοὺς δὲ γενναίους τὴν ἄσκησιν διανοίας ὀξύτητι· μᾶλλον δὲ τάχει μὲν τοὺς ταχεῖς, σπουδῇ δὲ τοὺς φιλοπόνους ὑπερβαλὼν, καὶ τοὺς κατ' ἄμφω δεξιοὺς ἀμφοτέροις. Hoc eſt, ipſo Billio interprete: *Ecquod doctrinæ genus eſt, in quo non ſit verſatus? Immò verò quod genus eſt, quod non ita perceperit, ut ne unum quidem quiſquam alius? Eccui autem conceſſit, ut ad ipſius eruditionem vel tantillum accederet, non æqualium tantùm, ſed eorum etiam, qui ætate ipſum anteibant, ac plus temporis in ſtudijs literarum conſumpſerant? Sic enim in omnibus artibus erat expolitus, quaſi uni duntaxat operam dediſſet; ſic rursùs unam quamq; callebat, quaſi nullam prætereà coluiſſet. Atq; ut acri & excellenti ingenio præditos induſtriâ & labore, ſic ſtudioſos & diligen-*

(1) *Vide Operum S. Greg. Naz. edit. gr-lat. Pariſ. Morell. Tom. I pag. 163.*

*tes ingenij celeritate ſuperabat, vel, ut rectiùs loquar, ingenioſos inge-
nio, & laborioſos ſtudio & diligentiâ, & utrâq; laude præſtantes in
utrâq; præcellebat.* Hæc *S. Gregorius* de fratris ſui eruditione & do-
ctrinâ univerſali. Nec aliter accipiendum eſt, quod paulo pòſt re-
fert, cùm *S. Cæſarius* primâ vice *Conſtantinopolim* veniſſet, com-
muni decreto ab *Imp. Conſtantio* per legatos petitum eſſe, ut princi-
pem Vrbem *Viro eruditionis eloquentiaq; principe* ornari atque ho-
(1) *Vide ibid. Tom. I pag. 164.* neſtari vellet. Ipſa Gregorij verba ſunt hæc: (1) Ἡ πόλις δὲ ἦν τὸ
Βυζάντιον, ἡ νῦν προκαθεζομένη τῆς Εὐρώπης πόλις, ἐν ᾗ τοσοῦτον
Καισάριος κλέος οὐ πολλοῦ χρόνου διελθόντος ἠνέγκατο, ὥστε δημο-
σίας τιμὰς αὐτῷ, καὶ γάμον τῶν εὐδοκίμων, καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς
μετουσίαν προτεθῆναι, καὶ πρὸς Βασιλέα πρεσβείαν σταλῆναι τὸν μέ-
γαν ἀπὸ κοινοῦ δόγματος τὴν πρώτην πόλιν ΤΩ͂Ι ΠΡΩ͂ΤΩΙ ΛΟ-
ΓΊΩΝ κοσμηθῆναί τε καὶ τιμηθῆναι. Eodem quoq; generali ſenſu
interpretandum eſt, quod *S. Gregorius* ibidem aliquanto pòſt ſcri-
bit, *S. Cæſarium*, etſi in confeſſione & defenſione Chriſtianæ Fidei
Imp. Juliano Apoſtata invictâ conſtantiâ ſtrenuè ſe oppoſuiſſet, ne
(2) *Vide ibid. pag. 168.* ſic quidem prorsùs ejectum eſſe ex Aulâ; (2) καὶ γὰρ δεινὸς ἔρως εἶχε
τὸν Βασιλέα, ΤΗ͂Ι ΚΑΙΣΑΡΊΟΥ ΠΑΙΔΕΥ͂ΣΕΙ συνεῖναι καὶ
καλλωπίζεσθαι hoc eſt: *Mirè enim Imperator CÆSARII DOCTRI-
NA frui atq; exornari geſtiebat.* Cæterùm præter jam citata teſti-
monia generalia de *S. Cæſarij eruditione & doctrinâ univerſali*, ex-
ſtant quoque in eâdem *S. Gregorij* Oratione alia quædam teſtimo-
nia ſpecialia de ejuſdem S. Cæſarij eminentiſſimo profectu in ſtudio
totius *Philoſophiæ* tàm *Theoreticæ*, quàm *Practicæ*, & de accommo-
datione illius ad veram *Theologiam*, ſive, ad cognitionem & uſum
rectæ Fidei ac Vitæ Chriſtianæ. Huc enim pertinet egregius ille
(3) *Vide ibid. pag. 163.* locus de ſtudio *Geometriæ* & *Aſtronomiæ*: (3) ΓΕΩΜΕΤΡΊΑΣ
μέν γε καὶ ἈΣΤΡΟΝΟΜΊΑΣ, καὶ τῆς ἐπικινδύνου τοῖς ἄλλοις
παιδεύσεως, ὅσον χρήσιμον ἐκλεξάμενος· τοῦτο δὲ ἦν, ἐκ τῆς τῶν
οὐρανίων εὐαρμοστίας καὶ τάξεως τὸν δημιουργὸν θαυμάσαι· ὅσον βλα-
βερὸν ταύτης, διέφυγεν, οὐ τῇ φορᾷ τῶν ἄστρων διδοὺς τὰ ὄντα καὶ τὰ
γινόμενα, ὡς οἱ τὴν ὁμόδουλον ἑαυτῆς κτίσιν ἐπανιστάντες τῷ κτίσαν-
τι, Θεῷ δὲ καὶ τ' ἄλλα πάντα ὥσπερ εἰκὸς ἀναθείς, καὶ τὴν τούτων κί-
νησιν. ἀριθμῶν δὲ καὶ λογισμῶν, καὶ τῆς θαυμασίας ἰατρικῆς, ὅση τὰ περὶ
φύσεις καὶ κράσεις, καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν νοσημάτων φιλοσοφεῖ, ὥστε ταῖς
ῥίζαις ἀναιρουμένας, συνεκκόπτειν καὶ τὰ βλαστήματα, τίς οὕτως ἀμαθὴς
ἢ φιλόνεικος, ὡς ἐκείνῳ δοῦναι τὰ δεύτερα, καὶ μὴ ἀγαπᾶν, εἰ μετ'

ἐκεῖνον

ἐκεῖνον εὐθὺς ἀριθμοῖτο, τὸ πρεσβεῖον ἐν τοῖς δευτέροις φερόμενος; καὶ ταῦτα οὐ λόγος ἐστὶν ἀμάρτυρος, ἀλλ' ἑῶά τε ὁμοῦ λῆξις καὶ ἑσπέριος, καὶ ὅσην ἐκεῖνος ἐπῆλθεν ὕστερον, ἐπίσημοι στῆλαι ΤΗ͂Σ ἘΚΕΊΝΟΥ ΠΑΙΔΕΎΣΕΩΣ. Hoc eſt: *Atq; ex GEOMETRIA quidem, & ASTRONOMIA, & doctrinâ alijs periculoſâ, cùm, quicquid utile erat, collegiſſet; hoc eſt, ut ex corporum cœleſtium concentu atq; ordine Creatorem admiraretur; quicquid noxium & exitioſum erat effugit: nempe ea, quæ ſunt ac fiunt, ad ſiderum motum haudquaquam referens, quemadmodum ij, qui conſervam ſuam creaturam adverſus Creatorem concitant, verùm, ut alia omnia, ſic eorum quoq; motum, ut par eſt, divinæ Providentiæ attribuens. In NUMERIS autem & SUPPUTATIONIBUS, atq; eâ eximiæ Artis medicæ parte, quæ in NATURIS ac TEMPERAMENTIS, cauſiſq; morborum inquirendis verſatur, ut ſuccißis radicibus rami quoq; ſimul amputentur, quis ita ineptus aut pervicax erat, ut ſecundas ipſi daret, ac non benè ſecum agi duceret, ſi proximum illi locum obtineret, ac primas inter ſecundos ferret? Neq; verò hæc ſermo quidam ſunt, nullo teſtimonio ſuffultus, verùm & Orientalis & Occidentalis ora, & deniq; omnes eæ regiones, quas poſteà perluſtravit, inſignes IPSIUS DOCTRINÆ columnæ & monumenta ſunt.* Huc quoque facit alter ille eximius locus: (1) Οὐ μικρὸν δὲ εἴ τις τὸν δεύτερον προστησάμενος βίον, καλοκαγαθίας μεταποιοῖτο, καὶ πλείω λόγον ἔχοι Θεοῦ καὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, ἢ τῆς κάτω λαμπρότητος· καὶ τὴν μὲν ὡς σκηνὴν προβάλλοιτο, ἤ τι προσωπεῖον τῶν πολλῶν καὶ προσκαίρων, τὸ τοῦ κόσμου τούτου δρᾶμα ὑποκρινόμενος, αὐτὸς δὲ ζῴη Θεῷ μετὰ τῆς εἰκόνος, ἣν οἶδεν παρ' ἐκείνου λαβὼν καὶ ὀφείλων τῷ δεδωκότι· ὅπερ ἀμέλει καὶ Καισάριον διανοηθέντα γινώσκομεν. Hoc eſt: *Non parvum autem hoc quoque æſtimandum eſt, ſi quis ſecundum vitæ genus complexus, probitati ſtudeat, ac majorem Dei ſalutiſque ſuæ, quàm terreni ſplendoris, rationem habeat, atque hunc quidem tanquam ſcenam aut perſonam quandam ex multis & caducis præferat, hujus Mundi fabulam agens, ipſe autem Deo cum imagine, quam ſe ab eo accepiſſe, eique debere novit, vitam ducat. Quem quidem animum Cæſario fuiſſe compertum habemus.* Item tertius ille æquè notabilis locus: (2) Οὐκ ἐπιδείξεται λόγους Καισάριος, ἀλλ' ὑπὸ λόγων γε θαυμασθήσεται. Οὐ φιλοσοφήσει τὰ Ἱπποκράτους καὶ Γαληνοῦ, καὶ τῶν ἀντιθέτων ἐκείνοις, ἀλλ' οὐδὲ κακοπαθήσει νόσοις, ἰδίας ἐπ' ἀλλοτρίαις συμφοραῖς λύπας καρπούμενος. Οὐκ ἀποδείξει τὰ ἘΥΚΛΕΊΔΟΥ καὶ ΠΤΟΛΕΜΑΊΟΥ καὶ ἭΡΩΝΟΣ; οὐδὲ ἀλ-

(1) Vide ibid. pag. 165.

(2) Vide ibid. pag. 173.

γήσει τοῖς ἀπαιδεύτοις φυσῶσι μείζονα. Οὐ καλλωποιεῖται τοῖς ΠΛΑΤΩΝΟΣ καὶ ἈΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ καὶ ΠΥΡΡΩΝΟΣ, καὶ ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΙΣ δή τισι, καὶ ἩΡΑΚΛΕΙΤΟΙΣ, καὶ ἈΝΑΞΑΓΟΡΑΙΣ, ΚΛΕΑΝΘΑΙΣ τε καὶ ἘΠΙΚΟΥΡΟΙΣ, καὶ οὐκ οἶδ' οἷς τισι τῶν ἐκ τῆς σεμνῆς ΣΤΟᾶΣ καὶ ἈΚΑΔΗΜΙΑΣ, ἀλλ' οὐδὲ φροντίζει, ὅπως διαλύσῃ τούτων τὰς πιθανότητας. Hoc eſt: *Non oſtentabit CÆSARIVS deinceps amplius ſermones ſuos? at ſermonibus alienis admiratione afficietur. Non Hippocratis, & Galeni, & eorum, qui ipſis adverſantur, dogmata pertractabit? at neque morbis vexabitur, ex aliorum calamitatibus proprias moleſtias capiens. Non EVCLIDIS, PTOLEMÆI & HERONIS ſcripta demonſtrationibus explicabit? at neque ob imperitos homines, tumidiores animos gerentes, dolorem concipiet. Non PLATONIS & ARISTOTELIS, & PYRRHONIS, & DEMOCRITI cujuſdam, & HERACLITI, & ANAXAGORÆ, & CLEANTHIS, & EPICVRI, & neſcio quorum STOICORVM & ACADEMICORVM placitis ſeſe venditabit? at neque, quonam pacto illorum argutias diſſolvat, laborabit.* Et hæc quidẽ ſpeciatim pertinent ad *S. Cæſarij ſtudium Philoſophicum* tàm *Theoreticum*, quàm *Practicum*. Quantus porrò idem fuerit *Theologus*, & quàm intrepidus Religionis Chriſtianæ Confeſſor ac Propugnator, quantóque acumine ingenij, quanto ardore pietatis, & quantâ ſoliditate doctrinæ quaſcunq; graviſſimas *Quæſtiones ſacras*, à diverſis, partim *ethnicis*, partim *hæreticis*, partim *orthodoxis*, ſibi propoſitas, & in ipſius *Dialogis* magnâ ex parte etiamnunc exſtantes, explanaverit & perſolverit, indicat *S. Grego-*
(1) *Vide ibid. pag.* 166. *rius* in ſuprà citatâ Oratione funebri his verbis: (1) Πολλῶν καὶ μεγάλων ὑπαρχόντων ΤΩ͂ ΚΑΙΣΑΡΙΩ, πρῶτον ἦν εἰς ἀξίωμα ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΝ καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, καὶ πάντα ὁμοῦ παιδιά τις ἐκείνῳ καὶ λῆρος, πρὸς ἓν τοῦτο κρινόμενα. Hoc eſt: *Cùm multa & magna CÆSARIO ſuppeterent, ad dignitatem tamen hoc primum erat, quod CHRISTIANVS & eſſet, & nominaretur; ſic ut alia omnia cum hoc uno collata, ludus quidam ac nugæ ipſi eſſent.* Et ibi-
(2) *Vide ibid. pag.* 166. dem paulo pòſt: (2) Καὶ εἴ με δεῖ πάντα παρέντα τὴν προστασίαν τῶν ἐκ γένους ἀτυχησάντων, τὴν ὑπεροψίαν τοῦ τύφου, τὴν πρὸς τοὺς φίλους ἰσοτιμίαν, τὴν πρὸς τοὺς ἄρχοντας παῤῥησίαν, ΤΟΥΣ ὙΠΕΡ ἈΛΗΘΕΙΑΣ ἈΓΩΝΑΣ, καὶ ΛΟΓΟΥΣ, οὓς ΠΟΛΛΑΚΙΣ καὶ ΠΡΟΣ ΠΟΛΛΟΥΣ συνεστήσατο, οὐ ΛΟΓΙΚΩ͂Σ μόνον, ἀλλὰ καὶ ΛΙΑΝ ἘΥΣΕΒΩ͂Σ τε καὶ ΔΙΑΠΥΡΩΣ ἐν

ἀντὶ

ἀντὶ πάντων εἰπεῖν τὴν ἐκείνου τὸ γνωριμώτατον. Hoc eſt: *Atque ut alia omnia prætermittam, propinquorum nempe, qui in calamitatem aliquam inciderant, curam & præſidium, faſtûs contemptum, æqualitatem inter amicos, libertatem loquendi apud Præſides, CERTAMINA, quæ PRO VERITATE ſuſcepit, SERMONES, quos MVLTOS & CVM MVLTIS habuit, non ARGVTOS ſolùm, ſed etiam VALDE PIOS & ARDENTES, rem unam pro omnibus dicam, quâ nihil in ipſius vitâ celebrius eſt, magiſque pervulgatum.* Quem poſteriorem *S. Gregorij* locum *Elias Metropolita Cretenſis* in latinâ editione (i) Billianâ paraphraſticè explicat his verbis: *Pugnavit (Cæſarius pro Religione Chriſtianâ) non LOGICE duntaxat ac per ſyllogiſmorum ſtrophas, aliena ab Eccleſiâ dogmata evertens, & propria confirmans, ſed etiam per argumenta & teſtimonia à DIVINA SCRIPTVRA petita, per quæ potiſſimùm veritas certiſſimè aſſeritur; nec remiſsè ac languidè ſed perquàm ACRITER atque ex intimo animi affectu.* Hunc igitur *S. Gregorij* locum ſi *Jacobus Billius* rectè conſideràſſet, minimè profectò ſcripſiſſet, *S. Gregorium* in fratris ſui *S. Cæſarij* laudatione funebri *Dialogos* ipſius ſine ullâ vel minimâ mentione ſilentio prætermiſiſſe. Huc quoque pertinent, quæ *S. Gregorius* ibidem non multo pòſt refert de *S. Cæſarij* glorioſiſſimo certamine pro Religione Chriſtianâ contra *Imp. Julianum Apoſtatam*, ubi inter alia ſic ſcribit: (2) Τὰ μὲν οὖν καθ᾽ ἕκαστον τῶν τότε ῥηθέντων ἢ προτεθέντων ἐκδιηγεῖσθαι τὰ νῦν, ἐγὼ μὲν εὖ ἴσθι οὐ παντὸς ἂν ἐτιμησάμην· καὶ γὰρ καὶ ΛΟΓΙΚΑΣ τινας ἐστὶν ἃ ἔχει στροφὰς καὶ κομψείας Ο ΛΟΓΟΣ, ἐμοὶ γοῦν οὐκ ἀηδεῖς εἰς μνήμην, ἔξω δ᾽ ἂν εἴη παντελῶς τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ λόγου. Ὡς δὲ πάσας αὐτοῦ τὰς ἐν τοῖς λόγοις πλοκὰς ΔΙΑΛΥΣΑΣ, καὶ πεῖραν ἅπασαν ἀφανῆ τε καὶ φανερὰν ὥσπερ τινὰ παιδιὰν παρωσάμενος, μεγάλῃ καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ τὸ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΣ ΕΙΝΑΙ ΤΕ ΚΑΙ ΜΕΝΕΙΝ ἀνεκήρυξεν, οὐδὲ οὕτω μὲν παντελῶς ἀποπέμπεται. Hoc eſt: *Ac nihil quidem mallem, quàm ut ea, quæ tùm dicta & propoſita ſunt, ſigillatim nunc exponerem; (nam & LOGICAS aliquot captiones & argutias, meo quidem judicio memoratu non injucundas ea DISPVTATIO continet;) verùm intempeſtivum prorsùs hoc foret, & ab orationis inſtituto alienum. Vt autem Cæſarius cunctis verborum Imperatoris Juliani nexibus & conatibus omnibus, tàm apertis quàm occultis, ludi cujuſpiam inſtar propulſatis, magnâ & clarâ voce CHRISTIANVM SE ET ESSE, ET PERMANERE, pronunciavit, ne ſic quidem prorsùs ejicitur.* Hinc ergò manifeſtiſſimè apparet, *S. Cæſarium*, à *Jacobo Billio* perperàm habe-

(1) Vide ibid. pag. 374.

(2) Vide Operum S. Gregorij Naz. edit. gr. lat. Pariſ. Morell. Tom. I. pag. 167.

haberi pro *puro puto tantùm MEDICO*, & immeritò ab eodem reprehendi *Ioannem Leunclavium*, quaſi novâ quadam & planè mirandâ metamorphoſi MEDICVM transmutaverit in THEOLOGVM. Sic enim & *Suidas* in Lexico ſuo mentionem facit *S. Cæſarij* tanquam *Theologi*, utpote ubi refert, *eum VARIA ſcripſiſſe, & quidem etiam PRO CHRISTIANA RELIGIONE contra GRÆCOS ſive Ethnicos*. Ipſa ejus verba ſunt hæc: ΚΑΙΣΑ'ΡΕΙΟΣ, ὁ Γρηγορίȣ τοῦ Θεολόγȣ ἀδελφὸς, ἔγραψε ΔΙΑ'ΦΟΡΑ, καὶ ΚΑΤΑ' ΕΛΛΗΝΩΝ. Quamvis autem *Billius* objiciat, *S. Cæſarium paucis duntaxat ante mortem diebus fuiſſe baptizatum*, illud tamen nec *ſtudio* ipſius *Theologico*, nec *ſcriptis Theologicis*, ullum facit præjudicium. Notiſſimum enim eſt, in primitivâ Eccleſiâ Chriſtianâ valdè uſitatam fuiſſe *conſuetudinem differendi baptiſmi in ultimum vitæ tempus*, eóſque, qui *moribundi* in lecto baptizarentur, peculiari nomine appellatos fuiſſe *Clinicos*. Quorum in numero fuit *Imp. Conſtantinus Magnus*, quem demùm paulo ante mortem, cùm jam ægrotus decumberet, baptizatum fuiſſe, *Euſebius* & reliqui omnes, qui Vitam ejus ſcripſerunt, uno ore teſtantur. Patris *Conſtantini* exemplum ſecutus etiã eſt filius *Conſtantius*, quippe qui ut *S. Athanaſius* in Epiſtolâ de Synodis Arimini & Seleuciæ refert, ἀποθνήσκων ἔδοξε βαπτίζεσθαι, hoc eſt, *moriens voluit baptizari*. Sic quoq; *Imp. Theodoſius Magnus*, teſte *S. Ambroſio* in Orat. de ipſius obitu, Concilijs & myſterijs Chriſtianorũ interfuit, antequã foret baptizatus. Sic *S. Martinus*, inter Catechumenos conſtitutus miracula edidit. Sic *S. Ambroſius* (1) nondum baptizatus in *Epiſcopum Mediolanenſem* electus, & octavo poſt Baptiſmum die ordinatus eſt. Sic *S. Gregorius Nazianzenus*, Epiſcopi filius, & ſummus deinde baptiſmi differendi diſſuaſor, ante virilem ætatem non fuit baptizatus. Sic & *S. Auguſtinus*, ut *Poſſidius* in Vitâ ipſius refert, *trigeſimo* demùm *quarto* ætatis anno Mediolani à *S. Ambroſio* baptizatus eſt. Plura de eadem *Baptiſmi differendi conſuetudine* videſis in *Notis meis* ad *Gualdonis*, Monachi Corbejenſis, Poema de Vitâ *S. Anſcharij*, primi Archiepiſcopi Hamburgenſis, utpote ubi prolixè indicavi, nonnullos olim Baptiſmum diſtuliſſe, ut Chriſtianæ Religionis Myſterijs ſolidè inſtructi, diu ſe *inter Catechumenos* probarent, & ad quodlibet eligendũ libero ducerentur arbitrio; alios autẽ, ut quàm diutiſſimè evitarent *denudationem totius corporis* in ſuſceptione Baptiſmi olim uſitatam, cùm tàm fœminæ, quàm viri, toto corpore (2) nudati baptizarentur per κατάδυσιν ſive *immerſionem*, non autem, ut nunc moris eſt, per *aſperſionem*; alios denique, quòd cùm *Novatianis*

(1) *Vide* Theodoret. *Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 4 cap. 6 & Card.* Baron. *Annal. Eccleſ. Tom. IV ad an. Chriſti* 374.

(2) *Nempe ut* Adam *&* Eva *peccárunt in Paradiſo, ut* Chriſtus *pependit in Cruce, ut omnes de matre na*ſcimur, *& ut omnes Iudicij extremi tempore ſumus* reſurrecturi. *Hinc etiam* viri *ſeparatim, & ſeparatim* fœminæ *baptizabantur, &, quo adhuc magis* fœminarum *conſuleretur pudori, miniſtrabant ijs in Baptiſmo* Diaconiſſæ. *Quâ de re vide abundanter & pereruditè diſſerentem Virum doctiſſimum* Ger. Joã. Voſſium *in Tractatu de* Baptiſmo. *& quidem præcipuè Diſputat.* 1 *Theſ.* 6, 7 *&* 8.

tianis crederent, poſt Baptiſmum peccantibus nullam veniæ ſpem ſupereſſe. *Quintò*, quod *Billius* in *Leunclavium* invehitur ob *viginti annos*, quos ſecundùm græcum Dialogorum titulum *S. Cæſarius Conſtantinopoli commorans docuiſſe* dicitur, nòn minorem illi facit injuriam, quàm in præcedentibus. Ipſe enim *Leunclavius* non confinxit iſtum *titulum græcum*, ſed, ut eum in Codice ſuo manuſcripto reperit, ſic bonâ fide edidit. Eſt tamen ille titulus ipſis *S. Cæſarij* Dialogis ſine ullâ controverſiâ integris aliquot ſeculis *recentior*, & ab homine quodam, nec ſatis erudito, nec ſatis accurato, compoſitus. Verbum enim διδάσκειν uſurpatur ibi nimis generaliter pro ἐπιδεικνύναι τὴν παίδευσιν, hoc eſt, *eruditionem & doctrinam ſuam publicè & privatim oſtendere*; quâ loquendi formulâ utitur *S. Gregorius Nazianzenus* in Oratione funebri, ſuprà jam ſæpiùs citatâ, dum ait: (1) Οὐδὲ πολλοῦ πόνου προσδεηθεὶς, ἀλλ' ΕΠΙΔΕΊΞΑΣ μόνον τὴν ΠΑΊΔΕΥΣΙΝ, μᾶλλον δὲ βραχύν τινα τῆς παιδεύσεως πρόλογον, κἂν τοῖς φίλοις τοῦ Βασιλέως εὐθὺς ἀριθμούμενος, τὰς μεγίστας καρποῦται τιμάς· Numerus autem annorum *commorationis Conſtantinopolitanæ S. Cæſarij* ſine dubio ibi falſus eſt, & pro ἐπὶ ἔτη εἴκοσι legendum videtur ἐπὶ ἔτη ἕξ. Venit enim *S. Cæſarius primùm Conſtantinopolim* ſub *Imp. Conſtantio* A.C. 354, eodémque anno cum fratre ſuo *S. Gregorio Nazianzeno* in patriam reverſus eſt. Rẽdijt deinde *ſolus Conſtantinopolim* ſub *Imp. Juliano Apoſtatâ* A.C. 361, ſed ſequenti anno 362 ob conſtantiſſimam Religionis Chriſtianæ defenſionem Aulâ ejectus ſecundùm redijt in patriã. Mortuo deinde *Imp. Juliano* venit is *tertiùm Conſtantinopolim* ſub *Imp. Joviano* A.C. 363, & ſequenti A. 364 ab *Imp. Valente* creatus eſt (2) *Comes Rerum Privatarum*, & in iſta *Illuſtri Dignitate* A.C. 369 d. 25 Februarij (3) obijt. Inter *primum* itaq; *Cæſarij adventum in Vrbem Conſtantinopolitanam* & *tempus mortis* ejuſdem interceſſerunt *anni plùs minùs quindecim*; inter *tertium* autem ejuſdem *adventum* in eandem Vrbem & *tempus mortis* interceſſerunt *anni ferè ſex*. Veriſimile etiam videtur, autorem tituli græci Dialogorum *S. Cæſarij* initiò quidem ſcripſiſſe ἐπὶ ἔτη ς΄, poſteà autem culpâ negligentium deſcriptorum ς΄ ſive ſex mutatum eſſe in κ΄ ſive viginti. Nam hujuſmodi errores circa *notas numerorum* facilè poſſunt committi, & in Codicibus manuſcriptis Græcis, minùs ſtudioſè exaratis, ſæpiſſimè occurrunt. *Sextò*, quod *Billius* monet, *S. Cæſarium* à *Nicephoro Calliſti* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 12 cap. 44. falsò referri ad *Imp. Theodoſij Magni* ſive *Senioris* tempora, nullum inde poteſt deſumi argumentum contra *S. Cæſarij Dialogos* à *Joanne Leunclavio* editos,

(1) *Vide Operum S.* Gregorij Naz. *edit. gr. lat. Pariſ. Morell. Tom. 1 pag.* 165.

(2) *Vide ſuprà pag.* 39.

(3) *Vide* Martyrolog. Roman. *d. 25 Februarij. &* R.P. Philippi Labbæi *Bibliothecã Scriptorum Eccleſiaſticorum Chronologicam ad an. Chr.* 369.

tos, ut manifeſtè patet ex ipſis *Nicephori* verbis, quæ ſunt hæc: Τῶν δ' ἐκ Βασιλέως ςαλέντων κἡ τὴν Ἀντιόχου γεγενημένων, ὥςε δίκην λαβεῖν τῆς ὕβρεως. ἦν δ' Ἐλέβηχος ὁ ςρατηγὸς, καὶ ΚΑΙΣΑ'ΡΙΟΣ, ὁ ΓΡΗΓΟΡΙ'ΟΥ μὲν ἈΔΕΛΦΟ'Σ· ἡγεῖτο δὲ τηνικαῦτα τῶν βασιλέων τὴν ΜΑ'ΓΙΣΤΡΟΝ χειρίζων ἈΡΧΗ'Ν. Hoc eſt, *Joanne Lango* interprete: *Cùm Antiochiam illi perveniſſent, qui ab Imperatore eò ad injuriam vindicandam miſſi fuerant, Elebechus Magiſter militum, & CÆSARIVS GREGORII FRATER, qui tùm MAGISTRI POTESTATEM in Imperiali Aulâ obtinebat.* Hæc *Nicephorus*. Vbi profectò nulla fit mentio *Dialogorum S. Cæſarij*, ſed hoc tantùm de eo traditur, quòd A. C. 388 in *Imp. Theodoſij Magni* ſive *Senioris* Aulâ obtinuerit Dignitatē *Magiſtri Officiorum*, & *Antiochiam* ab ipſo miſſus fuerit ad exſequendam vindictam ob dejectam & ignominiosè per Vrbem tractam Imperatricis *Placillæ* ſtatuam. Id autem manifeſtè falſum eſt, quia certò conſtat, *S. Cæſarium, S. Gregorij Nazianzeni fratrem*, ſub *Imp. Valente* in *Comitivâ Rerum Privatarum* obijſſe A. C. 369, ideóque *Cæſarium*, qui A. C. 388 fuit *Magiſter Officiorum Palatij Imp. Theodoſij Magni* ſive *Senioris*, ab illo prorsùs diverſum eſſe. Delenda igitur ſunt apud *Nicephorum* hæc verba ὁ Γρηγορίου μὲν ἀδελφὸς, & ſimpliciter legendum eſt. Ἦν δ' Ἐλέβηχος ὁ ςρατηγὸς, καὶ Καισάριος, ὃς ἡγεῖτο τηνικαῦτα τῶν βασιλείων &c. Hic videlicet eſt ille *Cæſarius*, qui eodem A. C. 364, quo *S. Cæſarius S. Gregorij Nazianzeni frater* ab *Imp. Valente Comes Rerum Privatarum* creatus eſt, *Præfecturam Vrbis Conſtantinopolitanæ* ab eodē *Imp. Valente* accepit, ſed proximè ſequenti A. C. 365 à *Procopio, Imp. Juliani Apoſtatæ* cognato, qui *Conſtantinopoli* contra abſentem *Imp. Valentem* tyrannidem arripuit, apprehenſus & in vincula conjectus eſt; ut teſtatur *Ammianus Marcellinus* lib. 26 his verbis: *Et quia res novæ petulanter arreptæ celeritate muniri ſolent interdum, ne quid formidandum omitteretur, confeſtim Nebridius in locum Salluſtij Præfectus Prætorio factione Petronij recens promotus, & CÆSARIVS CONSTANTINOPOLITANÆ VRBIS PRÆFECTVS, in vincula compinguntur.* Item *Zoſimus* lib. 4, *Joanne Leunclavio* interprete: *Cùm Vrbs tota maximo in tumultu verſaretur, nec quiſquam eſſet, qui poſſet intelligere, quid agendum foret, ob conatûs hujuſce caſum inexſpectatum, compluribus adhuc tectum ſe Procopius exiſtimans, Imperium ſibi ſe conſtabiliturum, modo res occulta foret, exiſtimabat. Cúmque*

(1)

(1) *CÆSARIVM, quem Imperatores PRÆFECTVM VRBI conſtituerant, itémq; Nebridium, quem poſt Salluſtium Præfectum Prætorio fecerant, apprehendiſſet, hos, quæcunq; ſibi viderentur, ad ſubditos ſcribere coegit, & ſeorsùm cuſtodiebat ſingulos, à communicandis conſilijs eos excludens.* Hæc de *Cæſario* Vrbis Conſtantinopolitanæ Præfecto *Ammianus Marcellinus* & *Zoſimus*. Idem *Cæſarius* poſt mortem *Imp. Valentis* ab *Imp. Theodoſio Seniore* creatus eſt *Magiſter Officiorum Sacri Palatij*, & in illâ Dignitate, ut ſuprà citato loco *Nicephorus* refert, miſſus eſt A. C. 388 cum *Ellebecho* Magiſtro militum *Antiochiam*, ut, ob everſam & ignominiosè tractatam Imp. *Placillæ* ſtatuam, ultionem ab Imperatore demandatam exſequeretur. Exſtat etiam in *Codicis Theodoſiani* libro octavo, l. 49 Tit. V *De curſu publico, Imppp. Valentiniani, Theodoſij & Arcadij* Reſcriptum ad eundem *Cæſarium Magiſtrum Officiorum*, datum III Non. Septemb. Valentiæ, Timaſio & Promoto COSS., hoc eſt, A. C. 389, qui ſuprà memoratam *Legationem Antiochenam* proximè ſecutus eſt. Idem quoque *Cæſarius* fuit ſub *Impp. Arcadio* & *Honorio Præfectus Prætorio Orientis*, ut videre eſt ex *varijs Reſcriptis* à jam memoratis duobus Imperatoribus ad ipſum datis, quæ etiam nunc exſtant in *Codice Theodoſiano*: nempe Olybrio & Probino COSS., hoc eſt, A. C. 395, (2) VIII Kal. Jul. CP., *Lib. 16, Tit. 5 De hæreticis, l. 27*; Ijſdem COSS. prid. Kal. Decemb CP., *Lib. 10, Tit. 6 De grege dominico, l. unicâ*; Ijſdem COSS. IV Kal. Januarij, *Lib. 12, Tit. 1 De Decurionibus, l. 150*; Arcadio IV & Honorio III AA. COSS., hoc eſt, A. C. 396, Id. Febr. CP., *Lib. 9, Tit. 42 De bonis proſcriptorum, l. 14*; Ijſdem COSS. XVI Kal. Mart. CP. *Lib. 6, Tit. 26 De proximis Comitibus diſpoſitionum, l. 7*; Ijſdē COSS. X Kal. April. CP. *Lib 16, Tit. 7 De Apoſtatis, l. 6*; Ijſdem COSS. IX Kal. April. *Lib. 15 Tit. 1 De Operibus publicis, l. 34*; Ijſdē COSS. XV Kal. Maij, *Lib. 7, Tit. 4 De erogatione militaris annonæ, l. 21*; Ijſdem COSS. XI Kal. Maij CP., *Lib. 16, Tit. 5 De hæreticis, l. 31*; Ijſdem COSS. X Kal. Maij CP., *Lib. 16, Tit. 5 De hæreticis, l. 32*; Ijſdem COSS. VII Kal. Maij CP., *Lib. 15 Tit. 6 De (3) majumâ, l. 1*; Ijſdem COSS. VIII Id. Maij CP., Lib. 8, Tit. 17 *De jure liberorum, l. 1*; Ijſdem COSS. III Non. Aug. CP., *Lib. 9, Tit. 42 De bonis proſcriptorum, l. 15*; Ijſdem COSS. Prid. Id. Aug. CP., *Lib. 6,*

G

(1) *Delenda ibi ſunt in margine hæc verba:* Is Gregorij Nazianzeni frater fuiſſe videtur. *Certò enim conſtat, ut ſuprà jam ſatis ſolidè demonſtratum eſt, S.* Cæſarium S. Gregorij Nazianzeni fratrem *tunc temporis fuiſſe* Comitem Rerum Privatarū *& in eâ Dignitate obiiſſe, Præfecturam autem Vrbis Conſtantinopolitanæ nunquā adeptū eſſe.*

(2) *Corrigenda eſt in* Codice Theodoſiano *Inſcriptio hujus Reſcripti, & pro* Imppp. Valentinianus, Theodoſius & Arcadius AAA. Cæſario PF. P. *legendum eſt* Impp. Arcadius & Honorius AA. Cæſario PF. P. *Nam* Imp. Valentinianus Junior *ab Arbogaſte Comite Viennæ in Galliâ interfectus eſt A. C. 392, Imp. autem* Theodoſius Magnus *obiit A. C. 395 XVI Kal. Februar. ſive d. 17 Januarij. Minimè ergò poteſt illis attribui Reſcriptum quod A. C. 395 VIII Kal. Iulij datum eſt. Eodem modo corrigendæ; ibidē ſunt* Inſcriptiones *aliarum* quatuor legum *ejuſdem Tituli quinti De hæreticis, nempe l. 25, 26, 28 & 29næ, & pro* Iidem AAA *legendum eſt* Impp. Arcadius & Honorius AA.

(3) Majuma *fuit feſtum ethnicum, Kalendis* Maijs *ſolitum celebrari in honorem* Majæ *matris* Mercurij.

6, Tit. 3 De prædijs Senatorum, l. 2; Iiſdem COSS. Prid. Kal. Septemb. CP., *Lib. 9, Tit. 38 De indulgentijs criminum, l. 9*; Iiſdem COSS. VI Id. Decemb, CP., *Lib. 16, Tit. 10 De paganis ſacrificijs & templis, l. 14*; Iiſdem COSS., ſine die, Regio, *Lib. 15, Tit. 1 De operibus publicis, l. 35*. Sequenti anno Chriſti 397 fuit ipſe CÆSARIVS CONSVL cum *Attico*, eodémque anno ab *Impp. Arcadio* & *Honorio*, ad eundem *Cæſarium*, tanquam *Præfectum Prætorio Orientis*, data ſunt varia, in *Codice Theodoſiano* etiamnunc exſtantia, Reſcripta: nempe XIV Kal. Mart. CP., *Lib. 9, Tit. 26 Ad legem Juliam de ambitu, l. 1*; Prid. Non. Mart. CP. *Lib. 11, Tit. 8 De ſuperexactionibus, l. 1*; VI Id. April. CP., *Lib. 6, Tit. 26 De proxim. Comit. diſpoſitionum, l. 9*; III Kal. Maij CP., *Lib. 6, Tit 2, l. 8*; IX Kal. Julij CP., *Lib. 6, Tit. 26 De proxim. Comit. diſpoſit., l. 10*; III Id. Jul. CP., *Lib. 8, Tit. 15 De ijs, quæ adminiſtrantibus vel officium publicum gerentibus diſtracta ſunt vel donata, l. ultimâ*. Item Honorio A. IV & Eutychiano COSS., hoc eſt, A. C. 398, VII Kal. Aug. *Lib. 16, Tit. 2 de Epiſcopis, Eccleſijs & Clericis, l. 32*; Stilicone & Aureliano COSS., hoc eſt, A. C. 400, VI Id. Decemb. CP., *Lib. 1, Tit. 12 De Aſſeſſoribus domeſticis & Cancellarijs, l. 1*; ac deníque Vincentio & Fravittâ COSS., hoc eſt, A. C. 401, III Non. Febr. CP., *Lib. 8, Tit. 5 De curſu publico, l. 62*. Ex omnibus igitur jam citatis *Codicis Theodoſiani* locis abundè liquet, quis ille *Cæſarius* fuerit, quem cum *S. Cæſario*, *S. Gregorij Nazianzeni fratre*, *Nicephorus* perperàm confundit, & quod nullum inde deſumi poſſit argumentum *contra S. Cæſarij Dialogos*, à *Joanne Leunclavio* primùm latinè editos, quos *Jacobus Billius* & *Andreas Rivetus*, ut ſuprà indicatum eſt, ab *alio* quodam *longè recentiori Cæſario* compoſitos eſſe aſſerunt.

CVIII.

Centeſimus octavus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus in *folio*, conſtátque folijs *viginti*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 2 pag. 1, *S. Gregorij Nyſſeni* Περὶ τῆς εἱμαρμένης διάλεξις πρός τινα τῶν ἔξω φιλοσόφων, ὅτε Εὐσέβιος ἐξ ἀσεβείας ἐκυλίσθη εἰς τὴν εὐσέβειαν, hoc eſt, *Diſputatio de Fato cum quodam ethnico Philoſopho, quando Euſebius ab impietate converſus eſt ad pietatem*; incipitque ea ibi his verbis: (2) Προσῆγον ἐγώ τινι ἀνδρὶ πεπαιδευμένῳ τὴν ἔξω σοφίαν πρὸς τῆς καθ' ἡμᾶς εὐσεβείας λόγους &c. In editione autem græco-latinâ *Pariſinâ* Operum *S. Gregorij Nyſſeni* inſerta eſt hæc Diſputatio *Epiſtolæ*, quæ inſcribitur Κατὰ εἱμαρμένης, ſive, Contra Fatum, atque incipit

(1) *Fuit is olim pars poſterior Codicis MSti Theologici Græci* nonageſimi primi; *de quo agitur Libri tertij* horũ *Commentariorũ pag.* 201.

(2) *Vide Operum S.* Gregorij Nyſſeni *editionem græco latinam Pariſinam Tom. 1 pag.* 894.

cipit his verbis: Μέμνησαι πάντως, ὅτι μοι γέγονεν &c.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1 uſque ad fol. 3 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Libellus de Scopo ſive Propoſito ſecundùm Deum, & de aſceſi ſive exercitatione ſpirituali ſecundùm veritatem;* cujus principium: (1) Εἴ τις μικρὸν ἀποστήσας &c. Poteſt autem Libellus iſte etiam ex hoc Codice MSto corrigi & ſuppleri eodem modo, uti ſuprà in recenſione Codicis CVIti videre eſt. (1) *Vide ibid. Tom. II pag.* 730.

Tertiò, & quidem fol. 3 pag. 2 & fol. 4 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio in illud Apoſtoli dictum:* Ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει, hoc eſt, *Qui autem fornicatur, peccat in proprium corpus.* Principium ejus eſt: Φοβερὰ τῆς ἀποστολικῆς παραγγελίας ἡ σάλπιγξ &c. Oratio hæc exſtat quidem in ſuprà citatâ Operum *S. Gregorij Nyſſeni* editione græco-latinâ *Pariſienſi* Tomo I pag. 961, ſed tantùm *latinè Gentiano Herveto* interprete. Ipſum autem contextum *græcum* primus ex hoc Codice MSto *Cæſareo* in lucem edidit R. P. *Jacobus Gretſerus* in *Appendice Quæſtionum & Reſponſionum ſacrarum S. Anaſtaſij Sinaitæ*, Ingolſtadij typis Ederianis A. 1617 græcè & latinè in quarto editarum, pag. 686. Eadem Oratio ab eodem *Gretſero* ſecundùm edita eſt in Appendice græco-latinâ Pariſienſi Operum *S. Gregorij Nyſſeni* A. 1618 in fol. pag. 260.

Quartò, & quidem fol. 4 pag. 1 & 2 atque fol. 5 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni* περὶ Ἀβλάβιον, διά τι μίαν θεότητα ἐπὶ πατρὸς, Υἱοῦ καὶ Πνεύματος λέγοντες, τρεῖς Θεοὺς οὐ λέγομεν; ſive, *Epiſtola ad Ablabium, cur unam Divinitatem ſive Deitatem Patre, Filio & Spiritu Sancto conſtantem aſſerentes, tres Deos non dicamus?* Principium ejus eſt (2) Ὑμᾶς μὲν δίκαιόν ἐστι &c. (2) *Vide ibid. Tom. II pag.* 447.

Quintò, & quidem fol. 5 pag. 1 & 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni* πρὸς Ἕλληνας ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, ſive, *Diſſertatio adverſus Græcos ſive Ethnicos ex communibus notionibus;* cujus principium: (3) Εἰ τὸ Θεὸς ὄνομα &c. (3) *Vide ibid. Tom. I pag.* 914.

Sextò, & quidem à fol. 6 pag. 1 uſq; ad fol. 8 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio funebris in laudem fratris ſui S. Baſilij Magni*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἐκείνου ἀδελφὸν τὸν μέγαν Βασίλειον. (4) Καλῶς ἐπέθηκεν ὁ Θεὸς &c. (4) *Vide ibid. Tom. II pag.* 911.

Septimò, & quidem à fol. 8 pag. 2 uſq; ad fol. 12 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni* Λόγος περὶ τῶν κεκοιμημένων, ſive, *Oratio de mortuis*, quâ docet non eſſe dolendum ob eorum obitum, qui in fide obdormierunt. Principium ejus eſt: (5) Οἱ τὴν ἀναγκαίαν τῆς φύσεως ἡμῶν &c. (5) *Vide ibid. Tom. II pag.* 1049.

 Octa-

Octavò, & quidem fol. 12 pag. 1 & 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni ad Simplicium Tribunum* Liber *de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto*; cujus titulus & principium: Σιμπλικίῳ τριβούνῳ Γρηγόριος περὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. (1) Κελεύει ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου &c.

Nonò, & quidem à fol. 13 pag. 1 uſque fol. 14 pag. 2 ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni* Pars poſterior *Epiſtolæ de Vitâ ſororis ſuæ S. Macrinæ*, incipiens ab his verbis: (2) τῷ ὄντι γὰρ καθάπερ τις δρομεὺς διαδραμὼν τὸν ἀντίπαλον, &c.

Decimò, & quidem à fol. 14 pag. 2 uſque ad fol. 17 pag. 2 ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola ad Hierium de Infantibus, qui prematurè abripiuntur*; cujus principium: (3) Σοὶ μὲν, ὦ ἄριστε, πάντες σοφισταὶ &c.

Undecimò, & quidem à fol. 17 pag. 2 uſque ad fol. 18 pag 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola ad Euſtathiam, Ambroſiam & Baſiliſſam*; cujus principium: (4) Ἡ μὲν τῶν ἀγαθῶν καὶ καταθυμίων συντυχία &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 18 pag. 2 uſque ad fol, 20 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola ad Euſtathium de Sanctâ Trinitate*; cujus principium: (5) Ἔστι μὲν καὶ πᾶσιν ὑμῖν τοῖς τὴν ἰατρικὴν μετιοῦσι &c.

Decimo tertiò, & quidem fol. 20 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola Canonica ad S. Letojum Epiſcopum Melitenæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ κανονικὴ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Λητόϊον, Ἐπίσκοπον (6) Μελιτινῆς. (7) Ἓν καὶ τοῦτο τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν &c.

C I X.

Centeſimus nonus (8) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátq; nunc *centum ſeptuaginta* folijs. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag 1 uſque ad fol. 45 pag. 1, *S. Gregorij Nyſſeni Homiliæ octo in totidem Beatitudines Evangelicas*; quarum prima incipit: (9) Τίς ἄρα τοιοῦτος ἐν τοῖς συνειλεγμένοις ἐστὶν, ὡς &c.

Secundò, & quidem à fol. 45 pag. 1 uſque ad fol. 70 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Homiliæ quinq; in Orationem Dominicam*. quarum prima incipit: (10) Προσευχῆς ἡμῖν διδασκαλίαν &c.

Ter-

(1) *Vide ibid. Tom. II pag.* 470; *ſed, ibi inſcribitur* Περὶ πίστεως *ſive de Fide.*
(2) *Vide ſuprà citatā græco latinam Operū* S. Gregorij Nyſſeni *Appēdicem Pariſinā pag.* 191.
(3) *Vide ejuſdem editionis Operum* Sancti Gregorij Nyſſeni *Tom. II pag.* 749.
(4) *Vide ibid. Tom. II pag.* 1088.
(5) *Vide ibid. Tom. II pag.* 438.
(6) *Vide Librū* tertium *horū* Commentariorum *pag.* 101.
(7) *Vide ſuprà citatam Operū* S. Gregorij Nyſſeni *editionē græco Latinam Pariſinam Tom. I pag.* 946.

(8) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* nonageſimus quintus. (9) *Vide ſuprà Codicem CVItum pag.* 24, *& Operum* S. Gregorij Nyſſeni *edit. gr. lat. Pariſ. Tom. I pag.* 762. (10) *Vide ibid. Tom. I pag.* 712.

Tertiò, & quidem à fol. 70 pag. 1 uſq; ad fol. 79 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio de Deitate Filij & Spiritûs Sancti, & de Patriarchâ Abrahamo*; cujus principiũ: (1) Οἷόν τι πάσχουσι περὶ τὰς πολυανθεῖς &c. (1) Vide ibid. Tom. II pag. 896.

Quartò, & quidem à fol. 80 pag. 1 uſque ad fol. 93 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni* Ἐπιτάφιος λόγος εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ſive, *Oratio funebris in fratrem S. Baſilium Magnum*; cujus principium: (2) Καλῶς ἐπέθηκεν ὁ Θεὸς &c. (2) Vide ibid. Tom. II pag. 911.

Quintò, & quidem à fol. 93 pag. 2 uſque ad fol. 95 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio* εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν νηστειῶν, ſive, *in principium Jejuniorum*, quæ incipit: Σύνθετον ζῶον ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ σώματος τοῦ φαινομένου καὶ τῆς λογικῆς καὶ ἀσωμάτου ψυχῆς &c. Eſt autem ea ibi in fine mutila aliquot folijs, quæ ſceleſti cujuſdam hominis manu exciſa ſunt.

Sextò, & quidem à fol. 96 pag. 1 uſque ad fol. 107 pag. 2, ejuſdem *Orationis S. Gregorij Nyſſeni in principium Jejuniorum*, ſive *in ingreſſum Jejunij Quadrageſimalis*, Exemplar aliud *integrum*, ſed à præcedentis *mutili* Exemplaris ſcripturâ adeò diverſum, ut primo intuitu appareat, Exemplaria illa duo à duobus diverſis deſcriptoribus exarata eſſe. Primus hanc Orationem ex Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* græcè & latinè in lucem edidit R. P. *Jacobus Gretſerus* in Appendice Quæſtionum & Reſponſionum ſacrarum *S. Anaſtaſij Sinaitæ*, Ingolſtadij typis Ederianis A. 1617 in quarto editarum, pag. 662. Eadem Oratio ab eodem *Gretſero* ſecundùm edita eſt in Appendice græco-latinâ Operum *S. Gregorij Nyſſeni*, Pariſijs A. 1618 in folio impreſsâ, pag. 247.

Septimò, & quidem à fol. 107 pag. 2 uſque ad fol. 118 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio* περὶ εὐποιΐας, ſive, *de Beneficentiâ*; cujus principium: Ὁ τῆς ἐκκλησίας τάυτης προέδρος &c. Oratio hæc exſtat quidem in ſuprà citatâ Operum *S. Gregorij Nyſſeni* editione græco-latinâ *Pariſienſi* Tom. I pag. 970, ſed tantùm *latinè*, *Petro Franciſco Zino* interprete, inſcribitúrque ibi *De pauperibus amandis & benignitate complectendis*. Ipſum autem contextum *græcum* primus ex hoc Codice MSto *Cæſareo* in lucem edidit R. P. *Jacobus Gretſerus* in Appendice Quæſtionum & Reſponſionum ſacrarum *S. Anaſtaſij Sinaitæ*, Ingolſtadij typis Ederianis A. 1617 græcè & latinè in quarto editarum, pag. 640. Eadem Oratio ab eodem *Gretſero* ſecundùm edita eſt in Appendice græco-latinâ Pariſinâ Operum *S. Gregorij Nyſſeni* pag. 235, inſcribitúrque ibi περὶ φιλοπτωχίας καὶ εὐποιΐας.

Octavò, & quidem à fol. 118 pag. 1 uſque ad fol. 129 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni* προτρεπτικὸς περὶ μετανοίας, ſive, *Oratio adhortatoria de Pœnitentiâ ad eos, qui duriùs & acerbiùs alios judicant atq; condemnant, cùm ipſi converſione indigeant & pœnitentiâ.* Principium ejus eſt: Ἀνὴρ Φαρισαῖος, ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν &c. Oratio hæc exſtat quidem in ſuprà citatâ Operum *S. Gregorij Nyſſeni* editione græco-latinâ Pariſienſi Tom. I pag. 964, ſed tantùm *latinè*, *Petro Franciſco Zino* interprete. Ipſum autem contextum *græcum* primus ex hoc Codice MSto *Cæſareo* in lucem edidit R. P. *Jacobus Gretſerus* in Appendice græco-latinâ Pariſienſi Operum *S. Gregorij Nyſſeni* pag. 165.

Nonò, & quidem à fol. 129 pag. 2 uſque ad fol. 143 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio de Deitate Filij & Spiritûs Sancti, & de Patriarchâ Abrahamo*; cujus principium: (1) Οἷόν τι πάσχουσι πρὸς τὰς πολυανθεῖς &c. Eſt autem hæc Oratio prorſùs eadem, quæ exſtat ſupra in eodem hoc Codice MSto à fol. 70 uſque ad fol. 79.

(1) *Vide ſuprà citatam Operū S. Gregorij Nyſſeni edit. gr. lat Pariſ. Tom. II pag. 896.*

Decimò, & quidem à fol. 143 pag. 2 uſque ad fol. 154 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio de Pauperibus amandis in illud Evangelij S. Matthæi cap. 25 v. 40*: ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε &c, hoc eſt, *Quantum feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Principium ejus eſt: (2) Ἐπὶ πρὸς τῷ θεάματι τῆς φοβερᾶς &c.

(2) *Vide ibid. Tom. I pag. 881.*

Vndecimò, & quidem à fol. 154 pag. 1 uſque ad fol. 156 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio* εἰς τοὺς κοιμηθέντας, ſive, *de mortuis*; cujus principium: (3) Οἱ τὴν ἀναγκαίαν τῆς φύσεως ἡμῶν &c. In fine autem eſt ea *mutila*, & pertingit tantùm incluſivè uſque ad hæc verba: (4) οὐκ ἂν οὔτε παντὶ, οὔτε πάντοτε ἀγαθόν τι ἐστιν ἡ πλήρωσις, ἀλλὰ καὶ.

(3) *Vide ibid. Tom. II pag. 1049.*
(4) *Vide ibid. pag. 1052.*

Duodecimò, & quidem à fol. 158 pag. 1 uſque ad fol. 170 ſive ultimum, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Oratio* ἀκέφαλος, ſive *principio mutila, in Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum*, quæ ibi nunc incipit his verbis: - - - καὶ ὡς πάντας εὐψύχως ἔφερεν &c. Hanc quoque Orationem ita mutilam ſub nomine *S. Gregorij Nyſſeni* ex hoc Codice MSto *Cæſareo* ſeparatim in lucem edidit R. P. *Jacobus Gretſerus* A. 1620 Ingolſtadij typis Ederianis græcè & latinè in octavo; ibique in *Præfatione* ad Lectorem, ubi judicium ſuum de eâdem Oratione indicat, nominatim etiam atque expreſsè ipſius Codicis manuſcripti *Cæſarei* facit mentionem his verbis: *Orationem in Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, principio mutilam, deſcriben-*

bendam curavimus ex chartaceo vetuſto Codice MSto BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ VIENNENSIS; in quo ſolius D. GREGORII NYSSENI plures Orationes unà cum hoc Encomio inerant. Ex quo aliquis ſuſpicari poterat, etiam hoc eidem Patri, tanquam autori adſcribi debere; ſed repugnare videtur genus dicendi, quod Gregorio longè grandius & magnificentius eſt. Sed in mentem revocandum eſt, ipſum etiam Nyſſenum non ubiq; ſibi parem apparere, præcipuè in ſermonibus ad populum, quos captui plebis accommodatè concinnare oportet. Nec nomen GREGORII, ut in alijs, initiò expreſſum eſt hoc vel ſimili modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου &c, vel Τοῦ αὐτοῦ, *ſed non mirum, quia plures pagellæ exciderunt præ nimiâ vetuſtate, ita ut vix, ac ne vix quidem quarta pars Orationis illius in Defunctos, quæ hanc proximè antecedit, in prædicto Codice ſuperſit, ut planum fit ex nuperâ editione Græco-latinâ Pariſienſi. Qui caſus non modò præcedentem quaſi per apocopen, ſed & hanc noſtram proximè ſubſequentem quaſi per aphæreſin detruncavit. Alioqui fortaſſis GREGORII NYSSENI nomen præſcriptum videremus, ſicut cæteris ejuſdem Codicis præſcriptum eſt. Nec refert, quòd ſæpiùs oratio non ſatis cohærere, imò &* σολοικίζειν *videatur: nam librariorum imperitia multa depravavit; quæ quis ſine plurium exemplariũ ſubſidio jam reſtituat? Poſſet porrò animũ minùs advertens credere, Nyſſenũ inter Apoſtolos ÆQVABILITATEM, &, ut ipſe vocat,* τὸ ἰσόῤῥοπον καὶ ἰσοστάσιον *ſtatuere; ſed hoc aliter accipi non poteſt, quàm de æqualitate Apoſtolatûs præciſè, non de circumſtantijs & accidentibus Apoſtolatûs. Omnes enim Apoſtoli pares fuerunt, quatenus præciſè erant Apoſtoli, quemadmodum omnes Epiſcopi, quâ Epiſcopi, æquales ſunt, licet inter illos Jure Divino ſit quidam omnium ſupremus, nempe Pontifex Romanus, & Jure Eccleſiaſtico alij Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & ſic cæteris majores. Et quomodo Nyſſenus Apoſtolos omnes ſimpliciter, quod ad omnia, æquales eſſe aſſereret, cùm apertiſſimis verbis non ſemel, ſed iterùm atq; iterùm PETRO PRIMATVM in omnes, etiam in ipſos Apoſtolos, & ſuper omnes concedat? Agnovit igitur aliquid prærogativæ ac eminentiæ in Petri Apoſtolatu, quod in aliorum Apoſtolatu non inveniebat. Legatur itaq; hæc quoq; Oratio nomine NYSSENI; quod fortaſſe nobis certum eſſet, niſi Codex exciſis, vel potiùs exeſis, compluribus pagellis decurtatus fuiſſet. Ego eo libentiùs huic Orationi evulgandæ aliquid operæ impendi, quòd plura jam ſanctiſſimi & eruditiſſimi hujus Patris monumenta in publicum protulerim, quæ priùs ſeparatim edita, poſteà in duos Nyſſeni Pariſienſes*

Græ-

Græco-latinos Tomos, & in Appendicem illata ſunt. Hucuſque R.P. *Jacobus Gretſerus.* Verumenimverò ut doctiſſimus ille & accerrimus Catholicæ Religionis Propugnator rectè animadvertit, *ſtylum* hujus Orationis à *ſtylo S. Gregorij Nyſſeni* non mediocriter diſcrepare, ſic re verâ *S. Gregorius Nyſſenus* non eſt autor hujus Orationis, ſed *MAXIMVS, Monachus Conſtantinopolitanus, cognomine PLANVDES*, qui integris circiter *nongentis quinquaginta octo annis S. Gregorio Nyſſeno* eſt junior. Obijt enim *S. Gregorius Nyſſenus* A.C. 395 vel 396, *Maximus* autem *Planudes* claruit circa annum Chriſti 1353, ut non ſolùm ex ipſius (1) *Epiſtolis*, quæ *in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ manuſcriptæ* exſtant, verùm etiam ex (2) *Raphaelis Volaterrani* teſtimonio, quod paulo pòſt integrum exhibebitur, luculenter videre eſt. Eadem videlicet *Oratio in Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum*, quam R. P. *Gretſerus*, ſub nomine *S. Gregorij Nyſſeni* mutilam edidit, *bis* jam à me reperta eſt integra *in duobus Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codicibus manuſcriptis Græcis, quorum unus inter Codices MStos *Hiſtoricos Græcos*, alter autem inter Codices MStos *Philologicos Græcos* locum obtinet. In *priori* horum duorum Codicum exſtant, præter (3) *Nicephori Gregoræ* & *Gregorij Cyprij* Patriarchæ Conſtantinopolitani varias *Orationes Panegyricas*, etiam *Orationes duæ Maximi Planudis*, quarum *prima* in *Sepulturam Chriſti & Beatiſſimæ Virginis Deiparæ Planctum funebrem* inſcribitur atq; incipit his verbis: ΜΑΞΙΜΟΥ Μοναχοῦ τοῦ ΠΛΑΝΟΥΔΗ εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν ἐπιτάφιον θρῆνον τῆς Θεοτόκου. Ἃ μὲν ἄν τις εἰκάσῃ τεκμήριον τὴν παροῦσαν ἔχων κατάστασιν &c; *ſecunda* autem in *Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum* hoc modo: ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ εἰς τοὺς ἁγίους ἐνδόξους πανευφήμους καὶ κορυφαίους τῶν Ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ Πέτρον καὶ Παῦλον. Ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν Ἀποστόλων προθυμουμένῳ, μηδὲν εἶναι πόνου πολλοῦ πρᾶγμα, μηδὲ χαλεπὸν ἐγχειρῆσαι, &c. Hæc nempe eſt illa ipſa *Oratio*, quàm R.P. *Gretſerus* ſub nomine *S. Gregorij Nyſſeni* edidit mutilatè incipientē his verbis: - - - καὶ ὡς πάντας εὐψύχως ἔφερεν &c. Ante hæc enim verba deſunt integra *tredecim folia* in quarto, minutis literis compreſsè ſcripta. Eodem modo eadem Oratio

(1) *Prima* illarū centum viginti duarum Epiſtolarum *ſcripta eſt ad* Imp. Joannem Palæologum Imp. Andronici Junioris filium, *qui capit imperare A.* 1347 *& A.* 1314 *obijt; ſecunda autē ad* Manuelē, *jam memorati* Imp. Joannis Palæologi fratrē, natu minorem. (2) *Vide Commentariorum ipſius Vrbanorum lib.* 17. *Corrigendus ergò eſt* R. P. Antonij Poſſevini Apparatus Sacer, *utpote ubi* Maximus Planudes *traditur claruiſſe tempore* Concilij Baſileenſis, *quod A. C.* 1431 *inchoatum eſt.* (3) *Inter* Nicephori Gregoræ *Orationes illas Panegyricas præcipuum ibi obtinet locum* Oratio in Imp. Conſtantinum Magnum *à fol.* 19 *pag.* 1 *uſque ad fol.* 32 *pag.* 2, *& in eâ notabile imprimis eſt Teſtimonium minùs vulgare de* Eutropio Hiſtorico *fol.* 32 *pag.* 2. *ubi vocatur* ἡλικιώτης ὁμοῦ καὶ αἱρεσιώτης Ἰουλιανοῦ. *Ex quibus verbis manifeſtè liquet,* Eutropium *non ſolùm* æqualem *ſive* coætaneum *fuiſſe* Imp. Juliani Apoſtatæ, *verùm etiam* ſectatorem *ejuſdem, hoc eſt,* ethnicum *ſive* gentilem.

tio ſuppleri poteſt etiam ex *altero* illo Codice MSto *Cæſareo*, qui inter Codices MStos *Philoſophicos & Philologicos Græcos* olim fuit *ſexageſimus primus*. In eo enim præter *Maximi Planudis Epiſtolas centum viginti duas, Comparationem Veris & Hyemis*, & *Orationem in S. Martyrem Diomedem*, exſtat quoque ejuſdem *Planudis* ſuprà memorata *Oratio in Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum*, inſcribitúrque ibi atque incipit hoc modo: Τοῦ σοφωτάτȣ Κυρίȣ ΜΑΞΙΜΟΥ τȣ ΠΛΑΝΟΥΔΗ ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους ἐνδόξȣς καὶ πανευφήμȣς κορυφαίȣς τῶν Ἀποςόλων Πέτρον καὶ Παῦλον. Ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν Ἀποςόλων προθυμȣμένῳ, μηδὲν εἶναι πόνȣ πολλȣ̃ πρᾶγμα, &c. Meminit ejuſdem *Orationis* ſub nomine *Maximi Planudis* etiam V. CL. *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* pag. 87. Cæterùm quo mágis pateat, quis & qualis ille fuerit *Maximus Planudes*, & quòd *Oratio* ejus *in SS. Apoſtolos Petrum & Paulum* cautè legenda ſit, ſubjungo hîc ex *Raphaelis Volaterrani* Commentariorum Vrbanorum librò decimo ſeptimo notabile quoddā non ſolùm ipſius, ſed & *Cardinalis Beſſarionis* de eodem *Planude* teſtimonium ſimul & judicium: *MAXIMVS PLANVDES, Monachus Conſtantinopolitanus, Vir planè doctiſſimus, vehementiſq; ingenij*, (1) *abhinc annos ferè centum quinquaginta. Romanæ ab initio Fidei favit; ob quam rem ab Imperatore Conſtantinopolitano multa paſſus, in cuſtodiam tandem conjectus, contra ſentire coactus eſt, tribus editis contra Romanam Eccleſiam argumentationibus. Quas ætate noſtrâ Beſſario Cardinalis Nicænus perlegens mirari ſolebat, Virum cæteris in ſcriptis excellentem, ſummúmq; Philoſophum, tàm ineruditos infirmóſq; edidiſſe ſyllogiſmos; haud ob aliam putabat cauſam, quàm quòd ea, quæ metu perſcripſerit, animo improbaverit, refellendáq; vel cuivis facilè præbuerit. Hujus plura exſtant ingenij monumenta. Nam Ovidij Metamorphoſeos Librum, & Macrobium de Saturnalibus, in Græcum ſermonem convertit, ambos proſâ oratione. Problematum Volumen compoſuit; Rhetoricos Commentarios ſuper Hermogenem ſcripſit; Epigrammata veterum Græcorum, reſectis laſcivioribus, in unum jam vulgo ſparſum Volumen coegit.* Hæc de *Maximo Planude Raphael Volaterranus*.

(1) *Dedicavit* Raphael Volaterranus *ſuos illos Commentariorū Vrbanorū libros Summo Pontifici* Julio II, *qui electus eſt A. C.* 1503 *& A.* 1513 *obijt.*

C X.

Centeſimus decimus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus in *quarto*, conſtátque *centum & quinque* folijs. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecenteſimus primus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 49 pag. 2, *S. Gregorij*

(1) *Vide Librum primum horũ Commentariorũ pag. 43, 44, 97, 98, 99, 100 & 144. Omiſſa autẽ ibi eſt mentio hujus Codicis manuſcripti culpâ inepti & imperfecti Catalogi antiqui Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, utpote ubi omnia toto hoc Codice MSto comprehẽſa, indiſtinctè & negligenter indicantur his paucis verbis:* Gregorij Nyſſeni in Hexameron lib. 4° chart.

gorij Epiſcopi Nyſſeni (1) *Opus περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου*, hoc eſt, ſecundùm verſionem antiqui Interpretis *Dionyſij Exigui, De Creatione hominis*, vel, ut *Joannes Leunclavius* tranſtulit, *De hominis Opificio*. Præfatio ipſius ad *Petrum fratrem, Epiſcopum Sebàſtenum* inſcribitur ibi atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης Θεωρία εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴν πρὸς τὸν Ἐπίσκοπον καὶ ἀδελφὸν αὐτοῦ Πέτρον. Εἰ ταῖς διὰ τῶν χρημάτων τιμαῖς &c. Præfixa etiam eſt eidem Præfationi *Index triginta Capitum*, in quæ totum illud Opus diviſum eſt.

Secundò, & quidem à fol. 50 pag. 1 uſq; ad folium centeſimum quintum ſive ultimum, (2) *Severiani Gabalorum in Syriâ Epiſcopi Homiliæ ſex in κοσμοποιΐαν* ſive *Creationem Mundi*, quæ (3) ſuprà in Codice MSto *centeſimo ſeptimo* falsò attribuuntur *S. Joanni Chryſoſtomo*. Prima earum inſcribitur atque incipit in hoc Codice MSto *CXmo* his verbis: ΣΕΒΗΡΙΑΝΟΥ Ἐπισκόπου Γαβάλων ὁμιλία εἰς τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς κοσμοποιΐας. Πᾶσα εὐσεβείας ὑπόθεσις τῶν ψυχῶν ἐστὶ τῶν ἡμετέρων διόρθωσις· πρὸς ταύτην γὰρ &c. Hic igitur eſt ille ipſe Codex manuſcriptus *Cæſareus*, ex quo Nobiliſſimus Eques Anglus, Dn. *Henricus Savilius*, *ſex* iſtas *Homilias* ſub vero *Severiani* nomine primùm *græcè* edidit Tomo ſeptimo editionis Anglicanæ Etonenſis Operũ *S. Joannis Chryſoſtomi* à pag. 587 uſq; ad pag. 640. Quâ de re vide plura Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 383, 384 & 385; item ſuprà Libri hujus *quarti* pag. 30.

C X I.

Centeſimus undecimus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque folijs *ducentis triginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(2) *Vocatur is à* Gennadio Maſſilienſi *in Libro de Scriptor. Eccleſiaſt. cap. 21.* Vir in divinis Scripturis eruditus, & in HOMILIIS Declamator admirabilis; *additúrque ibidem, eundem* Severianum ab Arcadio & S. Joanne Chryſoſtomo ad faciendum ſermonem frequenter vocatum eſſe Conſtantinopolim. (3) *Vide ſuprà pag.* 30. (4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus ſexageſimus quartus. (5) *Vide* Jacobi Billij *Notas ad hanc Orationem. &* R. P. Jac. Gretſeri *Commentar. in* Georgium Codinum *de Officijs Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ lib.* 3 *cap.* 3. (6) *Vide ſuprà citatam Operum* S. Gregorij Nyſſeni *edit. græco-lat. Pariſ. Tom. II pag.* 798.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 17 pag. 2, *S. Gregorij Epiſcopi Nyſſeni Oratio* εἰς τὰ ἅγια φῶτα, hoc eſt, *in Sancta Lumina* ſive *in Feſtum Baptiſmatis Chriſti* (5) accenſis cereis celebrari ſolitum; quæ incipit: (6) Νῦν γνωρίζω τὴν ἐμὴν ἀγέλην &c.

Secundò, & quidem à fol. 18 pag. 1 uſque ad fol. 41 pag. 2 *Hiſtoria Martyrij S. Photinæ Samaritanæ filiorúmq; ipſius & ſororum*, ab anonymo quodam Autore non minùs eleganter, quàm prolixè de-

deſcripta, ſed hactenùs, quod ego ſciam, nondum in lucem edita; utpote quæ nec à Card. *Baronio* citatur in Notis ad Martyrologij Romani diem vigeſimum Martij, quo ejuſdem *S. Photinæ* celebratur memoria, nec à Reverendis Patribus Soc. Jesv *Joanne Bollando*, *Godefrido Henſchenio* & *Daniele Papebrochio* Actis Sanctorum menſis Martij inſerta, vel in Appendice Græcâ ijſdem ſubjuncta eſt, licet alioqui *S. Photinæ* & conmartyrum ejus diligenter & accuratè meminerint. Principium iſtius Hiſtoriæ unà cum Titulo ſive Inſcriptione in Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* eſt tale: *Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος* ΦΩΤΕΙΝΗ͂Σ, *τῆς καὶ Σαμαρείτιδος, καὶ τῶν ταύτης τέκνων καὶ ἀδελφῶν, τῶν σὺν αὐτῇ μαρτυρησάντων. Ἄρτι τοῦ νοητοῦ ἡλίου τὰς οἰκείας ἀκτῖνας τοῖς πέρασιν ἐπιπέμποντος, καὶ καταυγάζοντος οὐ μόνον τὰς φαινομένας ὄψεις καὶ γεώδεις καὶ ὑλικάς, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰς νοερὰς καὶ αὔλους τῶν ψυχῶν ὑποστάσεις, καὶ τῷ οἰκείῳ πυρὶ ἀναφλέγοντος, ὅπερ αὐτὸς ἦλθε βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, ὥσπερ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἠκούσαμεν, σαγηνεύεται μὲν ὁ τῶν Ἀποςόλων σεβάσμιος καὶ θεῖος χορὸς, καὶ ἀνθρώπους ἀντὶ τῶν ἰχθύων θηρεύειν μυεῖται καλῶς καὶ διδάσκεται. Προσάγεται δὲ καὶ τὸ τῶν γυναικῶν γένος, καὶ οὐκ ἔξω τῶν τοῦ ἐμοῦ Θεοῦ καὶ Δεσπότου δεικτύων μένει, διὰ τὴν τῆς Εὔας οἶμαι παράβασιν καὶ παρακοήν· ἐπεὶ καὶ ἀπὸ παρθενικῆς διὰ ταύτην παρῆλθε μήτρας, ἵνα τὴν λύπην ἀνέλη νεμομένην καὶ διαλυμαινομένην ὥσπερ τι πάθος σαρκοβόρον ὅλον τὸ ἐφεξῆς γένος, ἀφ' οὗπερ οἷα ἐπιτίμιον φεῦ τῆς ἀπάτης, ταύτην κατεδικάσθην. Ἐπεὶ οὖν, ὡς εἴρηται, καὶ γυναῖκες τὴν ἀλήθειαν φανερωθεῖσαν ἐπέγνωσαν*; &c. Proponitur ibidem paulo pòſt locus ex Evangelij *S. Joannis* capite quarto de colloquio *Chriſti* cum muliere *Samaritanâ* ad fontem ſeu puteum, & ſubjungitur, hanc illam fuiſſe, quæ poſt converſionem ſuam *Photina* appellata eſt. Ipſa verba, quibus id ibi traditur ſunt hæc: *Καὶ ὅτι μὲν ἡ παρ' αὐτῷ τοιῷδε θείῳ Εὐαγγελιςῇ Σαμαρεῖτις ἡ μεγαλομάρτυς ἐςὶ* ΦΩΤΕΙΝΗ, *μηδεὶς ἀμφιβαλέτω διὰ τὸ μὴ τὸ ὄνομα ταύτης ὑποσημαίνεσθαι τῷ εὐαγγελίῳ· οἶμαι γὰρ τὴν κλῆσιν ταύτην ἔσχατον εἰληφέναι τὴν μακαρίαν, ὥσπερ ἄρα καὶ οἱ ταύτης φίλτατοι παῖδες, καθὼς παρακατιὼν ὁ λόγος δηλώσει. Ἀφ' οὗ γὰρ τὸν Χριςὸν Θεὸν ἐγνώρισε καὶ Θεοῦ Υἱὸν*, &c. Ejuſdem quoque rei confirmandæ causâ mox additur: *Ἔςι δὲ καὶ ἄλλος ἐκ παραδόσεως θείων Πατέρων λόγος ἀληθείας ἐχόμενος, καὶ μέχρις ἡμῶν ἥκων, ὅτι ἐν τοῖς τῶν ὑδάτων ἁγιασμοῖς, ἃ πρὸς ἔκπλη-*

σιν τῶν ἁμαρτιῶν τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος ἐπενοήσατο, διὰ τοῦτο καὶ τῆς μεγαλομάρτυρος ΦΩΤΕΙΝΗΣ ἡ τιμία εἰκὼν ἔσωθεν ἱστορεῖται εἰς δήλωσιν καὶ ἀπόδειξιν τοῦ παρόντος λόγου, καὶ ὅτι τοῦ τῶν ὑδάτων ἁγιασμοῦ ὁμοίως ταύτῃ τῇ Σαμαρείτιδι δεόμενοι μεταχεῖν, τούτου ἕνεκεν ἐν τούτοις ταύτην καθιστορούμεν. Clauditur denique tota martyrij Hiſtoria his verbis: Καὶ διέμενεν οὕτως ἐν τῇ φρουρᾷ ἐπὶ ἡμέρας ἱκανὰς αἰνοῦσα καὶ δοξάζουσα τὸν Θεόν· ὅθεν τὸ μὲν, ἐν ἑαυτῷ τῷδε δεσμωτηρίῳ φυσικῷ θανάτῳ ταύτην καταλῦσαι τὸν βίον, καὶ πρὸς τὴν ἀγήρω μετατεθῆναι ζωήν· τὸ δὲ, μετὰ πολὺν χρόνον ταύτην ἐκεῖθεν ἐξελαθῆναι διὰ τὴν τῶν σημείων ἐπίδειξιν ἱστοροῦσι, ᾧ καὶ μᾶλλον τίθεμαι, οἷα πολλοὺς διὰ τούτων πρὸς τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἑλκύσαν, καὶ τῶν εἰδωλικῶν ἀναπείθουσαν ἀπέχεσθαι βδελυγμάτων· ἔνθεν τε τῷ Βυζαντίῳ ἐπιφοιτῆσαι, καὶ διατρίψασαν ἐν τούτῳ χρόνον ἐφ᾽ ἱκανὸν, καὶ πολλὰς ψυχὰς τῷ Χριστῷ σαγηνεύσασαν, καὶ οὕτως ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ μεταστῆναι πρὸς Κύριον μηνὶ Μαρτίῳ εἰκάδι, ἐν ὑπογαίῳ τε καὶ ἀδήλῳ τόπῳ τὸ τίμιον αὐτῆς σῶμα παρὰ τῶν εὐλαβῶν κατατεθῆναι διὰ τὴν τῶν ἑλληνιστῶν μανίαν· χρόνοις δὲ πολλοῖς ὕστερον ἐμφανισθῆναι αὐτὸ, εἰς κοινὴν ἡμῶν ὠφέλειαν καὶ σωτηρίαν, καὶ φωτισμὸν ψυχῶν ὁμοῦ καὶ σωμάτων, χάριτι Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Tertiò, & quidem à fol. 42 pag. 1 uſque ad fol. 52 pag. 2, *S. Gregorij Nyſſeni Orationes duæ in Sanctos Quadraginta Martyres*, quarum prima incipit: (1) Οἷς ἀνιᾶσθαι τοὺς πολλοὺς στοχάζομαι, &c; ſecunda autem; (2) Χθὲς μὲν Μάρτυρες πρὸς ἑαυτοὺς τὸν λαὸν ἐκάλουν, &c.

Quartò, & quidem à fol. 53 pag. 1 uſque ad fol. 86 pag. 2, *Philothei Patriarchæ Conſtantinopolitani Oratio in omnes Sanctos*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου, Κυρίου ΦΙΛΟΘΕΟΥ λόγος εἰς τοὺς Ἁγίους πάντας, ἐν ᾧ καὶ τῆς περὶ τὸν ἄνθρωπον τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας ἐπιτομή. Καὶ τὸ λόγοις μὲν ἄλλως τὰ τῶν ἁγίων ἑκάστου διεξιέναι, καὶ θαύματα καὶ ἀγῶνας ἐκείνων &c. Meminit hujus Orationis etiam V. CL. *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 97.

(1) *Vide ſuprà citatam Operū* S. Gregorij Nyſſeni *edit. gr. lat. Pariſ. Tom. II. pag.* 931.
(2) *Vide ibid. Tom. II pag.* 936.

Quintò, & quidem à fol 87 pag. 1. uſque ad fol. 98 pag. 2, *THEODORI, Primi à Secretis & Patricij, cognomine DAPHNOPATÆ Oratio de manu S. Joannis Baptiſtæ Antiochiâ Conſtantinopolim translatâ*; cujus titulus & principium: ΘΕΟ-

ΔΩ-

ΔΩΡΟΥ Πρωτασηκρήτου καὶ Πατρικίου, τοῦ ΔΑΦΝΟΠΑΤΟΥ, Λόγος εἰς τὴν ἐξ Ἀντιοχείας ἀνακομιδὴν τῆς σεμνῆς καὶ τιμίας χειρὸς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἡμῖν ὁ ἱερὸς τοῦ Χριστοῦ ἐπεδήμησε Πρόδρομος, τῶν αὐτοῦ χαρίτων ἀναδιδοὺς ἀφθόνως τὰ νάματα, &c. Exſtat quidē hæc Oratio apud *Laurentium Surium* Tom. IV de probatis Sanctorum Hiſtorijs d. 29 Auguſti, ſed tantùm *latinè*, & abſque nomine autoris ſui *Theodori Daphnopatæ*, incipitq; ibi his verbis: *Ecce ad nos rurſus venit ſacroſanctus Chriſti Præcurſor, abundè fluenta emittens ſuarum gratiarum*, &c. Ejuſdem Orationis de Translatione manûs S. Joannis Baptiſtæ meminit etiam V. CL. *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 96, ibidémque ea, itidem ut in hoc Codice MSto Cæſareo, attribuitur *Theodoro Daphnopatæ*.

Sextò, & quidem à fol. 98 pag. 2 uſque ad fol. 107 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio panegyrica in S. Ignatium Martyrem, Epiſcopum Antiochenum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα καὶ θεοφόρον Ἰγνάτιον. (1) Οἱ πολυτελεῖς καὶ φιλότιμοι τῶν ἑστιατόρων &c.

(1) *Vide Operum S.* Ioannis Chryſoſt. *editionem Savilianā Anglianā Tom V pag. 498 & edit. Fronton. Pariſ. Tom. 1 pag. 561.*

Septimò, & quidē à fol. 108 pag. 1 uſq; ad fol. 128 pag. 2, *Nicephori Gregoræ Oratio in Sanctam (2) Theophanonem, Imp. Leonis VI, cognomine Philoſophi vel Sapientis, primam conjugem*, cujus memoria à Græcis colitur die decimo ſexto Decembris. Ipſa tituli græci verba unà cum principio Orationis ſunt hæc: Τοῦ σοφωτάτου Κυροῦ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ τοῦ ΓΡΗΓΟΡΑ λόγος εἰς τὴν ἁγίαν Θεοφανὼ τὴν Βασιλίδα. Πολλοί μοι πολλάκις τῶν ἀρετῇ καὶ συνέσει διαφερόντως προεστῶσιν ἄλλοτε ἄλλοι, παραινοῦντες καὶ συμβουλεύοντες &c.

Octavò, & quidem à fol. 129 pag. 1 uſque ad fol. 168 pag. 1, *Theophanis, Tauromenij in Siciliâ Archiepiſcopi*, cognomine *Cerameus* ſive *Figuli, Homiliæ undecim in totidem Evangelia* ἑωθινὰ ſive *matutina*; quarum prima inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ μακαριωτάτου, σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Ταυρομενείας τῆς Σικελίας, τοῦ ἐπίκλην Κεραμέως, Ὁμιλίαι εἰς τὰ ιά ἑωθινὰ εὐαγγέλια. Ὁμιλία ά. Πάλαι μὲν ὁ θεόπτης Μωσῆς &c. Plura de hoc Autore ejúſq; Homilijs vide ſuprà pag 17, 18, 19 & 20, ubi agitur de Codice CIIdo.

(2) *Vide* Card. Baron. *Annal. Eccleſiaſt. Tom. X A. C. 901 num. 5 & 8.*

Nonò, & quidem fol. 168 pag. 1 & 2 Fragmentum quoddam ex *S. Gregorij Nyſſeni Libris Antirrheticis contra Eunomium hæreſiarcham*, qui exſtant in Operum ipſius Appendice græco-latinâ, à

R. P. *Jacobo Gretſero* Lutetiæ Pariſiorum A. 1618 in folio editâ.

Decimò, & quidē à fol. 169 pag. 1 uſq; ad fol. 172 pag. 2, *Symeonis Metaphraſtæ* Hiſtoria Martyrij *S. Nicetæ Gotthi*, qui ab *Athanarico* Rege ob Catholicā Fidē comburi juſſus eſt, cujúſq; memoria in Martyrologio Romano celebratur d. 15 Septembris. Principiū ejus unà cū Titulo eſt tale: Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Νικήτα. Νικητικοὺς ἀγῶνας τοῦ μάρτυρος Νικήτα πανηγυρίσω σήμερον, οὐχ' ὃν ὁ τῶν Ἀποστόλων κορυφαῖος Πέτρος ἐπαιδαγώγησε, &c. Idem Martyrium exſtat quidem apud *Laurentium Surium* Tom. V de probatis Sanctorum Hiſtorijs d. 15 Septembris, ſed tantùm *latinè*, incipitque ibi his verbis: *Victricia Martyris Nicetæ hodiè celebramus certamina, non quem Princeps Apoſtolorum Petrus erudijt*, &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 173 pag. 1 uſque ad fol. 182 pag. 2, *Symeonis Metaphraſtæ* Hiſtoria Martyrij *S. Eleutherij Epiſcopi Illyrici*, cujus memoria in Martyrologio Romano celebratur d. 18 Aprilis. Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἐλευθερίου· Αἰλίου Ἀδριανοῦ Ῥωμαίων βασιλεύοντος, δαίμοσι δὲ καὶ εἰδώλοις ἐπιμελῶς δουλεύοντος, &c. Idem Martyrium exſtat quidem apud *Laurentium Surium* Tom. II de probatis Sanctorum Hiſtorijs d. 18 Aprilis, ſed tantùm *latinè*, incipitque ibi his verbis: *Cùm Ælius Adrianus Romanis quidem imperaret, Dæmonibus autem & ſimulacris diligenter ſerviret*, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 182 pag. 2 uſque ad fol. 190 pag. 1, *Symeonis Metaphraſtæ* Hiſtoria Martyrij *S. Polyeucti*, qui ſub *Imp. Decio Melitenæ* paſſus eſt, cujúſque memoria in Martyrologio Romano celebratur d. 13 Februarij, in Menologio autem Græcorum d. 9 Ianuarij Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πολυεύκτου. Εἴπερ τις ἄλλη καὶ καλλίστη τῶν διηγήσεων, καὶ ἡ τοῦ θαυμαστοῦ μάρτυρος Πολυεύκτου· &c. Idem Martyrium exſtat quidem apud *Laurentium Surium* Tom. I de probatis Sanctorum Hiſtorijs d. 9 Ianuarij, ſed tantùm *latinè*, incipítque ibi his verbis: *Si eſt ulla alia pulcherrima narratio, pulcherrima quoque eſt narratio admirabilis Martyris Polyeucti*; &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 191 pag. 1 uſq; ad fol 196 pag. 2, *Calliſti Patriarchæ Conſtantinopolitani Oratio in Obdormitionem* ſeu *Aſſumptionem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, hactenùs, quod ego ſciam, nondum edita, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Κυρίου ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ ὁμιλία εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπερενδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Μέγα καὶ παράδο-

ἐνδοξον, Ἀδελφοὶ, καὶ πάντων οὐχ' ἡμῶν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτῶν φύσεως ὑπερβαῖνον πάντα καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν, ἐντετέλεσαι σήμερον. Τὰ γὰρ ὑπὲρ φύσιν τελούμενα &c. Ejuſdem Orationis ſeci jam olim mentionem in (1) *Diario* meo *Sacri Itineris Cellenſis*, utpote cui *de Feſto Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ* prolixam & varijs minimè vulgaribus Obſervationibus refertam Diſſertationem inſerui à pag. 66 uſque ad pag. 202.

(1) *Vide ibi Additamentum quartum pag. 268 & 269.*

Decimo quartò, & quidem à fol. 196 pag. 2 uſque ad fol. 204 pag. 2 ejuſdem *Calliſti Patriarchæ Conſtantinopolitani Oratio in decollationem S. Joannis Baptiſtæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆς κεφαλῆς τοῦ τιμίου Προφήτου, Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου. Πάλιν ἑορτὴ, Ἀδελφοὶ, καὶ πάλιν πανήγυρις, πάλιν συνδρομὴ σχεδὸν &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 204 pag. 2 uſque ad fol. 212 pag. 2, ejuſdem *Calliſti Patriarchæ Conſtantinopolitani Oratio in Exaltationem S. Crucis*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, βουλόμενος δεῖξαι πρὸς ἡμᾶς τὴν ἄκραν αὐτοῦ ἀγάπην καὶ ἀγαθότητα, &c. Orationem hanc ex hoc Codice MSto Cæſareo primus græcè & latinè in lucem edidit R. P. *Jacobus Gretſerus* Tomo ſecundo Operis *de Sancta Cruce* à columnâ 1347 uſque ad colum. 1364 editionis Ingolſtadienſis Ederianæ A. 1616 in folio.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 212 pag. 2 uſque ad fol. 216 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Homilia quadrageſima quarta in Evangelium S. Joannis*, cujus principium: (2) Τὸ προσηνὲς καὶ λεῖον οὐ πανταχοῦ χρήσιμον &c.

(2) *Vide Operum S.* Joannis Chryſoſtomi *editionẽ Savilianam Anglicanam Tom. II pag. 736.*

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 217 pag. 1 uſque ad fol. 236 pag. 1, *Magni Logothetæ Conſtantinopolitani*, *CONSTANTINI ACROPOLITÆ Oratio in S. Martyrem Theodoſiam* patriâ *Conſtantinopolitanã, quæ ſub Imp.* (3) *Leone Iſauro pro cultu ſacrarũ Imaginum Conſtantinopoli paſſa eſt.* Ipſa tituli græci verba unà cum principio Orationis ſunt hæc: Τοῦ σοφωτάτου Μεγάλου Λογοθέτου ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ τοῦ ἈΚΡΟΠΟΛΙΤΟΥ λόγος εἰς τὴν ἁγίαν ὁσιομάρτυρα Θεοδοσίαν. Γυναῖκα μὲν ἀνδρείαν ποῦ τις ἂν καὶ ὅπως εὕροι, ὁ σοφὸς ἠπόρησε Σολομῶν, καὶ μάλα γε εἰκότως ἠπόρησε. Πρὸ γὰρ τοῦ χάριτος &c. Meminit hujus Orationis etiam *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 84.

(3) *Cœpit imperare A. C. 717. & obiit A. 741.*

CXII.

Centeſimus duodecimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *ducentis octoginta uno*. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ viginti novem in Geneſin*, quarum *prima* incipit: (2) Χαίρω καὶ εὐφραίνομαι, ὁρῶν σήμερον &c. Notandum autem eſt, Homiliam *vigeſimam*, cujus principium Φέρε πάλιν τῆς ἀκολουθίας καὶ σήμερον τῶν ἀνεγνωσμένων ἁψάμενοι &c, ibi eſſe omiſſam, ejúſq; loco *vigeſimam* ibi numerari Orationem Πολὺς καὶ ἄφατος ὁ θησαυρὸς &c, quæ in impreſſis editionibus Operum *S. Joannis Chryſoſtomi*, Savilianâ Anglicanâ & Frontonianâ Pariſienſi eſt *vigeſima prima*; & per conſequentiam, quæ in ijſdem editionibus impreſſis eſt Oratio *trigeſima*, atque incipit Ἰδοὺ πρὸς τὸ τέλος ἐφθάσαμεν &c, eam in hôc Codice MSto eſſe *vigeſimam nonam*.

CXIII

Centeſimus decimus tertius (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque *trecentis & duodecim* folijs, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 258, *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ viginti novem in Geneſin*, quarum prima & ultima ſunt mutilæ. Notandum autem eſt, Homiliam illam, quæ in hoc Codice MSto eſt *prima*, in impreſſis edtionibus Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* Savilianâ græcâ Anglicanâ & Frontonianâ græco-latinâ Pariſienſi eſſe *ſecundam*, & per conſequentiam, quæ in Codice hoc MSto eſt *vigeſima nona*, ibi eſſe *trigeſimam*. Vnde patet, eum, cujus autoritate & juſſu hic Codex olim exaratus eſt, Orationem εἰς τὴν εἴσοδον τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, quæ incipit Χαίρω καὶ εὐφραίνομαι &c, à numero *Homiliarum in Geneſin* excluſiſſe.

Secundò, & quidem à fol. 259 uſque ad fol. 270, Hiſtoria Vitæ, martyrij & miraculorum (4) *S. Theodori* cognomine *Tyronis*, qui ſub *Impp. Maximiano & Maximino* in Vrbe Ponti *Amaſeâ* paſſus eſt, ab Anonymo quodam Autore compoſita, cujus titulus & principium: Βίος πρὸ τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἡ ἐκ παιδὸς ἀναγωγή τε καὶ αὔξησις καὶ θαύματα ἐξαίσια τοῦ ἁγίου καὶ πανενδόξου Μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ, &c. Memoria hujus Sancti in (5) Martyrologio Romano celebratur *die nona Novembris*: in jam memoratis autem Actis manuſcriptis indicatur

tem.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos* Græcos ducenteſimus vigeſimus quintus.

(2) *Vide Operum* S. Joannis Chryſoſt. *edit. gr. Savil. Tom. I pag. 1 & edit. gr. lat. Fronton. Tom. II pag. 1.*

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos* Græcos decimus tertius.

(4) *Vide RR. PP.* Bollandi *&* Henſchenij *Acta Sanctorum d. 7 Februarij pag. 23, utpote ubi agitur de differentiâ inter duos Martyres* S. Theodorum Ducē & S. Theodorum Tyronem.

(5) *Vide ibi Card. Baronij Notas.*

tempus paſſionis ipſius his verbis: Ἐνίκησεν τὴν ἀσέβειαν τελειωθεὶς ἐν Ἀμασίᾳ τῇ πόλει πρὸ δεκατριῶν Καλανδῶν Μαρτίων ἐπὶ Μαξιμιανοῦ καὶ Μαξιμίνου τῶν ἀσεβῶν Βασιλέων.

Tertiò, & quidē à fol. 270 pag. 1 uſq; ad fol. 280 pag. 2, *Chryſippi Presbyteri Hieroſolymitani* Narratio miraculorū *S. Theodori Martyris* cognomine *Tyronis*, cujus titulus & principium: Χρυσίππου Πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων Διήγησις τῶν παραδόξων θαυμάτων τοῦ ἁγίου καὶ πανενδόξου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου. Μάρτυρος ὑπερλάμποντος ἐν τοῖς Μάρτυσιν εὐφημίαν εἰς τὸ παρὸν προτιθεὶς ὑμῖν, ὦ πατέρες ἀγαπητοί μου καὶ ἀδελφοὶ, κοινωνοὺς πάντας ὑμᾶς ἐξαιτῶ γενέσθαι τῆς ἐπ' αὐτῇ σπουδῆς, &c. Meminit hujus Opuſculi *Photius* Patriarcha Conſtantinopolitanus in Bibliothecâ ſuâ, ubi in deſcriptione Codicis CLXXI de ejuſdem *Chryſippi Hiſtoriâ de Gamaliele & Nicodemo* agens ſic ſcribit: Πρεσβύτερος δὲ ὁ Χρύσιππος Ἱεροσολύμων, ὡς γράφων ἐγκώμιον εἰς τὸν Μάρτυρα Θεόδωρον, ὡς ἐν παρεκβάσει Λουκιανοῦ τινος μέμνηται, καὶ αὐτοῦ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας Ἱεροσολύμων χρηματίσαντος πρεσβυτέρου, ὅτε Ἰωάννης τῆς ἐκεῖσε ἀρχιερωσύνης προεστήκει. Vnde patet *Chryſippum* fuiſſe æqualem (1) *Luciano* itidem *Presbytero Hieroſolymitano*, qui *S. Stephani Protomartyris* aliorúmque quorundam Sanctorum reliquias invenit menſe Decembri (2) A.C. 415, præſidente Hieroſolymis *Joanne* Archiepiſcopo, Imperatoribus autem *Honorio* X & *Theodoſio Juniore* VI Conſulibus.

Quartò, & quidē à fol. 281 pag. 1 uſq; ad fol. 290, pag. 1 *S. Anaſtaſij Sinaitæ*, qui ex *monacho montis Sinai* evaſit *Patriarcha Antiochenus*, *Demonſtratio, magnā & angelicā eſſe Summi Sacerdotis dignitatem, nec Sacerdotem judicari poſſe à laico, ſed tantùm ab alio majori Sacerdote*. Ipſa tituli græci verba unà cum initio Opuſculi ſunt hæc: Ἀναστασίου, μοναχοῦ τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ, ἀπόδειξις ἐναργὴς, ὅτι μέγα καὶ ἀγγελικὸν τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα, καὶ ὅτι ἀδύνατον ἀνακρίνεσθαι ἱερέα ὑπὸ λαικοῦ, ἀλλ' ὑπὸ μείζονος Ἀρχιερέως, καθὼς καὶ οἱ ἅγιοι κανόνες φασίν. Ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ εὗρον τι τοιοῦτο, ὅπερ ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν Ἐπίσκοπός τις &c.

Quintò, & quidem fol. 287 & 288, *anonymi* cujuſdam Autoris *Narratio de efficaciâ ſinceræ fidei, & de converſione duodecim latronum, quorum princeps Monaſterium aliquod muliebre, in ſuburbio Antiocheno ſitum, & firmiſſimo muro circumdatum, prodendi ejus & ſpoliandi causâ ſub falſo monachi habitu intraverat.* Ipſa tituli verba græ-

(1) *Vide* Gennad. Maſſil. *de Scriptorib. Ecclеſ. cap.* 46, R. P. Philip. Labb. *de Script. Eccl. Tom.* II *pag* 29, *& Lib.* 2 *borū Commentarior. de Aug. Bibliothecâ Cæſareâ* pag. 928.

(2) *Perperàm igitur idē* Chryſippus *in Bibliothecâ Veterum Patrum à* Margarino Bignæo *latinè editâ, ut & in ultimâ ejuſdem* Bibliothecæ *editione græco-latinâ Pariſinâ anni* 1654, *refertur ad Seculum Æra Chriſtianæ ſextum.*

græca unà cum principio Narrationis ſunt hæc: Διήγησις ψυχωφελὴς περὶ πίστεως εἰλικρινοῦς. Διηγήσατό τις τῶν πατέρων, ὅτι ἐστὶν μοναστήριον γυναικεῖον εἰς ἓν τῶν προαστείων Ἀντιοχείας· &c.

Sextò, & quidem fol. 289 & 290, *S. Joannis Chryſoſtomi Homilia* (1) *in illud, Nemo poteſt duobus dominis ſervire.* Titulus ejus eſt ibi talis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου, τὸ λέγον· οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. Φασί τινες ὅτι μύρμηκος καὶ λέοντος &c.

Septimò, & quidem à fol. 291 uſque ad fol. 312, Hiſtoria vitæ & miraculorum *S.* (2) *Nicolai Epiſcopi Myrenſis in Lyciâ*, ab *anonymo* quodam Autore compoſita, cujus titulus & principium: Γένεσις, ἀνατροφὴ, πολιτεία καὶ βίος θεοφιλὴς, καὶ τῶν θαυμάτων διήγησις τοῦ μεγάλου ἐν Ἀρχιερεῦσιν Θεοῦ καὶ ἐν θαυματουργίαις περιβοήτου Νικολάου Ἀρχιεπισκόπου γενομένου Μύρων τῆς τῶν Λυκίων ἐπαρχίας. Πάντας μὲν ἁγίους καὶ Θεοῦ θεράποντας ἐκλεκτοὺς ἐπαινεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι παρὰ πάντων δίκαιον πέφυκε, καὶ τὰς τούτων μνήμας &c.

CXIV.

Centeſimus decimus quartus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio majori*, conſtátque *ducentis quinquaginta quatuor* folijs, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi* Λόγοι ſive *Orationes in Geneſin* ab Orationis *tertiæ* verbis (4) ἡμῖν ἐμφαίνων· ἐπεὶ οὖν τοιαύτη uſque ad Orationis *trigeſimæ ſecundæ* verba (5) καὶ οἱ Ἀπόστολοι κατὰ τὸ μεσονύκτιον ἐκτενεῖς τὰς προσευχὰς καὶ τοὺς ὕμνους ἐποιοῦντο. Oratio illa incipit Ἰδοὺ πρὸς τὸ τέλος ἐφθάσαμεν λοιπὸν τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, & tàm in *Savilianâ* Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græcâ, quàm in *Frontonianâ* editione græco-latinâ eſt *trigeſima*; in hoc autem Codice MSto eſt *trigeſima ſecunda*, quia ibi inter Orationem *XVtam*, quæ incipit Πολλὰς ὑμῖν ἔχω χάριτας, & Orationem *XVItam*, quæ incipit Βούλομαι σήμερον ἀγαπητοὶ, inſertæ ſunt duæ aliæ Orationes tanquam *decima ſexta* & *decima ſeptima*. Harum *prior*, quæ inſcribitur Λόγος ις´ εἰς τὸ, Περιεπάτει ὁ Θεὸς τὸ δειλινὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ περὶ τοῦ φεύγειν τοὺς ὅρκους, & incipit Ἔγνωτε πρώην, πῶς πᾶσα γραφὴ παράκλησιν φέρει καὶ παραμυθίαν, eſt in ſuprà memoratis (6) duabus Operum Sancti Joannis Chryſoſtomi editionibus impreſſis *inter* Ἀνθεκιδίτας ſive

(1) *Vide* Operum S. Joannis Chryſoſtomi *græcam editionem Savilianā Tom. VIII pag.* 8.7, *ubi incipiunt* Notæ in S. Joannis Chryſoſtomi Scripta ſuppoſititia.
(2) *Vide* Martyrolog. Roman. *d. 6 Decembris.*
(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* quartus.
(4) *Vide* Operum S. Joannis Chryſoſtomi *græcam editionem Savilianā Tom. I pag.* 11, *verſ.* 13; *ut & græco-latinam editionem Frontonianam Tom. II pag.* 18 *verſ.* 19.
(5) *Vide edit. Savil. Tom. I pag.* 243, *& edit. Fronton. Tom. II pag.* 444.
(6) *Vide edit. Savil. Tom. VI pag.* 515, *& edit. Fronton. Tom. I pag.* 113.

ſive *Homilias ad Populum Antiochenum de Statuis octava. Poſterior* autem, quæ inſcribitur Λόγος ιζ΄ Ὅτι δουλείας τρόπους τρεῖς εἰσήγαγεν ἡ ἁμαρτία, καὶ πρὸς τοὺς ῥαθύμως ἀκούοντας, καὶ μὴ τιμῶντας τοὺς γονέας, & incipit Ἠκούσατε χθὲς, πῶς μὲν ἐποίησεν βασιλέα καὶ ἄρχοντα τῶν θηρίων τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, exſtat in ſuprà memoratis duabus Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editionibus impreſſis *inter Sermones miſcellaneos in diverſa Sacræ Scripturæ loca*, & quidem in Savilianâ editione Tom. V pag. 11, in Frontonianâ autem Tom. II pag. 897.

C X V.

Centeſimus decimus quintus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus ac optimæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *ducentis & uno*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ in Geneſin* ab (2) Homilia *trigeſimâ quarta*, cujus principium Κατεμάθετε χθὲς, ἀγαπητοὶ, &c. uſque ad finem Homiliæ *ſexageſimæ ſeptimæ* ſive *ultimæ*, cujus principiũ Πρώην ἐπαγγειλάμενος τέλος ἐπιθεῖναι &c. Quis autem ante *Sambucum* ejuſdem Codicis fuerit poſſeſſor, indicatur folio primo his verbis: Μάρκου Μαμούνα τὸ κτῆμα.

C X V I.

Centeſimus decimus ſextus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio majori*, conſtátque folijs *trecentis viginti quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Quis autem illum anteà poſſederit indicatur ibidem tàm in principio, quàm in fine his verbis: Μαξίμου τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 184 pag. 1, *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ viginti quinq; in Geneſin* ab Homilia (4) Καθάπερ λειμών τις εὐανθὴς &c, quæ in hoc quidem Codice MSto eſt *quadrageſima ſecunda*, in impreſſis autem Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editionibus Savilianâ & Frontonianâ *quadrageſima tertia*, uſque ad Homiliam Πρώην ἐπαγγειλάμενος τέλος ἐπιθεῖναι &c, quæ in hoc Codice MSto eſt *ſexageſima ſexta*, in ſuprà memoratis autem editionibus impreſſis eſt *ſexageſima ſeptima* ſive *ultima*.

Secundò, & quidem à fol. 184 pag. 1 uſque ad fol. 186 pag. 2, *Hiſtoria Miraculi*, quod A.C. 765 ſub *Imp. Conſtantino Copronymo*, cùm quæſtio de ſacrarum Imaginum cultu quàm maximè agitaretur, opportuniſſimè contigit *Beryti* per *Imaginem Chriſti*, quæ cùm à *Ju-*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos decimus.*

(2) *Vide editionem Operum S. Ioannis Chryſoſtomi græcam Savilianã Tom. I à pag. 272 uſque ad pag. 519.*

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos decimus octavus.*

(4) *Oratio hæc eſt ibi in principio mutila, incipitq; nunc ab his verbis:* -- ἐν μέσῳ πόλεως φερόμενον [illegible] *&c. Vide Oper. S. Ioannis Chryſoſt. edit. gr. Savil. Tom. I pag. 349, & edit. gr. lat. Fronton. Tom. II pag. 612; ſed utrobiq; pro* ἐν μέσῳ πόλεως *legitur* ἐν μέσῃ πόλει.

à *Judæis* ad imitationem Paſſionis Dominicæ per ludibrium crucifixa eſſet, verum ex latere ſuo emiſit ſanguinem & aquam. Ipſa tituli græci verba unà cum principio *Proœmij* Narrationis ſunt hæc: Διήγησις ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας περὶ τοῦ γεγονότος θαύματος παρὰ τῆς τιμίας εἰκόνος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν (1) Βυρυτῷ τῇ πόλει. Ἄρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ὑμῶν &c. Ubi notandum eſt, Hiſtoriam hanc non ſolùm in hoc Codice MSto, verùm etiam in pluribus alijs *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codicibus MStis, ut & in varijs editionibus impreſſis, perperàm attribui *S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino*, qui A. C. 373 obijt, cùm tamen illius *Autor*, ſe A. C. 765, quo iſtud *Miraculum* contigit, vixiſſe, expreſsè & manifeſtè teſtetur his verbis: ὅπερ γέγονε ΝΥΝ, & ὅπερ γέγονε ἐν ταῖς ἡμέραις ΗΜΩΝ. Hic videlicet eſt ille *ATHANASIVS Junior*, qui, tanquam temporum iſtius Miraculi æqualis, tantæ autoritatis haberi meruit, ut Narratio ab illo conſcripta, non tantùm à *S. Synodo Nicænâ IIdâ* ſive *Oecumenicâ VIImâ* publicè approbata, verùm etiam ejuſdem Actioni quartæ ad perpetuam memoriam inſerta ſit. Quâ de re jam olim ſatis prolixè egi Libri *primi* horum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* Commentariorum pag. 123 & deinceps uſq; ad pag. 132; item Libri *tertij* eorundem Commentariorum pag. 97 & 220.

Tertiò, & quidem à fol. 186 pag. 2 uſque ad fol. 188 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in quatriduanum Lazarum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον. Ἣν τις, φησὶν, Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας ἐκ τῆς κώμης &c.

Quartò, & quidem à fol. 189 pag. 1 uſque ad fol. 190 pag. 1, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in quatriduanum Lazarum*; cujus principium: (2) Ἔλυσεν τὸν Λάζαρον τὸ φῶς, &c.

Quintò, & quidem à fol. 190 pag. 1 uſque ad fol. 205 pag. 1, *Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis Oratio in Dominicam Palmarum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΑΝΔΡΕΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, τοῦ Ἱεροσολυμίτου, λόγος εἰς τὰ Βαΐα. Χθὲς ἡμᾶς μετὰ τοῦ Δεσπότου Λάζαρος &c.

Sextò, & quidem à fol. 205 pag. 2 uſque ad fol. 210 pag. 1, *Leontij Presbyteri Conſtantinopolitani Oratio in Jobum, habita feriâ ſecundâ Sanctæ & Magnæ Hebdomadis*; cujus titulus & principium: ΛΕΟΝΤΙΟΥ Πρεσβυτέρου Κωνσταντινουπόλεως λόγος εἰς τὸν Ἰὼβ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ δευτέρᾳ. Ἄγε δὴ καὶ σήμερον φιλογνησιώτερον &c.

Septi-

(1) *Βυρυτὸς græcobarbarè pro* Βηρυτὸς. *Vide* Stephanum *de Urbibus lit. B.*

(2) *Vide* Henrici Savilij *editionem græcam Operum S. Joannis Chryſoſtomi Tom. VII pag.* 530; *ubi in margine expreſsè fatetur, ſe illam Orationem accepiſſe ex* Codice MSto Cæſareo.

Septimò, & quidem à fol. 210 pag. 1 uſque ad fol. 215 pag. 1, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in Ficum exareſcentem, habita feriâ tertiâ Sanctæ & Magnæ Hebdomadis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ γʹ, καὶ εἰς τὴν ξηρανθεῖσαν συκῆν. (1) Ὀφθαλμὸς μὲν ὁρῶν ἢ δένδρον &c.

(1) *Vide ſuprà citatam Operũ* S. Ioannis Chryſoſtomi *editionem Savilianã Tom. VII pag.* 252.

Octavò, & quidem à fol. 215 pag. 1 uſque ad fol. 216 pag. 1, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in illud Evangelij S. Matthæi cap. 12 Exeuntes autem Phariſæi conſilium faciebant adverſus eum &c, habita feriâ tertiâ Sanctæ & Magnæ Hebdomadis*; cujus principium: (2) Ὅσοι τοῦ Προφήτου Ἠλία μαθηταὶ τυγχάνετε &c.

(2) *Vide ibid. Tom. VII pag.* 326.

Nonò, & quidem à fol. 216 pag. 2 uſque ad fol. 222 pag. 2, *S. Ephræmi Syri Oratio in meretricem ungentem Chriſtum, habita feriâ quartâ Sanctæ & Magnæ Hebdomadis*; cujus titulus & principium: Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ δʹ, τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΕΦΡΑΙΜ λόγος εἰς τὴν πόρνην τὴν ἀλείψασαν τὸν Κύριον μύρῳ. (3) Πολλῶν ὄντων ὁσίων καὶ ἀξίων τοῦ Θεοῦ &c.

(3) *Vide Operum S.* Ephræmi *editionem Colonienſem A.* 1603 *in folio, à* Gerardo Voſſio *Præpoſito Tungrenſi adornatã, Tom. III pag.* 711; *ſed ibi ea exſtat tantùm* latinè, *incipitque his verbus*: Inter multos Viros ſanctos & dignos Dei &c.

Decimò, & quidem à fol. 222 pag. 2 uſque ad fol. 226 pag. 2, *Leontij Presbyteri Conſtantinopolitani Oratio in Jobum, habita feriâ quartâ Magnæ & Sanctæ Hebdomadis*; cujus titulus & principium: ΛΕΟΝΤΙΟΥ Πρεσβυτέρου Κωνσταντινουπόλεως λόγος τῇ ἁγίᾳ δʹ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος, καὶ εἰς τὸν Ἰώβ. Εὔκαιρον ἐν τῷ παρόντι τὸν ἀήττητον τοῦ Θεοῦ στρατιώτην Ἰὼβ λέγειν &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 226 pag. 2 uſque ad fol. 230 pag. 1, ejuſdem *Leontij Presbyteri Conſtantinopolitani Oratio in proditionem Chriſti, & in uxorem Jobi, habita feriâ quintâ Magnæ Hebdomadis*; cujus titulus & principium: ΛΕΟΝΤΙΟΥ Πρεσβυτέρου Κωνσταντινουπόλεως λόγος εἰς τὴν μεγάλην πέμπτην, καὶ εἰς τὴν παράδοσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὴν γυναῖκα τοῦ Ἰώβ. Ὥσπερ κανόνος παρατεθέντος τὸ στρεβλὸν τῶν ξύλων ἐλέγχεται, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 230 pag. 1 uſque ad fol. 232 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in latronem & in proditorem Judam, habita feriâ quintâ Magnæ Hebdomadis*; cujus principium: Ὦ πόση δύναμις τῆς ἡμετέρας πίστεως &c. Vide *Henrici Savilij* editionem græcam Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* Tom. V pag. 910; ubi in margine expreſsè fatetur, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codicibus MStis *Cæſareis*.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 232 pag. 2 uſque ad fol. 237 pag. 1, *Leontij Presbyteri Conſtantinopolitani Oratio in Paſſionem*

Chriſti, & in Jobum, habita in Paraſceve Magnæ Hebdomadis; cujus titulus & principium: ΛΕΟΝΤΙ'ΟΥ Πρεσβυτέρου Κωνσταντινουπόλεως λόγος εἰς τὴν ἁγίαν Παρασκευὴν τῆς μεγάλης ἑβδομάδος εἰς τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν Ἰώβ. Μεγάλα τῆς προσευχῆς τὰ χαρίσματα &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 237 pag. 1 uſque ad fol. 247 pag. 2, *S. Epiphanij, Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Inſulâ Epiſcopi, Oratio in Sepulturam Chriſti & in Joſephum ab Arimathæâ habita in Sancto & Magno Sabbato*; cujus titulus & principium: (1) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ἘΠΙΦΑΝΙ'ΟΥ Ἐπισκόπου Κύπρου λόγος εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ἀριμαθαίας, τῷ ἁγίῳ καὶ μεγάλῳ Σαββάτῳ. Τί τοῦτο; σήμερον σιγὴ πολλὴ ἐν τῇ γῇ· &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 247 pag. 2 uſque ad fol. 262 pag. 1, *S. Gregorij Nazianzeni Orationes duæ in Sanctum Paſcha*, quarum *prima* incipit: (2) Ἀναστάσεως ἡμέρα, καὶ ἡ ἀρχὴ δεξιὰ· &c; *ſecunda* autem, (3) Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 262 pag. 1 uſq; ad fol. 267 pag. 1, ejuſdem *S. Gregorij Nazianzeni Oratio in novam Dominicam & in S. Martyrem Mamantem*; cujus principium: (4) Ἐγκαίνια τιμᾶσθαι παλαιὸς νόμος &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol 267 pag. 1 uſque ad fol. 269 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in S. Thomam Apoſtolū & contra Arianos*; cujus principium: (5) Τῷ μὲν νόμῳ τῆς ἐκκλησίας πειθόμενος, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 269 pag. 2 uſque ad fol. 271 pag. 1, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in Reſurrectionem Chriſti & in tres mulieres unguentiferas*; cujus principium: (6) Σφόδρα μοι καὶ νῦν ὡς ἀεὶ χαίρει &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 271 pag. 2 uſque ad fol. 278 pag. 1, *Leontij Presbyteri Conſtantinopolitani Homilia in Mediam Pentecoſten & in Cæcum à nativitate*; cujus titulus & principium: ΛΕΟΝΤΙ'ΟΥ Πρεσβυτέρου Κωνσταντινουπόλεως ὁμιλία εἰς τὴν μεσοπεντηκοστὴν, καὶ εἰς τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν, καὶ εἰς τὸ μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν. Τοῖς φιλοῦσι τὸν Κύριον ἑορτῆς οὐ λείπει καιρός. Ἤδη γὰρ καὶ σήμερον &c. Edidit quidem hanc *Leontij* Orationem (7) *Franciſcus Combefiſius*, Monachus Dominicanus Pariſienſis, homo inſolentiſſimus atque maledicentiſſimus, Tomo primo Auctarij Bibliothecæ Pa-

(1) *Vide R.P. Dionyſij Petavij editionem Operum S. Epiphanij græco latinam Pariſinam A. 1622 in folio, Tom. II pag. 259.*

(2) *Vide Operum S. Gregorij Nazianz. edit. gr. lat. Pariſ. Tom. I pag 673.*

(3) *Vide ibid. Tom. I pag 676.*

(4) *Vide ibid. Tom. I pag. 697.*

(5) *Vide Operum S. Ioannis Chryſoſtomi edit. gr. Savil. Tom V pag. 486.*

(6) *Vide ibid. Tom. VII pag. 500; ubi Savilius in margine expreſſè indicat, ſe hanc quoq; Orationem ex Codice MSto* Cæſareo *accepiſſe.* (7) *Vide Librum* tertium *horum Commentariorum pag. 126.*

Patrum græco-latinæ Pariſinæ à columnâ 719 uſque ad columnam 798, ſed more ſuo, hoc eſt, cum varijs ineptis conjecturis & pravis miniméque neceſſarijs emendationibus; ideóque utilitatis publicæ intereſt, ut tota illa *Combefiſiana* editio cum pervetuſto hoc Codice MSto *Cæſareo* poſthac diligenter & accuratè conferatur. Interim ſpeciminis loco notandum *primò* eſt, *lacunam* columnæ 720, Ἑορτάζομεν δὲ, οὐχ' ὅτι τῆς Αἰγυπτιακῆς - - - - - - - - - εὐωχίας κατηξιώθημεν ὡς Σιὼν τέκνα, ex jam memorato Codice MSto *Cæſareo* ſupplendam eſſe hoc modo: Ἑορτάζομεν δὲ, οὐχ' ὅτι τῆς Αἰγυπτιακῆς δουλείας ἠλευθερώθημεν, ὡς Ἰουδαίων παῖδες, ἀλλ' ὅτι τῆς πνευματικῆς εὐωχίας κατηξιώθημεν ὡς Σιὼν τέκνα. Notandum *ſecundò* eſt, columnâ 721, ubi hæc leguntur, Ὄντως γὰρ αἰσχύνης ἀνάμεστον, τὸν Ἡρώδην μὲν τὸν βασιλέα ἐπήρωσαν· δεσμά τε καὶ κλεῖθρα καὶ φύλακας· ἀρχιερεῖς τε καὶ γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους, καὶ ὅλον τὸ τῶν Ἰουδαίων συνάθροισμα, ἕνα μαθητὴν τοῦ Κυρίου μὴ δυνηθῆναι φυλάξαι, locum hunc ex eodem Codice MSto *Cæſareo* reformandum, & ſcribendum eſſe hoc modo: Ὄντως γὰρ αἰσχύνης ἀνάμεστον, ΤΟ Ἡρώδην μὲν τὸν βασιλέα, δεσμά τε καὶ κλεῖθρα καὶ φύλακας, &c; hoc eſt: *Re verâ enim valdè pudendum eſt, nec Herodem,* E T S I R E X E S S E T, *nec vincula clauſtráq; & cuſtodes, nec Summos Pontifices Scribáſq; & Phariſæos, nec univerſam Judæorum multitudinem congregatam potuiſſe cuſtodire vel unicum Domini diſcipulum.* Vox enim illa ἐπήρωσαν, pro quâ *Combefiſius* πειράσαντα legendum eſſe cenſet, (1) ſuperfluum æquè ac corruptum eſt gloſſema, ideóque rectè deeſt in ſuprà memorato Codice MSto Cæſareo. Notandum *tertiò* eſt, column. 728 verſ. 4, ubi hæc leguntur, πολλὴ γὰρ ἡ γενομένη κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀντίρρησις, ἣν οὐκ ἔχω δυνάμεως ἐν τῷ παρόντι παραθεῖναι, διὰ τὴν τοῦ καιροῦ στενοχωρίαν, καὶ τὴν τῶν ΚΕΙΜΕΝΩΝ ἀπαθυμίαν, vocem ΚΕΙΜΕ'ΝΩΝ temerè & ineptè contra veterum Codicum MStorum autoritatem à *Combefiſio* mutari in ΠΡΟΚΕΙΜΕ'ΝΩΝ. Nam & in pervetuſto hoc Codice MSto *Cæſareo* iisdem rectè legitur ΚΕΙΜΕ'ΝΩΝ, non autem ΠΡΟΚΕΙΜΕ'ΝΩΝ, & notius eſt, quàm ut ullâ probatione indigeat, ΤΑ' ΚΕΙ'ΜΕΝΑ à Græcis vocari ipſa (2) *Sacræ Scripturæ* aliorúmq; *Autorũ* verba, quæ explicanda proponuntur, & vulgò latinè (3) *Textus* appellãtur. Emendatio igitur illa *Combefiſiana* eſt mera (4) σμικρολογία, & putidũ ſupinæ igno-

(1) *Præcipua enim iſtius loci ἔμφαſις eſt in verbis τὸν μὲν Βαſιλέα, nec opus eſt, ut addatur πειράσαντα.*

(2) *Vi exemplicauſâ apud S.* Ioannem Chryſoſtomum *in principio Homiliæ trigeſimæ nonæ in Geneſin.* Εἴδετε, ἀγαπητοὶ, πῶς οὐδὲν ἀργὸν τῶν ἐγκειμένων τῇ θείᾳ γραφῇ ΚΕΙΜΕ'ΝΩΝ· &c.

(3) *Vide* Ger. Ioan. Voſſ. *de Vitijs ſermonis latini cap.* 26 *pag.* 112.

(4) *Vide plagiarium ejus* Manipulum Originum Conſtantinopolitanarum *pag.* 44, *ubi ipſe hac voce contra me utitur, ſed temerè & & falsò.*

ignorantiæ ipſius indicium. Notandum *quartò* eſt, eâdem columnâ 728, ubi hæc leguntur, *πῶς τὸν ἐκ γεννητῆς τυφλὸν ὠμμάτωσε; μὴ γὰρ κολλύριον* ἜΛΥΣΕΝ, *ἢ σμίλην ἐπέδειξεν, ἢ σπόγγον ἔβρεξεν*, &c, *Combefiſium* à vero hujus loci ſenſu longiſſimè aberrare, dum falsò exiſtimat pro *κολλύριον* ἜΛΥΣΕ legendum eſſe *κολλύριον* ἜΔΗΣΕ, hoc eſt, ut ipſe tàm è regione contextûs græci, quàm columnâ 741 in Notis ad eandẽ Orationem, abſurdè interpretatur, *collyrium ADSTRINXIT*. Nã & in pervetuſto hoc Codice MSto *Cæſareo* itidẽ rectè legitur ἜΛΥΣΕ, non autem ἜΔΗΣΕ, & certiſſimum eſt, verba hæc *κολλύριον* ΛΥΕΙΝ eſſe formulam loquendi medicam, quemadmodum apud *Galenum* in libris de Arte curativâ ad *Glauconem* legitur ΛΥΕΙΝ *γλυκεῖ τοὺς κυλίσκους*, hoc eſt, *trochiſcos* ſeu *paſtillos DISSOLVERE* ſive *DILVERE & macerare vino dulci, ex uvis, aut ſole ſiccatis in areâ, aut in ſarmento torrefactis, expreſſo*, quod Græci ſimpliciter *γλυκὺ*, Latini autem *Paſſum*, vel imitatione Græcorum *Dulce* nuncupant. Similiter ergò etiam *κολλύριον* ΛΥΕΙΝ ſignificat *Collyrium aridum, compactum & cohærens, liquore aliquo DISSOLVERE, & dilutione illâ ad illinendi vel imponendi uſum accommodare*. Quâ de re *Joannes Gorræus* in Definitionibus ſuis Medicis ſic ſcribit: *Κολλύριον* ſeu (1) *Collyrium eſt medicamentum oblongum, rotundum, ex liquoribus, ſuccis, ſeminibus, fructibus & metallicis, ad varios uſus compoſitum, compactum cohæreńſq;, in modum ferè ejus, quod vulgus pharmacopolarum Magdaleonem appellat. Sic enim olim reponebantur & aſſervabantur COLLYRIA, cúmq; utendi occaſio eſſet, ea vel integra, ſicuti condita erant, adhibebantur in uſum, vel SOLVEBANTVR in pulverem, qui aut ſiccus, aut humore aliquo DILVTVS, affectæ parti vel oblinebatur, vel linamento exceptus indebatur, vel ſuffitionibus aut alio modo inſerviebat.* Hæc *Gorræus*. Valeat igitur *Combefiſius* cum falsâ ſuâ emendatione ἜΔΗΣΕ, & jure talionis propria ſua in me jactata verba recipiat: (2) *Mutatio hæc non eſt emendatio, ſed corruptio.* Ejuſdem etiam farinæ ſunt omnes illæ petulantes & caninæ cavillationes, quibus idem (3) *Combefiſius* ob ingeneratam calumniandi & in alienos labores plagiariè invadendi libidinem, *Georgij Codini & alterius cujuſdam anonymi Autoris Excerpta de Originibus & Antiquitatibus Conſtantinopolitanis*, (4) A. 1646, 1647, 1648 & 1649 in primo Itinere meo Gallico & Italico,

(1) *De differentia inter κολλύρια & κολλύρια vide accuratè differentem* Claudium Salmaſiũ *in Plinianis Exercitationibus pag.* 257, 924 925, 1332 & 1333.

(2) *Vide plagiarium ejus* Manipulum Originum Conſtantinopolitanarum *pag.* 55, *ubi eâ loquendi formula contra me utitur, ſed temerè & falsò, ut aliàs ſolidè & luculenter à me demonſtrabitur.* (3) *Vide Librum* tertium *horum Commentariorum pag.* 126. (4) *Hoc eſt, anno ætatis meæ* decimo nono, vigeſimo, vigeſimo primo & vigeſimo ſecundo.

co, quantum per alia graviora ſtudia licuit, obiter à me collecta, & *Animadverſionibus neceſſarijs* illuſtrata, integro autem ſexennio poſt, nempe A.1655, *Lutetiæ Pariſiorum typis Regijs*, ex tumultuarijs & imperfectis ſchedis meis, in *Galliâ* olim relictis, me abſente & *Hamburgi* degente edita, tàm abſurdè & futiliter admordere atq; lacerare auſus eſt, ut ad retundendam malignam ipſius proterviam ne refutatione quidem, vel, ut ſolenni ipſius Thraſonicâ loquendi formulâ utar, *ne EXSVFFLATIONE quidem*, ſed ſibilo tantùm & cachinno opus ſit. Quâ de re abundanter & accuratè agam in *Supplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ*, quod ex varijs *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codicibus MStis poſthac edere conſtitui.

Vigeſimò, & quidem à fol. 278 pag. 1 uſque ad fol. 282 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in Paralyticum, & in illud, Nolite judicare ſecundùm aſpectum, habita die Mediæ Pentecoſtes*; cujus titulus & principium: (1) Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσαντινουπόλεως τοῦ Χρυσοςόμου λόγος εἰς τὸν παράλυτον τῇ ἡμέρᾳ τῆς μεσοπεντηκοςῆς, καὶ εἰς τὸ, Μὴ κρίνετε κατ᾽ ὄψιν. Ὥσπερ ἡ φαεσφόρος σελήνη, τὰς νύκτας λευκαίνουσα, &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 283 pag. 1 uſque ad fol. 290 pag. 1 ejuſdem *Sancti Joannis Chryſoſtomi* Orationes (2) *duæ* in Ἀνάληψιν ſive *Aſcenſionem Chriſti*, quarum *prima* incipit, Φαιδρὰ μὲν πᾶσα ἑορτὴ &c; *ſecunda* autem, Ἐπέστη τῆς δεσποτικῆς ἀναλήψεως ἡ ἡμέρα &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 290 pag. 1 uſque ad fol. 298 pag. 1, *S. Gregorij Nazianzeni Oratio in Sanctam Pentecoſten*, cujus principium: (3) Περὶ τῆς ἑορτῆς βραχέα φιλοσοφήσωμεν &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 298 pag. 1 uſque ad fol. 303 pag. 1, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in Pentecoſten*, cujus principium: (4) Οὐρανὸς ἡμῖν γέγονεν σήμερον ἡ γῆ &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 303 pag. 1 uſque ad fol. 307 pag. 1, *S. Ephræmi Syri Oratio panegyrica in omnes Sanctos Martyres Servatoris noſtri* JESV *Chriſti, qui per totum terrarum Orbem paſſi ſunt.* Ipſa tituli græci verba unà cum principio Orationis ſunt hæc: (5) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους Μάρτυρας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μαρτυρησάντων. Φαιδρὰ καὶ ἐπέραστος ὑπάρχει διὰ παντὸς ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις &c.

(1) *Vide Operum S.* Joannis Chryſoſt. *edit. gr. lat. Savil. Tom. VII pag.* 414; *ubi* Savilius *in margine expreſſè indicat, ſe hanc quoq; Orationem ex Codice MSto Cæſareo accepiſſe.*

(2) *Vide ibid. Tom. V pag.* 970 *&* 973, *ubi* Savilius *in margine expreſſè indicat, ſe has quoq; duas Orationes ex Codice MSto Cæſareo accepiſſe.*

(3) *Vide Operum S.* Gregorij Naz. *edit. gr. lat. Pariſ. Tom. I pag.* 705.

(4) *Vide Operum S.* Joannis Chryſoſtomi *edit. gr. Savilian. Tom. V pag.* 976; *ubi* Savilius *in margine expreſſè indicat, ſe hanc quoq; Orationem ex Codice MSto* Cæſareo *accepiſſe.* (5) *Vide Operum S.* Ephræmi *edit. Colon. Voſſian. Tom. III pag.* 740; *ſed ibi ea exſtat tantùm* latinè.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 307 pag. 2 uſque ad fol. 313 pag. 1, *Anonymi cujuſdam Autoris Hiſtoria Martyrij Sanctorum Quadraginta Martyrum Sebaſtenorum*; cujus titulus & principiū: Μαρτύριον τῶν ἁγίων μ' τῶν ἐν Σεβαστείᾳ μαρτυρησάντων. Κατὰ τοὺς καιροὺς Λικινίου τοῦ βασιλέως ἦν διωγμὸς μέγας κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ πάντες οἱ εὐσεβῶς ζῶντες ἐν Χριστῷ ἠναγκάζοντο θύειν τοῖς θεοῖς, &c; finis autem: Οὕτως ἀθλήσαντες καὶ τελειωθέντες λάμπουσιν ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, Θεῷ πιστεύσαντες, Χριστὸν ὁμολογήσαντες, τὸ ἅγιον Πνεῦμα μὴ ἀρνησάμενοι, συνεδοξάσθησαν τῷ Χριστῷ, μνήμην τοῦ βίου καταλειπόντες ἐπὶ σωτηρίᾳ πάντων τῶν πιστευόντων εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Exſtant quidem hæc Acta Martyrij apud *Laurentium Surium* Tom. II de probatis Sanctorum Hiſtorijs d. 9 Martij, ſed tantùm *latinè*. Eorundem quoque Actorum fit mentio in *Leonis Allatij Diatribâ de Symeonum Scriptis* pag. 122, ibidémque pag. 119 ab eo referuntur inter illas Hiſtorias Sanctorum, quæ ob diſſimilitudinē ſtyli & inconvenientiā ætatis *Symeoni Metaphraſtæ* nō poſſunt attribui. Conſule etiā RRR. PPP. *Joannis Bollandi*, *Godefridi Henſchenij* & *Danielis Papebrochij Acta Sanctorū diei decimi menſis Martij*, ubi de *Quadraginta* illis *Sanctis Martyribus Sebaſtenis* non minùs copioſè, quàm doctè & accuratè agitur, & ſuprà memoratorū *Actorum græcorum duæ* exhibentur *verſiones latinæ*, *pervetuſtæ* quidem, ſed ab *Interpretibus* aliquantum interpolatæ & auctæ; quarum *prima* incipit: *In tempore igitur Licinij Regis erat perſecutio magna Chriſtianorum, & omnes, quipiè vivebant in Chriſto, cogebantur ſacrificare Dijs*, &c; *ſecunda* autem poſt prologum: *Temporibus Licinij Imperatoris fervebat ingens perſecutio Chriſtianorum, & omnes, qui ſub Chriſtianâ religione vivebant, ſacrificare idolis compellebantur. Sed quia* &c. Poſteriorem hanc antiquam verſionem *latinam* ediderat jam antè ex quatuor Codicibus MStis Romanis *Gerardus Voſſius*, Præpoſitus Eccleſiæ Tungrenſis, inter *Miſcellanea Sanctorum aliquot Patrum Græcorum & Latinorum*, cum *S. Gregorij Thaumaturgi* Operibus græco-latinis, Moguntiæ apud Balthaſarem Lippium A. 1604 in quarto edita.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 313 pag. 1 uſq; ad fol. 319 pag. 1, *S. Baſilij Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi, Oratio panegyrica in Sanctos Quadraginta Martyres Sebaſtenos*, cujus principium: (1) Μαρτύρων μνήμης τίς ἂν γένοιτο κόρος τῷ φιλομάρτυρι; &c.

Vige-

(1) *Vide Operum S.* Baſilij Magni *edit. gr. lat. Pariſ. Tom. I pag.* 526, *& ſuprà citata* Gerardi Voſſij, *Præpoſiti Tungrenſis, Miſcellanea Sanctorum Patrum pag.* 75.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 319 pag. 1 uſq; ad foliū 324 ſive ultimum, *S. Joannis Chryſoſtomi Orationes duæ in* Ἐυαγγελιςμὸν ſive *Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; quarum *prima* incipit, (1) Πάλιν χαρᾶς, ἐυαγγελία, &c; *ſecunda* autem, (2) Ἀδελφοὶ, βασιλικῶν μυςηρίων ἑορτὴν ἑορτάζωμεν σήμερον, &c.

CXVII.

Centeſimus decimus ſeptimus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus in *folio*, conſtâtque folijs *octoginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum Tirnavienſem*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ duodecim in Geneſin*, quarum prima incipit Φέρε καὶ σήμερον, ἀγαπητοὶ, τὴν ἀκολουθίαν τῶν χθὲς εἰρημένων &c, & eſt in impreſſis Operum S. Joannis Chryſoſtomi editionibus Savilianâ & Frontonianâ *quadrageſima ſexta*; ſecunda incipit Πολὺ τῶν σήμερον ἡμῖν ἀναγνωσθέντων &c, & eſt in ſuprà memoratis editionibus *quadrageſima ſeptima*; tertia incipit Φέρε τὰ λείψανα τῆς χθεσινῆς τραπέζης &c, & eſt in ſuprà memoratis editionibus *quadrageſima*; quarta incipit Ὀκνῶ καὶ ἀναδύομαι σήμερον &c, & eſt in ſuprà memoratis editionibus *quadrageſima prima*; quinta incipit Ἐμάθομεν ἐκ τῶν χθὲς ἀνεγνωσμένων &c, & eſt in ſuprà memoratis editionibus *quadrageſima ſecunda*; ſexta incipit Καθάπερ λειμών τις ἐυανθὴς &c, & eſt in ſuprà memoratis editionibus *quadrageſima tertia*; ſeptima, in fine mutila, incipit, Ἡ κατὰ τὴν σαμαρεῖτιν ὑπόθεσις &c, & eſt in ſuprà memoratis editionibus *quadrageſima quarta*; octava, in principio mutilâ, eſt in ſuprà memoratis editionibus *quinquageſima ſecunda*; nona, in fine mutila, incipit, Φέρε καὶ σήμερον, εἰ δοκεῖ, τὰ ἑξῆς &c, & eſt in ſuprà memoratis editionibus *quinquageſima tertia*; decima, in principio mutila, eſt in ſuprà memoratis editionibus *quinquageſima quarta*; undecima incipit Ἱκανῶς ἡμᾶς χθὲς &c, & eſt in ſuprà memoratis editionibus *quinquageſima quinta*; duodecima deniq; incipit Ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Ἰακὼβ &c, & eſt in ſuprà memoratis editionibus *quinquageſima ſexta*.

(1) *Vide Operum S.* Ioannis Chryſoſtomi *edit. gr. Savil. Tom. VII pag.* 537.
(2) *Vide ibid. Tom. VII pag.* 249 *ubi* Savilius *in margine expreſſè indicat, ſe Orationem hanc quidē accepiſſe ex Codice MSto* Regio *Pariſienſi, ſed ex tribus Codicibus MStis Cæſareis emendaſſe.*
(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* decimus ſextus.

CXVIII.

Centeſimus decimus octavus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus eſt membranaceus* antiquus in *folio*, conſtâtque folijs *quadraginta ſeptem*. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ ſeu Orationes quinq; in Geneſin*: nempe *decima quarta*, in principio mutila, quæ in editionibus impreſſis incipit his verbis: Πάλιν,

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* duceteſimus nonageſimus primus.

εἰ βέλεσθε, καὶ σήμερον &c; *decima quinta*, Πολλὰ; ὑμῖν ἔχω χάριτας &c; *decima ſexta*; Βέλομαι σήμερον, ἀγαπητοὶ, &c; *decima ſeptima*, Ἱκανῶς, οἶμαι, κτ̃ δύναμιν &c; *decima octava* in fine mutila, Εἴδετε χθὲς δικαςῦ φιλανθρωπίαν &c.

C X I X.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos vigeſimus.

Centeſimus decimus nonus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátq; folijs *centum & tredecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ* ſive *Orationes novem in Geneſin*; quarum *prima*, quæ in editionibus impreſſis eſt *trigeſima prima*, incipit his verbis: Πολλὰς ὑμῖν ἔχω χάριτας, ὅτι μεθ' ἡδονῆς ἐδέξασθε χθὲς &c; *ultima* autem ſive *trigeſima nona*, Εἴδετε, ἀγαπητοὶ, πῶς ἐδὲν ἀργὸν τῶν παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ κειμένων &c.

C X X.

(2) Fuit is olim extra numerum.

Centeſimus vigeſimus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque folijs *ducentis viginti ſeptem*, & eſt unus ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 116 pag. 2, *Commentarius in Prophetiam Jeremiæ, Librum Baruch & Lamentationes Jeremiæ*, qui quidem in duplici Inſcriptione, quæ illi in hoc Codice MSto præfixa eſt, *ſoli attribuitur S. Joanni Chryſoſtomo*, re verâ autem ex *Origenis*, *S. Joannis Chryſoſtomi* & *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis* tribus diverſis in eundem Prophetam Expoſitionibus conflatus, & in *duodecim Tomos* ſive *Sectiones* diviſus eſt. *Prima* iſtius Commentarij *Præfatio* inſcribitur ibi atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνςαντινουπόλεως εἰς τὸν Ἱερεμίαν. Λεκτέον τις ἡ προφητεία, καὶ πότε ἤρξατο, καὶ πότε πέπαυται, καὶ τίνος ἕνεκεν ἔληξεν, καὶ τι λαβεῖν ἐστιν ἐκ ταύτης εἰς τὸν βίον ὠφέλιμον. Προφητεία τοίνυν ἐστὶ τὸ λέγειν ἢ καὶ τυπικῶς δεικνῦναι τὰ προλαβόντα, καὶ ὄντα, καὶ ἐσόμενα. λόγος γδ &c. *Secunda* ejuſdem Commentarij *Præfatio* inſcribitur ibidem atque incipit his verbis: Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνςαντινουπόλεως τοῦ Χρυσοςόμου ἑρμηνεία εἰς τὸν προφήτην Ἱερεμίαν. Τὸν μὲν οὖν χρόνον, καθ' ὃν προεφήτευσεν ὁ μακάριος προφήτης Ἱερεμίας, καὶ ἀπὸ ποίου Βασιλέως ἤρξατο, καὶ εἰς ποῖον προφητεύων ἐτελεύτησεν, σαφῶς ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ προ-

φήτου

φήτε ἐςὶ μαθεῖν· πᾶσαν δὲ τὴν προφητείαν κατὰ τῶν δύων ποιεῖται φυλῶν &c. *Tertia* denique *Præfatio*, quæ eſt *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis*, & peculiari caret Inſcriptione, incipit his verbis: (1) Ἐγὼ μὲν ὤμην τὴν Ἱερεμίου τοῦ θείου προφητείαν ἑρμηνείας μὴ δεῖσθαι· ἐπειδὴ δὲ &c.

Secundò, & quidē à fol. 117 pag. 1 uſq; ad foliū 227 ſive *ultimū*, *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Expoſitio in Prophetam Danielem*, quæ in *Tomos* ſive *Sectiones decem* diviſa, inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ μακαριωτάτου Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου ἑρμηνεία, εἰς τὸν προφήτην Δανιήλ. Πρόλογος· (2) Εἰ πᾶσι ῥάδιον ἦν τὰ τῶν θείων προφητῶν ἀναπτύσσειν θεωρήματα, &c.

CXXI.

Centeſimus vigeſimus primus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus, elegans & bonæ notæ in *folio*, conſtátq; folijs *quadringentis triginta*, & unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ* ſive *Orationes nonaginta in Evangeliū S. Matthæi*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: (4) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Ματθαῖον τὸν εὐαγγελιστήν. Λόγος α΄. Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδὲν δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας, &c; *nonageſima* autem ſive *ultima* hoc modo: Διὰ τούτους τοὺς στρατιώτας ὁ σεισμὸς ἐκεῖνος ἐγένετο, &c. Eſt autem ultima hæc Oratio unico folio in fine mutila, & pertingit tantùm incluſivè uſque ad hæc verba (5) καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ ἐνευφραίνεσθε τῇ - - - Notandum porrò eſt, jam memoratis *nonaginta Orationibus* in eodem Codice MSto, & quidem *ſeptem primis folijs*, præfixum eſſe *antiquum Græcum Indicem Ethicum*, omnium illarum Orationum *Argumenta moralia* ſummatim complectentem, & hactenùs, quod ego ſciam, nondum editum.

CXXII.

Centeſimus vigeſimus ſecundus (6) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *trecentis uno*, & olim ad *Joannem Sambucum* pertinuit. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ in Evangelium S. Matthæi* ab (7) Homilia *primâ*, cujus initium Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδὲ δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας &c. uſque ad Homi-

(1) *Vide Commentariū hunc* Theodoreti *è græco in latinū ſermonem converſum à* Joanne Pico *Canonico Pariſienſi, & Lutetiæ apud Guilielmum* Chaudiere *A. 1564 editum in octavo.*

(2) *Vide Commentariū hunc* Theodoreti *è græco in latinū ſermonem translatum à* Joanne Baptiſtâ Gabio *Veronenſi, & Romæ apud Paulum Manutium A. 1562 editum in folio.*

(3) *Fuit is olim extra numerum.*

(4) *Vide Operum S.* Joannis Chryſoſtomi *græcam editionem Savilianā Tom. II à pag. 1 uſque ad pag. 554.*

(5) *Vide ibid. pag. 552.*

(6) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* nonus. (7) *Vide Operum* S. Joannis Chryſoſtomi *græcam editionem Savilianam Tom. II à pag. 1 uſq; ad pag. 276.*

Homiliam *quadrageſimam ſecundam*, cujus principium: Πάλιν ἑτέρως αὐτοὺς καταισχύνει &c.

CXXIII.

Centeſimus vigeſimus tertius (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* in *folio majori*, & ante *ducentos* circiter *annos* exaratus, pertinuitque olim ad *Regis Hungariæ* (2) *Matthiæ Corvini Bibliothecam Budenſem*; poſt cujus barbaram diſſipationem à V. CL. *Ioanne Sambuco Tirnavienſi* redemptus, & poſt hujus mortem cum reliquâ ipſius ſuppellectile literariâ in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem* translatus eſt. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ in Evangelium S. Matthæi* ab Homiliâ *primâ*, cujus principium: Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδὲν δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας &c. uſque ad finem Homiliæ *quadrageſimæ tertiæ*, cujus principium: Ἆρα τί γένοιτ' ἂν ἀνοητότερον ἢ ἀσεβέστερον &c. Totus Codex conſtat *trecentis viginti duobus* folijs, & generalem hunc habet titulum: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ὑπόμνημα εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον ἐν ὁμιλίαις.

CXXIV.

Centeſimus vigeſimus quartus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus ac optimæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *trecentis viginti ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi variæ quædam Homiliæ*; nempe *primò*, & quidem fol. 1 & 2, Fragmentum *Homiliæ ſextæ in Evangelium S. Matthæi* à verbis (4) Τῶν ἐπὶ σκηνῆς, τῶν πορευομένων γυναικῶν uſque ad finem. *Secundò*, & quidem fol. 2, 3 & 4, Fragmentum *Homiliæ ſeptimæ in Evangelium S. Matthæi*, ab initio ejus Εἶδες ἅπαντα εἰς ἔλεγχον γινόμενα Ἰουδαϊκὸν uſque ad verba: (5) οὐδὲ γὰρ τὸ ὄνομα τῆς ἀρχῆς καλέσαι ἠνέσχετο· ἀλλ' οἱ Μάγοι. *Tertiò*, & quidem à fol. 5 uſque ad fol. 15, *Homilia tertia in Evangelium S. Matthæi integra*, cujus principium: Ἴδε τρίτη διάλεξις &c. *Quartò*, & quidem à fol. 15 uſque ad fol. 30, *Homilia ſexta in Evangelium S. Matthæi integra*, cujus principium: Πολλῆς

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* tertius. (2) *Obijt* Rex Matthias Corvinus Vindobonæ *ſive* Wiennæ Auſtriæ *apoplexiâ, & quidem die* quarto *Aprilis, non autẽ* quinto, *ut perperàm legitur in* Sethi Calviſij *Opere Chronologico. Inſigne hác de re exſtat teſtimoniũ in fine hactenùs ineditæ Hiſtoriæ Deſponſationis & Coronationis* Imp. Friderici V *& Conjugis ipſius* Eleonoræ, *à coætaneo autore* Nicolao Langmanno de Falckenſtein *compoſita, & manu ipſius propriâ ſcripta, his verbis:* Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo, quartâ die menſis Aprilis Wiennæ malâ morte Matthias Rex Hungariæ mortuus eſt, qui flammâ, ferro, fame & falſitate ſubjugavit ſibi majorem partem Domûs Auſtriæ infra Anaſum. *Vide etiam Librum* ſecundum *horum Commentariorum pag.* 971, 972, 973 *&* 974, *ubi de jam citatâ* Nicolai Langmanni Hiſtoriâ *ſatis prolixè agitur.* (3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ſextus. (4) *Vide Operum* S. Ioannis Chryſoſtomi *edit. gr. Savil. Tom.* II *pag.* 42 *verſ.* 3. (5) *Vid. ibid. Tom.* II *pag.* 46 *verſ.* 9.

Πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς ἀγρυπνίας &c. *Quintò*, & quidem à fol. 30 uſque ad fol. 43, *Homilia nona in Evangelium S. Matthæi integra*, cujus principium: Καὶ μὴν οὐκ ἐξῆν θυμωθῆναι &c. *Sextò*, & quidem à fol. 43 uſque ad fol. 53, *Homilia duodecima in Evangelium S. Matthæi integra*, cujus principium: Μετὰ τῶν δούλων ὁ δεσπότης &c. *Septimò*, & quidem à fol. 53 uſque ad fol. 320, Ἀνδριάντες ſive, (1) *Homiliæ viginti & una de Statuis ad Populum Antiochenū habitæ*, quarū tamen una, nempe *decima quinta*, cujus principiū, Ἔδει καὶ τῇ μερῳ καὶ τῷ προτέρῳ Σαββάτῳ, improvidi librarij culpâ illic deficit. *Octavò*, & quidem fol. 320, 321, 322, *Monitum ethicum, in fine mutilum, de non deflendis mortuis*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος ἐκ τῶν αὐτοῦ ἠθικῶν, ὅτι οὐ δεῖ θρηνεῖν τοὺς τελευτηκότας. Μηδεὶς τοίνυν κοπτέσθω λοιπὸν, μηδὲ θρηνείτω, &c. *Nonò*, & quidem fol. 323 & 324, Fragmentum *Homiliæ ſextæ in Evangelium S. Matthæi* à verbis: (2) ὑπόδειγμα· μάλιστα μὲν οὖν καὶ οὗτος νωθείας ὁ λόγος uſque ad verba καὶ θρύπτεσθαι καὶ τρυφᾶν, ἀλλά. *Decimò*, & quidem fol. 325 & 326, Fragmentum *Homiliæ ſeptimæ in Evangelium S. Matthæi* à verbis (3) τούτων οὐδὲν συνιδόντες uſque ad verba καὶ τὸν μὲν βάρβαροι, πρὶν ἰδεῖν αὐτὸν, τοσαύτην ἤνυσαν ὁδὸν.

C X X V.

Centeſimus vigeſimus quintus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus optimæq; notæ in *folio*, & conſtat folijs ducentis ſexaginta ſex. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ in Evangelium S. Matthæi* ab (5) Homiliâ *decimâ*, cujus principium: Ποίαις ἡμέραις ἐκείναις; οὐδὲ γὰρ τότε, ἡνίκα παῖς ἦν &c, uſque ad (6) Homiliam *quadrageſimam quartam*, quæ incipit: Ὅπερ πρώην ἔλεγον, ὅτι ἀρετῆς ἀπούσης &c.

C X X V I.

Centeſimus vigeſimus ſextus (7) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pevetuſtus & optimæ notæ in *folio majori*, conſtátque folijs *ducentis octoginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ in Evangelium S. Matthæi* ab Homiliæ *decimæ quartæ* verbis (8) ἀπαλλάξας, πλέον κουφότερον ἡμῖν ποιήσῃ

τὸ

(1) *Vide ibid. Tom. VI à pag. 447 uſque ad pag. 611 & edit. Fronton. Tom. I à pag. 1 uſque ad pag. 275.*
(2) *Vid. ibid. Tom. II pag. 40 verſ. 5, & pag. 42 verſ. 3.*
(3) *Vid. ibid. Tom. II pag. 46 verſ. 9, & pag. 48 verſ. 9.*
(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos octavus.*
(5) *Vide Operum S.* Ioannis Chryſoſtomi *edit. gr. Savil. Tom. II pag. 62. Locus autē* Evangelij S. Matthæi, *qui Homiliâ illâ decimâ explicatur, incipit his verbis:* Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς *&c.*
(6) *Vide ibid. Tom. II pag. 287 Locus autem* Evangelij S.Matthæi, *qui Homiliâ illâ 44 explicatur, incipit his verbis:* Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος τοῖς ὄχλοις, ἰδοὺ ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ *&c.* (7) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ſecundus. (8) *Vide Operum* S. Ioannis Chryſoſtomi *edit. græc. Savilianā Tom. II pag. 92 verſ. 29.*

τὸ φρόνημα uſque ad finem Homiliæ *quadrageſimæ ſecundæ*, cujus principium: Πάλιν ἑτέρως αὐτοὺς καταισχύνει &c.

CXXVII.

Centeſimus vigeſimus ſeptimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & licet valde mutilus, varijſq; pravis tranſpoſitionibus laborans, optimæ tamen notæ in folio, conſtátque folijs *ſexaginta octo*. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ quædam in Evangelium S. Matthæi*: quarum *prima* incipit Καλὸν ἐνταῦθα στενάξαι &c, & eſt in operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græcâ *Savilianâ vigeſima*; *ſecunda* incipit Τὸ τυραννικώτερον πάντων &c, & eſt in jam citatâ editione impreſſâ *decima nona*; *tertia*, in principio mutila, incipit in ſuprà citatâ editione Ὁρᾶς, πῶς κατὰ μικρὸν τὸν &c, & eſt ibi *vigeſima prima*; *quarta* incipit Εἰπὼν περὶ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς &c, & eſt in eâdem editione *vigeſima ſecunda*; *quinta*, in fine mutila incipit Τί οὖν; οὐ χρὴ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐγκαλεῖν &c, & eſt in eâdem editione *vigeſima tertia*; *ſexta*, in principio mutila, incipit in ſuprà citatâ editione Ὁ μὲν λεπρὸς καταβάντι &c, & eſt ibi *vigeſima ſexta*; *ſeptima* incipit Ὁ δὲ Μάρκος καὶ εὐθέως προσέθηκεν &c, & eſt in eâdem editione *vigeſima ſeptima*; *octava* incipit Ὁ μὲν Λουκᾶς ἀπαλλάττων ἑαυτὸν &c, & eſt in eâdem editione *vigeſima octava*; *nona* incipit Ἰδὼν αὐτοῦ πόλιν ἐνταῦθα &c, & eſt in eâdem editione *vigeſima nona*; *decima* incipit Ποιήσας γὰρ τὸ θαῦμα, οὐκ ἔμεινεν &c, & eſt in eâdem editione *trigeſima*.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos decimus nonus.

CXXVIII.

Centeſimus vigeſimus octavus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, &, licet in principio & fine alijſque nonnullis intermedijs locis ob defectum aliquot foliorum præ nimiâ vetuſtate mutilus, optimæ tamen notæ in *folio*, conſtátque ſolijs *ducentis viginti duobus*. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ triginta quinque in Evangelium S. Matthæi* ab Homiliâ *quinquageſimâ primâ*, quæ ibi in principio mutila eſt, in editione autem impreſſâ *Savilianâ* incipit his verbis: Τότε, πότε; ὅτε τὰ μυρία σημεῖα εἰργάσατο, &c, uſque ad Homiliam *octogeſimam quintam*, cujus principium: Διὰ τί ταῦτα ἐποίουν, ἀναιρεῖν μέλλοντες, &c.

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos trigeſimus-ſeptimus.

CXXIX.

Centeſimus vigeſimus nonus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio* majo-

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos primus.

majori, conſtátque folijs *ducentis octoginta duobus*, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ in Evangelium S. Matthæi* ab Homiliæ *quadrageſimæ quintæ* verbis (1) θέμις τὸ τοῦ αἵματος ἀποδιδόναι ποτήριον uſque ad finem Homiliæ *nonageſimæ* ſive *ultimæ*. Ijſdem Orationibus præfixus ibi eſt *antiquus græcus Index Ethicus*, omnium illarum Orationum *Argumenta moralia* ſummatim complectens, cujus titulus ſive inſcriptio eſt: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου τῶν ἠθικῶν ἡ δύναμις ἐν συντόμῳ. Notandum porrò eſt, in principio & fine ejuſdem Codicis non ſolùm *Busbeckij* propriâ manu exarata legi hæc verba: *Augerius de Busbecke comparavit Conſtantinopoli*; verùm etiam exſtare ibidem aliam quandam antiquiorem Inſcriptionem, quâ *Joannes* aliquis *Manclavita* teſtatur, Codicem iſtum olim pertinuiſſe ad *Monaſterium Conſtantinopolitanum S. Joannis Præcurſoris Domini ſive Baptiſtæ*, *ſitum proximè Ciſternam Aetij*, *& cognominatum Petram*. Ipſa Inſcriptionis verba ſunt hæc: Ἡ βίβλος αὕτη τῆς μονῆς τοῦ (2) Προδρόμου, τῆς κειμένης ἔγγιστα τῆς (3) Ἀετίου· ἀρχαϊκὴ δὲ τῇ μονῇ κλῆσις (4) Πέτρα. Ἰωάννης γέγραφε νῦν (5) Μαγκλαβίτης. Huc inſuper accedit & tertia hæc, ibidem in principio exſtans, Inſcriptio: Καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον Δωροθέου.

(1) *Vide Operum S.* Ioannis Chryſoſtomi *græcam editionem Savilianam Tomo II pag.* 295 *verſ.* 28.

(2) *Eadem loquendi ratio aliquoties occurrit apud* Georgiũ Codinum *in libro de Ædificijs Vrbis Conſtantinopolitanæ, Lutetiæ Pariſiorum in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ A.* 1655 *primùm à me publicato. Vide ibi pag* 53, 55 *&* 63.

C X X X.

Centeſimus trigeſimus (6) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, elegans & optimæ notæ in *folio* majori, conſtátq; folijs *ducentis octoginta uno*, & ad *Joannẽ Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Quis autem eundem Codicem anteà poſſederit, indicatur ibidem duabus diverſis Inſcriptionibus, quarum una eſt, Τὸ παρὸν βιβλίον κτῆμά ἐστι Γεωργίου τοῦ Κορινθίου, altera autem Βίβλος Μάρκου Μαμουνᾶ τοῦ Κρητός. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ in Evangelium S. Matthæi* ab Homiliâ *quadrageſimâ quartâ*, cujus principium: Ὅπερ πρώην ἔλεγον, ὅτι ἀρετῆς ἀπούσης &c, uſque ad Homiliam *nonageſimam* ſive *ultimam*. Deſunt tamen injuriâ

L

vetu-

(3) *Subaudiendum hîc eſt* κινστέρνης. *De hâc* Aetij Ciſternâ *vide* Codini *mei librum de Statuis Vrbis Conſtantinopolitanæ pag.* 29. (4) *Meminit hujus cognominis* Πέτρα Georgius Codinus *meus in libro de Ædific. CPnis pag* 47. (5) Μαγκλαβῖται *Græco-barbaris vocantur* Janitores Aulæ Imperatoriæ Conſtantinopolitanæ, *quaſi* Manuclavitæ, *eò quòd* μαγκλάβια *ſive* manuales clavas *geſtare ſolerent. Vide* Ioan. Meurſij *Gloſſarium Græco-barbarum, ut &* Ger. Ioan. Voſſ. *de Vitijs ſermonis lib.* 3 *cap.* 23, *& Animadverſiones meas in* Georgij Codini *Origines Conſtantinopolitanas pag.* 197. *Aſpice etiam eâdem de causâ antiquiſſimi Codicis manuſcripti Græci Geneſeos Tabulam* trigeſimam ſextam, *quæ Libro* tertio *horum Commentariorum inter pag.* 10 *&* 11 *inſerta eſt.* (6) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* decimus quartus.

vetuſtatis Homilia *ſeptuageſima ſeptima*, *ſeptuageſima octava* & *ſeptuageſima nona*, unà cum parte priori *octogeſima*.

CXXXI.

Centeſimus trigeſimus primus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in folio, conſtátque folijs *trecentis ſeptuaginta quinq;*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidē à fol. 1 uſq; ad fol. 367, *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ octoginta octo in Evangelium S. Joannis*, quarum (2) *prima* incipit Οἱ τῶν ἀγώνων τῶν ἔξωθεν θεαταὶ &c., *ultima autem* Πολλὰ μὲν ἐστι καὶ ἕτερα &c. Laborant autem nonnullæ earum præpoſteris quorundam foliorum tranſpoſitionibus, ab imperito ſimul ac negligente Bibliopego commiſſis, quæ tamen, ſi totus iſte diſſolvatur Codex, & denuò compingatur, facilè poſſunt corrigi.

Secundò, & quidem à fol. 367 uſque ad fol. 375, *Joannis Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Homilia de Concordiâ Evangeliſtarum circa Reſurrectionem Dominicam*; cujus titulus & principium: Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, ὅτι οὐδεμία διαφωνία οὐδὲ ἐναντίωσις ἐν τοῖς Εὐαγγελισταῖς περὶ τὴν ἀνάστασιν. Καθὼς ἐνεχώρει διασαφήσαμεν τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν ἀκοῇ τὰ περὶ τοῦ πάθους τοῦ δεσποτικοῦ γεγενημένα. Primus hanc Homiliam græcè publicavit *Henricus Savilius* Tomo quinto Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* à pag. 740 uſque ad pag. 747, ſed tanquam dubiæ fidei, & in principio (3) mutilam. Integra autem & ſub nomine *veri Autoris* exſtat eadem Tomo primo Auctarij Bibliothecæ veterum Patrum græcolatinæ, Pariſijs A. 1648 in fol. editæ, à colum. 791 uſque ad colum. 822. Meminit quoque ejuſdem Homiliæ *Leo Allatius* in Diatriba de *Symeonum Scriptis* pag 97. Operæ pretium porrò erit, ſuprà memoratam editionem *Pariſinam*, quæ ex Codice MSto Regio deſumpta eſt, diligenter & accuratè conferri, cum Codice hoc MSto *Cæſareo*, inter Codices MStos Theologicos Græcos *centeſimo trigeſimo primo*. Eſt enim is diverſus ab altero illo Codice MSto *Cæſareo*, ex quo *Savilius* eandem Orationem primus mutilam edidit, & ſine *veri Autoris* nomine.

CXXXII.

Centeſimus trigeſimus ſecundus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* in ſolio, & *abhinc* (5) *ſexcentos* & de-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos un*decimus.

(2) *Vide Operum S.* Ioannis Chryſoſtomi *editionē græcā Savilianam Tom. II à pag. 555 uſque ad pag. 931.*

(3) *Incipit ea ibi his verbis:* Φέρε δὴ περὶ τῆς τῶν Εὐαγγελιστῶν ἱστορίας *&c. Inſcribitur autem:* Εἰς τὰς μυροφόρους γυναῖκας, καὶ ὅτι οὐδεμία διαφωνία, οὐδὲ ἐναντίωσις ἐν τοῖς Εὐαγγελισταῖς εὑρίσκεται περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Additur etiam ibidem in margine, Homiliam illam deſumptam eſſe ex manuſcripto quodam Codice* Cæſareo. *Quis autem ille fuerit, alio deinceps loco à me indicabitur. Eſt enim is ab hoc, de quo in præſens agitur, diverſus.* (4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* quintus. (5) *Nempe reſpectu præſentis anni Chriſti 1671.*

decem annos elegantiſſimè exaratus, quem *Augerius Busbeckius*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim comparavit *Conſtantinopoli.* Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ in Evangelium S. Joannis* ab Homiliâ *primâ*, quæ incipit Οἱ τῶν ἀγώνων τῶν ἔξωθεν θεαταὶ, uſque ad finem Homiliæ *quadrageſimæ quintæ*, cujus principium Οὐδὲν γαστριμαργίας χεῖρον, &c. Totus ille collatu digniſſimus Codex conſtat *trecentis & undecim* folijs, ac generalem hunc habet titulum: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Εὐαγγελιστήν. In fine ejuſdem Codicis indicatur *ætas* illius unà cum *nomine deſcriptoris* antiquâ hâc ſubſcriptione: Ἐτελειώθη χάριτι Θεοῦ ἡ ἱερὰ καὶ ψυχωφελὴς βίβλος αὕτη ἐπὶ Ἰωάννου τοῦ ὁσιωτάτου Καθηγουμένου μονῆς τοῦ Σωτῆρος τῶν ῥαδηνῶν διὰ χειρὸς ΔΙΟΜΗΔΟΥΣ ταπεινοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ μηνὶ Ἀπριλλίῳ ιϛ´ Ἰνδικτιῶνος ιδ´, ἔτους (1) ϛφξθ. Παρακαλῶ δὲ καὶ ἱκετεύω πάντας τοὺς ἐντυγχάνοντας, μνείαν μου ποιεῖσθαι ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἀναξίου οὐρανοῦ καὶ γῆς.

CXXXIII.

Centeſimus trigeſimus tertius (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt chartaceus mediocriter antiquus in *quarto*, & conſtat *trecentis quinquaginta quatuor* folijs. Continentur eo hæc.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 217 pag. 2 *anonymi cujuſdam Autoris Expoſitio in Evangelium S. Matthæi, ex S. Joannis Chryſoſtomi nonaginta Homilijs in idem Evangelium compendiosè excerpta;* cujus titulus & principium. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἑρμηνεία εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον. ΒΙΒΛΟΣ ΓΕΝΕΣΕΩΣ. Βίβλον δὲ γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τούτου χάριν αὐτὴν καλεῖ, εἰ καὶ μὴ μόνον τὴν γέννησιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν τοῦ Σωτῆρος περιέχει, ἐπειδὴ πάσης τῆς οἰκονομίας τὸ κεφάλαιον τοῦτό ἐστι, καὶ ἀρχὴ, καὶ ῥίζα πάντων ἡμῶν τῶν ἀγαθῶν· τὸ δὲ Ἰησοῦς ὄνομα οὐκ ἔστι ἑλληνικὸν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 218 pag. 1 uſque ad fol. 354 pag. 2, *euſdem anonymi Autoris Expoſitio in Evangelium S. Joannis, ex S. Joannis Chryſoſtomi octoginta octo Homilijs in idem Evangelium compendiosè excerpta;* cujus principium: Τίνος ἕνεκεν, τῶν ἄλλων Εὐαγγελιστῶν ἀπὸ τῆς οἰκονομίας ἀρξαμένων, τοῦτο μὲν ἐν βραχεῖ μετὰ ταῦτα ᾐνίξατο, εἰπὼν, καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, τὰ δὲ ἄλλα πάντα παραδραμὼν, τὴν σύλληψιν, τὸν τόκον, τὴν ἀνατροφὴν, τὴν αὔξησιν, εὐθέως περὶ τῆς ἀϊδίου γεννήσεως ἡμῖν διηγεῖται &c.

(1) *Hoc eſt, anno Chriſti* milleſimo ſexageſimo primo; *ſi videlicet anni 5508 quot Eccleſ. Conſtantinopolitana ab Orbe condito uſq. ad initium vulgaris Æræ Chriſtianæ ſupputat, ſubtrahantur ab anno Mundi ſecundùm eandem ſupputationem* ſexies milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, *quo Codex ille exaratus eſt.*

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus primus.

CXXX-

CXXXIV.

Centeſimus trigeſimus quartus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque folijs *ducentis quinquaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ triginta tres in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Romanos*; quarum *prima*, quæ eſt reliquarum *Proœmium*, incipit his verbis: (2) Συνεχῶς ἀκούων ἀναγινωσκομένων τῶν ἐπιστολῶν &c. *trigeſima tertia* autem ſive *ultima*, Πάλιν παραίνεσις, καὶ εὐχὴ μετὰ παραίνεσιν &c. In fine ultimæ hujus Homiliæ exſtat hæc inſcriptio; Τῇ Θεοῦ χάριτι ἐτέλεσα ἐγὼ πανταλήμων ΝΕΙΛΟΣ ἱερομόναχος τήνδε τὴν βίβλον κατὰ τ' ἔτος ϛϡνγ´, quâ indicatur Codicem hunc ſcriptum eſſe à *Nilo* quodam *Hieromonacho* anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ *ſexies milleſimo nongenteſimo quinquageſimo tertio*, hoc eſt, anno Æræ Chriſtianæ *milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto*. Exſtant etiam in eodẽ Codice MSto ante & poſt jam memoratas *S. Joannis Chryſoſtomi Homilias Excerpta quædã miſcellanea* ex Scriptis Sanctorum Patrum *Dionyſij Alexandrini*, *Baſilij Magni*, *Gregorij Nazianzeni*, *Gregorij Nyſſeni*, *Joannis Chryſoſtomi*, *Anaſtaſij Sinaitæ* (3), *Joannis Climaci*, & *Maximi Monachi atque Martyris*, ad implendum videlicet folia ſeptem, quæ alioqui manſiſſent vacua.

CXXXV.

Centeſimus trigeſimus quintus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus, elegans & bonæ notæ in *folio*, conſtátq; folijs *ducentis nonaginta quinque*, & pertinuit olim ad doctiſſimum celeberrimúmque (5) *Beſſarionem*, Archiepiſcopum *Nicænum*, patriâ *Trapezuntinum*, qui A. C. 1439 à Papâ *Eugenio IV* Florentiæ in Concilio Generali *S. R. E. Cardinalis* creatus eſt, & A. 1473 obijt. Folij enim *primi* paginâ *ſecundâ* exſtat ibi *duplex* propriæ manûs ipſius Inſcriptio, *Græca* nempe & *Latina*, quâ ipſe poſſeſſorem ſe iſtius Codicis fuiſſe indicat; ut ex ſubjuncto utriuſque apographo videre eſt: Βιβλίον ἐμοῦ ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΟΣ Καρδινάλεως τοῦ τῶν Τουσκλων. *Liber meus, B. Card. Tuſculani.* Hucuſque duæ illæ Inſcriptiones propriæ manûs *Cardinalis Beſſarionis*. Quæ autem præſtantiſſimo illo Codice MSto continentur, ea ſunt hæc:

Primò, & quidem à fol. 2 pag. 1 uſque ad fol. 185 pag. 1, *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ triginta in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam* (6).

ſecun-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* vigeſimus ſecundus.

(2) *Vide Operum S.* Ioannis Chryſoſt. *editionem græcã Savilianam Tom. III à pag. 1 uſque ad pag.* 244; *ſed ibi numerantur tantùm Homiliæ* triginta duæ *quoniam ea, quæ in hoc Codice MSto* Cæſareo *eſt* prima pro Præfatione *tantùm habetur, non autem pro integrâ & ſeparatâ Homiliâ.*

(3) *Nempe ex Quæſtionibus & Reſponſionibus Sacris.*

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* vigeſimus primus.

(5) *Vide Librũ* tertium *horũ Commentariorum pag.* 61, 344 & 380.

(6) *Vide Operum* S. Ioannis Chryſoſtomi *edit. græc. Savilianam Tom. III à pag.* 541 *uſque ad pag.* 707.

ſecundam ad Corinthios, quarum prima incipit: Ἄξιον ζητῆσαι πρότερον, τίνος ἕνεκεν δευτέραν &c; trigeſima autem ſive ultima: Ἤδει τὸ αὐτοῦ σφοδρότερον διαλεχθέντος &c.

Secundò, & quidem à fol. 186 pag. 1 uſque ad fol. 201 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi Hypotheſis* ſive *Argumentum & expoſitio in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad* (1) *Philemonem, in tres Homilias* diviſa; quarum prima incipit: Ὑπὲρ οἰκέτου πρὸς δεσπότην ἐστὶ ταῦτα, εὐθέως, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 202 pag. 1 uſque ad fol. 233 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* Ἑρμηνεία ſive *Expoſitio in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad* (2) *Titum*, in *ſex Homilias* diviſa; quarum prima incipit: Τῶν Παύλῳ συνόντων &c.

Quartò, & quidem à fol. 234 pag. 1. uſque ad fol. 295 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* Ἑρμηνεία ſive *Expoſitio in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad* (3) *Galatas*; cujus principium: Πολλοῦ τὸ προοίμιον γέμει θυμοῦ &c.

CXXXVI.

Centeſimus trigeſimus ſextus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, elegans & optimæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *ducentis quadraginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 55 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ decem poſteriores in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ſecundam ad Corinthios*, nempe à *vigeſimâ primâ*, quæ incipit (5) Ἀπαρτίσας τὸν περὶ ἐλεημοσύνης λόγον &c, uſque ad *trigeſimam* ſive *ultimam*.

Secundò, & quidem à fol. 56 pag. 1 uſque ad fol. 241 pag. 2, ejuſdē *S. Joannis Chryſoſtomi Hypotheſis ſive Argumentū & Homiliæ triginta tres in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolā ad Hebræos*. Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: (6) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἑρμηνεία εἰς τὴν πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολήν, ἐκτεθεῖσα ἀπὸ σημείων μετὰ τὴν κοίμησιν αὐτοῦ παρὰ Κωνσταντίνου πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας. Eſt autem Codex hic in fine mutilus, & deeſt ibi tota Homilia *trigeſima quarta* ſive *ultima*.

CXXXVII.

Centeſimus trigeſimus ſeptimus (7) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & bonæ notæ in *folio*, con-

ſtát-

(1) Vide ibid. Tom. III à pag. 411. uſque ad pag. 425.

(2) Vide ibid. Tom. III à pag. 381 uſque ad pag. 409.

(3) Vide ibid. Tom. II à p. 709 uſque ad pag. 763.

(4) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centeſimus nonageſimus nonus.

(5) Vide Operum S. Ioannis Chryſoſtomi edit. gr. Savil. Tom. III pag. 657.

(6) Vide ibid. Tom. IV pag. 427. Eadem verba exſtant etiā infrà in Codice CXLI, non tamen in principio, ſed in fine illarum Homiliarū in Epiſtolam ad Hebræos.

(7) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducenteſimus vigeſimus ſecundus.

ſtátquefolijs *trecentis nonaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manus inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 17 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi* (1) *Homilia quinta, decima octava, & vigeſima octava in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ſecundam ad Corinthios.*

Secundò, & quidem à fol. 17 pag. 2 uſque ad fol. 28 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* (2) *Hypotheſis* ſive *Argumentum* & *Homiliæ tres in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Philemonem.*

Tertiò, & quidem à fol. 28 pag. 2 uſque ad fol. 141 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* (3) *Hypotheſis & Homiliæ viginti quatuor in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Epheſios.*

Quartò, & quidem à fol. 141 pag. 2 uſque ad fol. 254 pag. 1. ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* (4) *Homiliæ triginta in S. Pauli, Apoſtoli Epiſtolam ſecundam ad Corinthios.*

Quintò, & quidem à fol. 255. pag. 1. uſque ad fol. 381 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* (5) *Homiliæ viginti octo in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam primam & ſecundam ad Timotheum*, præ vetuſtate nonnullis locis mutilæ, & imperitiâ veteris Bibliopegi perperàm tranſpoſitæ.

Sextò, & quidem à fol. 382 pag. 1 uſque ad fol. 393 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio de Pſeudo-Prophetis, & falſis doctoribus, & atheis hæreticis, & de ſignis conſummationis, quam paulò ante mortem habuit.* Ipſa tituli græci verba unà cum principio ipſius Orationis ſunt hæc: (6) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ ψευδοπροφητῶν καὶ ψευδοδιδασκάλων, καὶ (7) ἀθέων αἱρετικῶν, καὶ περὶ σημείων τῆς συντελείας· ἐῤῥέθη δὲ, μέλλοντος αὐτοῦ ἐκδημεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος. Ὀδυνηρὸς ὁ λόγος, καθόλου ἔσχατος ὑμῖν διεδήλωται, ἀλλὰ καὶ πολλῆς χαρᾶς γέμων, &c.

CXXXVIII.

Centeſimus trigeſimus octavus (8) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *centum & ſeptuaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi* (9) *Homiliæ viginti quatuor in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Epheſios*, quarum prima incipit Ἴδε τὸ, διὰ, τῷ Πατρὶ δέδωκε &c. ultima

(1) *Vide Operum S.* Ioannis Chryſoſt. *edit. græc.* Savil. *Tom. III pag.* 573, 644 & 693.
(2) *Vide ibid. Tom. IV à pag.* 411 *uſque ad pag.* 425.
(3) *Vide ibid. Tom. III à pag.* 763 *uſque ad pag.* 894.
(4) *Vide ibid. Tom. III à pag.* 541 *uſque ad pag.* 707.
(5) *Vide ibid. Tom. IV à pag.* 249 *uſque ad pag.* 380.
(6) *Vide ibid. Tom. VII pag.* 211; *ubi* Savilius *in margine expreſsè indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice quodã MSto* Cæſareo. *Fuit autem is diverſus ab illo, de quo in præſens agitur. Principium enim ejuſdem Orationis legitur apud* Savilium *corruptè hoc modo*: Ὀδυνηρὸς ὁ λόγος· καθόλη ἔσχατος ὑμῖν δηλωται· ἀλλα &c. (7) *Vide Lib. I. horum Commentar. pag.* 142 *& Lib.* 3 *pag.* 75. (8) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* duodecimus. (9) *Vide Operum* S. Ioannis Chryſoſtomi *græcam editionem Savilianam Tom. III à pag.* 764 *uſque ad pag.* 894.

ma autem Περιζωσάμενοι, φησι, τὴν ὀσφῦν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ &c. Titulus totius Operis eſt ibi talis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἑρμηνεία εἰς τὴν πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολὴν τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου Ἀποστόλου Παύλου ἐν λόγοις κδʹ.

CXXXIX.

Centeſimus trigeſimus nonus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, elegans & optimæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *ducentis octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 96 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi* (2) *Homiliæ undecim in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam primam ad Theſſalonicenſes*, & *Homiliæ quinque in Epiſtolam ſecundam ad eoſdem.*

Secundò, & quidem à fol. 97 pag. 1, uſque ad fol. 132 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* (3) *Homiliæ ſex in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Titum.*

Tertiò, & quidem à fol. 133 pag. 1 uſque ad fol. 208 ſive *ultimum*, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* (4) *Homiliæ in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Coloſſenſes*, quarum *undecima* in fine eſt mutila, *duodecima* autem ſive *ultima* omninò deeſt.

CXL.

Centeſimus quadrageſimus (5) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *Chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, ſed præ vetuſtate ruinoſus & lacerus, & in principio ac fine mutilus, conſtátque nunc folijs *ducentis octoginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 86 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi* (6) *Homiliæ triginta quatuor in Epiſtolam S. Pauli Apoſtoli ad Hebræos*, quarum *prima* incipit: Ὄντως ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, &c. *Hypotheſis* autem ſive *Argumentum Epiſtolæ*, ijſdem jam memoratis triginta quatuor Homilijs præfixum, eſt ibi ob defectum unius folij in principio mutilum, atque incipit nunc ab his verbis - - - πορεύεσθε, εἰ δέοι, καὶ πολλὴν πανταχοῦ &c.

Secundò, & quidem à fol. 86 pag. 2 uſque ad fol. 127 pag. 1, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* (7) *Hypotheſis* & *Homiliæ quindecim in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Philippenſes.*

Ter-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos decimus-quintus.*

(2) *Vide Operum S. Ioannis Chryſoſt. edit. græc. Savil. Tom. IV à pag. 161 uſque ad pag. 247.*

(3) *Vide ibid. Tom. IV pag. 381.*

(4) *Vide ibid. Tom. IV pag. 89.*

(5) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducenteſimus octogeſimus-primus.*

(6) *Vide Operum S. Ioannis Chryſoſt. edit. græc. Savil Tom. IV à pag. 427 uſque ad pag. 605.*

(7) *Vide ibid. Tom. IV à pag. 1 uſque ad pag. 88.*

Tertiò, & quidem à fol. 188 pag. 1 uſque ad fol. 223 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* (1) *Homiliæ duodecim in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Coloſſenſes*.

(1) *Vide ibid. Tom. IV à pag. 89 uſq; ad pag. 139.*

Quartò, & quidem à fol. 224 pag. 1 uſque ad fol. 248 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* (2) *Expoſitio perpetua in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Galatas*, cujus principium Πολλοῦ τὸ προοίμιον γέμει θυμοῦ &c.

(2) *Vide ibid. Tom. III à pag. 709 uſq; ad pag. 763.*

Quintò, & quidem à fol. 249 pag. 1. uſque ad fol. 279 pag. 1, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* (3) Περὶ Ἱερωσύνης ſive *de Sacerdotio Libri ſeu Orationes ſex*, quarum *prima* incipit: Ἐμοὶ μὲν πολλοὶ ἐγένοντο φίλοι &c.

(3) *Vide ibid. Tom. VI à pag. 1 uſque ad pag. 55.*

Sextò, & quidem à fol. 279 pag. 1 uſque ad fol. 284 pag. 1, *Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis, cognomine Hieroſolymitani, Orationes duæ in Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei-Genitricis & ſemper-Virginis Mariæ Nativitatem ſeu diem natalem:* quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ἈΝΔΡΕΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, τοῦ Ἱεροσολυμίτου, λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν ἑορτῶν ἡ παροῦσα πανήγυρις, πρώτη δὲ μετὰ τὸν νόμον καὶ τὰς σκιὰς, &c; *ſecunda* autem hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ἈΝΔΡΕΟΥ τοῦ Κρήτης, εἰς τὴν αὐτὴν ἑορτὴν ἤτοι τὸ γενέσιον τῆς Θεοτόκου. Εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ, καὶ δρακτῷ περιγράφεται θάλασσα &c. Poſterioris hujus Orationis meminit etiam V.CL. *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* pag. 87, ſed perperàm ea ibi attribuitur *Georgio Nicomedienſi*. *Utraq;* autem ſub nomine veri Autoris *Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis* exſtat Tomo primo Auctarij Bibliothecæ veterum Patrum græco-latinæ, Pariſijs A. 1648 duobus Tomis in folio editi, à columnâ 1289 uſque ad colum. 1328; operæ pretium tamen erit, jam memoratam editionem *Pariſinam*, ex duobus Codicibus MSStis *Regio* & *Mazariniano* deſumptam, cum tertio hoc Codice MSto *Cæſareo* ob variantium lectionum diſcrepantiam diligenter & accuratè conferri.

Septimò, & quidem à fol. 284 pag. 1 uſque ad fol 286 pag. 2, *S. Joannis Damaſceni Oratio in Nativitatem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ;* cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν ἸΩΑΝΝΟΥ Πρεσβυτέρου τοῦ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. (4) Δεῦτε πάντα τὰ ἔθνη, πᾶν γένος ἀνθρώπων, &c. Eſt autem ea ibi ob defe-

ctum

(4) *Vide Operum S. Ioannis Damaſceni editionem Pariſinam A. 1619 in folio, pag. 541, ubi ea exſtat græcè & latinè cum alijs* duabus *ejuſdem argumenti Orationibus.*

ctum unius folij in fine mutila, & pertingit tantùm incluſivè uſque ad hæc verba (1) ἐπιθυμίαν ἅπασαν τεταμένων περὶ τὸ μόνον ἐφετόν τε καὶ - - - .

(1) *Vide ibid. pag.* 547.

C X L I.

Centeſimus quadrageſimus primus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque nunc folijs *ducentis triginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1. uſque ad fo. 111 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi* (3) *Homiliæ in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Hebræos* ab Homiliâ *tertiâ* in principio mutilâ uſque ad Homiliam *trigeſimam quartam* ſive *ultimam*; cui in fine annexa ſunt eadem illa verba quæ (4) ſuprà in Codice CXXXVIto ijſdem Homilijs loco *Tituli* ſive *Inſcriptionis* præfixa ſunt.

Secundò, & quidem à fol. 111 pag. 2 uſque ad fol. 239 ſive ultimum, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi* (5) *Hypotheſis* & *Homiliæ in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Romanos* à *prima* uſque ad *vigeſimam nonam*, quæ incipit Εἶπεν, Ὅτι ἐφ᾽ ὅσον εἰμὶ ἐθνῶν ἀπόστολος, &c, atque ibi in fine lacera eſt & mutila. Reliquæ autem *tres Homiliæ*, nempe *trigeſima*, *trigeſima prima* & *trigeſima ſecunda*, ibidem omninò deſunt. Notandum etiam eſt, *Hypotheſin* ſive *Argumentum* ejuſdem *Epiſtolæ ad Romanos*, quod incipit Συνεχῶς ἀκούων ἀναγινωσκομένων, in uno eodem Codice MSto *bis* exſtare, & *ſecundum* ejus exemplar perperàm inſcribi Λόγον α´ ſive *Orationem primam*; ideóque per continuationem iſtius erroris Homiliam *trigeſimam* ibi numerari, quæ in editione impreſsâ Savilianâ re verâ tantùm eſt *vigeſima nona*.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ſeptuageſimus nonus.*
(3) *Vide Operum S. Joannis Chryſoſt. Tom. IV à pag.* 427 *uſque ad pag* 605.
(4) *Vide ibid. Tom. III à pag.* 1 *uſque ad pag* 243.
(5) *Vide ſuprà pag.* 84.

C X L I I.

Centeſimus quadrageſimus ſecundus (6) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus, elegans & optimæ notæ in *quarto oblongo*, ſed vetuſtate ruinoſus ac lacerus & in principio ac fine mutilus, conſtátque nunc folijs *ducentis viginti ſeptem.* Continetur eo *anonymi cujuſdam Autoris Expoſitio in Sancti Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Romanos, in Epiſtolas duas ad* (7) *Corinthios, in Epiſtolam ad* (8) *Galatas, in Epiſtolam ad* (9) *Epheſios, in Epiſtolam ad* (10) *Philippenſes, in Epiſtolam ad* (11) *Coloſſenſes, in Epiſtolas duas ad* (12) *Theſſalonicenſes, in Epiſtolam ad* (13) *Hebræos, in Epiſtolas duas ad* (14) *Timotheum, & in Epiſtolam ad* (15)

(6) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centeſimus.*
(7) *Vide ibi fol.* 50 *pag.* 1 *& fol.* 85 *pag.* 2.
(8) *Vide ibi fol.* 120 *pag.* 2.
(9) *Vide ibi fol.* 142 *pag.* 2. (10) *Vide ibi fol.* 151 *pag.* 2. (11) *Vide ibi fol.* 172 *pag.* 2. (12) *Vide ibi fol.* 183 *pag.* 1 *& fol.* 189 *pag.* 1. (13) *Vide ibi fol.* 193 *pag.* 1. (14) *Vide ibi fol.* 216 *pag.* 1 *& fol.* 223 *pag.* 1. (15) *Vide ibi fol.* 226 *pag.* 1.

(2) *Vide* ibid. pag. 233.
(3) *Vide* ibid. pag. 245.
(4) *Vide* ibid. Tom. II pag. 701.
(5) *Vide* ibid. pag. 679.
(6) *Vide* ibid. pag. 694.

αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν., eſt in editione *Pontani ducenteſimum tertium*, & caret illâ clauſulâ *αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.* Plura de eodem *Symeone* cognominato *Juniore Theologo*, & de ipſius Operibus tàm editis, quàm ineditis, vide in V. CL. *Leonis Allatij* Diatribâ *de Symeonum Scriptis* à pag. 143 uſq; ad pag. 179.

Sextò, & quidem à fol. 36 pag. 1 uſque ad fol. 41 pag. 1, *S. Abbatis* (1) *Ammonæ Capita Aſcetica ſeptendecim*; quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀμμωνᾶ κεφάλαια ιζ΄. Κεφάλαιον α΄. Τήρει σεαυτὸν ἀκριβῶς ἀγαπητὲ, &c.

Septimò, & quidem à fol 41 pag. 1 uſque ad fol. 59 pag. 2, *S.* (2) *Theodori Epiſcopi Edeſſæ Capita parænetica centum*; quorum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου Ἐπισκόπου Ἐδέσσης κεφάλαια ἑκατόν. Κεφάλαιον α΄. Ἐπειδήπερ Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι ἀποταξάμενοι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, &c.

(1) *Vide ſuprà Codicem CL. Vtum num. 2.*

(2) *Vide Magnam Bibliothecâ Veterum Patrum Pariſinam græco latinam Tom. XV pag. 845; ſed ibi exſtant tantùm* Capita quinquaginta, nec niſi latinè; *quemadmodum ea R. P.* Jacobus Pontanus *cum ſuprà memoratis* Symeonis Junioris Theologi Operibus *jam antè ediderat.*

Octavò, & quidem à fol. 59 pag. 2. uſque ad fol. 98 pag. 1, *S. Macarij* cognomine *Magni Capita aſcetica centum*, quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Μακαρίου τοῦ Μεγάλου κεφάλαια πρακτικὰ ἑκατόν. Κεφάλαιον α΄. Τὸ ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν, τοῦτο νόμιζε εἶναι τὸ, ἔκδοτον εἰς ἅπαξ τῇ ἀδελφότητι παρέχειν, καὶ θελήματι ἰδίῳ παντάπασι μὴ στοιχεῖν, μήτε τινὸς κύριον εἶναι, &c. Similiter etiam in fine centeſimi ſive ultimi Capitis legitur: Τέλος τῶν ἑκατὸν κεφαλαίων τοῦ μεγάλου Πατρὸς ἡμῶν Μακαρίου. Ubi notandum eſt, *S. Macarium*, autorem illorum *centum Capitum aſceticorum*, utrobique, nempe tàm in fine, quàm in principio, expreſsè appellari *Magnum*, ideóque videri intelligendum eſſe (3) *S. Macarium Seniorem*, qui deſertum *Scetis* incoluit, & *Ægyptius* aut *Scetenſis* cognominatur ad differentiam *S. Macarij Junioris* ſive *Alexandrini*, qui aliàs etiam *Abbas Nitrienſis* ſolet nuncupari.

Nonò, & quidem à fol. 98 pag. 1 uſque ad fol. 106 pag. 2, *Heſychij Presbyteri Capita de Temperantiâ & Virtute*; quorum titulus & principium: Ἡσυχίου πρεσβυτέρου Κεφάλαια περὶ νήψεως καὶ ἀρετῆς πάνυ ὡραῖα, λεγόμενα Ἀντιῤῥητικὰ καὶ εὐκτικά. Κεφάλαιον α΄. Νῆψίς ἐστι μέθοδος πνευματικὴ &c. Pertingunt autem *Capita* hæc ibi tantùm uſque ad Caput *ſexageſimum ſecundum*, quod incipit Ὁ οἰδαμεν, γράφοντες λέγομεν, &c, & ob defectum ſequentium folio-

(3) *De duobus hiſce* Macarijs *vide Card.* Baronij *Notas ad Martyrologij Romani d. 2 & 15 Ianuarij*, *&* Auberti Miræi *Scholion ad caput decimum* Gennadij Maſſilienſis *de Scriptoribus Eccleſiaſticis; item R. P.* Philippi Labbæi *Diſſertationem de Scriptoribus Eccleſiaſticis, quos Card.* Bellarminus *attigit, Tom. II lit. M., & RR. PP.* Bollandi *&* Henſchenij *Acta Sanctorum d. 2, 15 & 17 Ianuarij.*

liorum in fine eſt mutilum, deſinitque his verbis οὕτως ἀδύνατον καθαρθῆναι καρδίαν ῥύπου λογισμῶν ἀπωλείας - - - . Exſtant quidem hæc *Capita* in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum Pariſienſi græco-latinâ Tom. XI à pag. 985 uſque ad pag. 1018, ſed & *numero* longè plura, & *ordine* valdè diverſa. Quod enim in hoc Codice MSto eſt Caput *ſexageſimum ſecundum*, illud eſt in jam memoratâ editione impreſsâ (1) *centeſimum ſexageſimum octavum*.

(1) *Vide ibid. pag.* 1013.

Decimò, & quidem à fol. 107 pag. 1 uſque ad fol. 118 pag. 2, *S. Nili, ex Præfecto Urbis Conſtantinopolitanæ Monachi & Abbatis, Capita centum quinquaginta tria de Oratione*; cujus (2) Prooemium inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίου ΝΕΙΛΟΥ πρόλογος τῶν περὶ προσευχῆς ρνγ΄ κεφαλαίων. Πυρέττοντά με τῷ φλογμῷ τῶν ἀκαθάρτων παθῶν, συνήθως ἀνεκτήσω τῇ τῶν θεοφιλῶν σου γραμμάτων ἐπαφῇ; &c. Sequitur deinde Caput primum hoc modo: Ἀρχὴ τῶν κεφαλαίων τοῦ Ἀββᾶ Νείλου. Κεφάλαιον α΄. Εἴ τις βούλοιτο εὐῶδες θυμίαμα κατασκευάζειν, &c. Exſtant quidem hæc *S. Nili Capita* in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum Pariſienſi græco-latinâ Tom. V. à colum. 327 uſque ad colum. 338, ſed tantùm *latinè*, nec niſi *centum quadraginta ſeptem*. Quòd enim *S. Nilus de Oratione* non *centum quadraginta ſeptem* ſcripſerit Capita, ſed *centum quinquaginta tria*, teſtatur *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* in Bibliothecæ ſuæ Codice CCImo, ubi ſic ſcribit: Ἐν ταὐτῷ δὲ τεύχει καὶ Νείλου μοναχοῦ λόγος ἀνεγνώσθη, ΤΡΙΣΙ ΚΑΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΚΑΙ ΕΚΑΤΟΝ κεφαλαίοις διαιρούμενος· τὸν τῆς προσευχῆς δὲ ἐν τούτοις ὁ θεῖος ἀνὴρ ἀναπλύνει τύπον. Similiter etiam in fine hujus Codicis MSti Cæſarei legitur: Τέλος τῶν περὶ προσευχῆς ΡΝΓ΄ κεφαλαίων τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νείλου.

(2) *Vehementer dolendum eſt,* Prooemiũ *hoc ibi eſſe mutilum ob laceratam dimidiam partem inferiorem folij* centeſimi ſeptimi, *quo illud continetur.*

Undecimò, & quidem à fol. 118 pag 2 uſque ad fol. 120 pag. 1, ejuſdem *S. Nili* alia *Capita decem*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἕτερα κεφάλαια δέκα πάνυ ὠφέλιμα. Κεφάλαιον α΄. Οὐδέποτε δεῖ ἀργεῖν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀποπαύεσθαι τῆς τῶν γραφῶν μελέτης, &c. Similiter etiam in fine eorundem legitur: Τέλος τῶν ι΄ κεφαλαίων τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νείλου.

Duodecimò, & quidem à fol. 120 pag. 1 uſque ad fol. 121 pag. 2, *S. Diadochi, Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopi, Capita aſcetica decem de Perfectione Spirituali*; quorum titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Διαδόχου, Ἐπισκόπου Φωτικῆς τῆς Ἠπείρου τοῦ Ἰλλυρικοῦ, κεφάλαια δέκα. Κεφάλαιον α΄. Ὁ ἐν αἰσθήσει καρδίας ἀγα-

ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἐκεῖνος ἔγνωσαι ὑπ' αὐτοῦ &c. *Primum* autem hoc *S. Diadochi* Caput eſt inter ejuſdem (1) *centum Capita aſcetica*, quæ in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum Pariſienſi græco-latinâ Tomo V à columnâ 293 uſque ad colum. 328 *latinè* tantùm exſtant, *decimum quartum*, atque incipit ibi: *Qui in ſenſu cordis Deum amat, hic eſt ab eo cognitus*; &c. Notandum etiam eſt, *tria* poſteriora illorum *decem* Capitum ob defectum unius folij in hoc Codice MSto *Cæſareo* prorsùs deeſſe.

(1) *Vide Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani Bibliothecâ Codice CCImo.*

Decimo tertiò, & quidem à fol. 122 pag. 1 uſque ad fol. 123 pag. 1, *Philothei Monachi Sinaitæ Capita aſcetica decem*, quorum *quinq;* priores ob defectum unius vel duorum foliorum ibi prorsùs deſunt, *ſextum* autem, maximâ parte priori mutilum, incipit ab his verbis - - - κωλύει αὐλαγέσθαι αὐτοὺς &c. *Decimum* denique ſive *ultimum* incipit: Κεφάλαιον ί. Κρατῶ μὲν Χειρὸν κραταιῶς ἄγαν &c, & in ejuſdem capitis fine legitur hæc ſubſcriptio: Τέλος τῶν δέκα κεφαλαίων τοῦ μοναχοῦ ΦΙΛΟΘΕΟΥ τοῦ Σιναΐτου.

Decimo quartò, & quidem à fol. 123 pag. 1 uſque ad fol. 124 pag. 2, *Abbatis Eſaiæ Capita decem Aſcetica*, quorum titulus & principium: Τοῦ Ἀββᾶ Ἡσαΐου κεφάλαια ί πάνυ ὠφέλιμα. Κεφάλαιον ά. Τρεῖς ἀρεταί εἰσιν, αἵτινες χορηγοῦσαι φῶς τὸν νοῦν διὰ παντός· &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 124 pag. 2 uſque ad fol. 127 pag. 2, *Joannis Carpathij Caput aſceticum* in fine mutilum; cujus titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Καρπαθίου κεφάλαιον ὡραῖον. Μὴ θελήσῃς ποτὲ ὑπὲρ μοναχὸν κοσμικὸν μακαρίσαι, ἔχοντα γυναῖκα καὶ παιδία, καὶ ἱλαρευόμενον διὰ τὸ εὖ ποιεῖν πολλοὺς, καὶ ἀφθόνως τὴν ἐλεημοσύνην ἐργάζεσθαι, &c. Meminit hujus *Joannis Carpathij*, & (2) *Libri* παρακλητικοῦ ſive *Conſolatorij*, ad *Monachos Indiæ* ab illo ſcripti, & in *centum capita* diviſi, *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* in Bibliothecæ ſuæ Codice CCImo.

(2) *Vide Magnam Bibliothecam Veterum Patrū græco-lat. Pariſ. Tom. XV à pag. 845 uſque ad pag. 849; ſed ibi exſtant tantùm Capita octoginta duo, nec niſi latinè.*

Decimo ſextò, & quidem à fol. 128 pag. 1 uſq; ad fol. 133 pag. 2, *S. Maximi Monachi & Martyris Capita aſcetica quinquaginta*; quorū primū incipit: Ὥσπερ ὁ Θεὸς φύσει ὢν ἀγαθὸς καὶ ἀπαθὴς, &c. In fine autem Capitis *quinquageſimi* ſive *ultimi* legitur hæc ſubſcriptio: Τέλος τῶν ν' κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Μαξίμου.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 134 pag. 1 uſque ad fol. 138 pag. 2, *Excerpta quinq; aſcetica ex Operibus S. Joannis Chryſoſtomi*; quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις

T Πατρὸς

Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοςόμου περὶ προσοχῆς καὶ φυλακῆς καρδίας καὶ νοερᾶς ἡσυχίας πάνυ ὠφέλιμα καὶ θαυμάσια. Καθάπερ ὁ τοξότης, ἐὰν εὔςοχα μέλλῃ ἀφιέναι τὰ βέλη, &c.

Decimo octavò, & quidem fol. 138 pag. 2, *Excerptum aſceticum ex Operibus S. Gregorij Nazianzeni*, cujus principium: Οὐδὲν γάρ μοι δοκεῖ τοιοῦτον, οἷον μύσαντα τὰς αἰσθήσεις ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενόμενον &c.

Decimo nonò, & quidem fol 139 pag. 1 & 2, *Theodori Studitæ Capita quinq; aſcetica*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit: Θεοδώρου ὁμολογητοῦ τοῦ Στουδίτου. Οὐδὲν ἄλλο ἐςὶν ἡ ἀσκητικὴ ζωὴ, ἀλλ' ἡ ἐγκράτεια παθῶν &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 140 pag. 1 uſque ad fol. 141 pag. 2, *S. Iſaaci Syri, Presbyteri Antiocheni, Capita ſeptem aſcetica*, quorum *primum* inſcribitur, atque incipit: Τοῦ ἰσαγγέλου Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου. Ὀφείλομεν λοιπὸν ἐμμένειν μοναςικῶς πρὸς τὸν ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπον, &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 141 pag. 2 uſque ad fol. 143 pag. 2, ejuſdẽ *S. Iſaaci Caput aſceticum de Quiete monaſticâ*; quod inſcribitur atque incipit: Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ὠφέλιμος τοῖς ἡσυχαςαῖς ἡ ἀργία τῶν φροντίδων καὶ ἐπιζήμιος ἡ εἴσοδος καὶ ἔξοδος. (1) Ἄνθρωπος πολυμέριμνος πρᾶος καὶ ἡσύχιος εἶναι οὐ δύναται, &c.

(1) *Vide hujus* S. Iſaaci Librum de Contemptu Mundi *columnâ* 514 *Tomi quinti Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis; ſed ibi iſte Liber exſtat tantum latinè.*

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 143 pag. 2 uſque ad fol. 148 pag. 1, ejuſdem *S. Iſaaci* alia *quatuor Capita aſcetica*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit: Τοῦ αὐτοῦ. Ὅταν δὲ ἐγκρατείας δουλαγωγήσου τὸ σῶμα &c; *ſecundum*, Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Ἰσαὰκ, περὶ ἀδιαλείπτου νηςείας, καὶ τοῦ συνάξαι ἑαυτὸν ἐν ἑνὶ τόπῳ, καὶ τί τὰ ἐκ τούτων γινόμενα, καὶ ὅτι ἐν γνώσει τῆς διακρίσεως ἐδιδάχθη ταῦτα, καὶ τὴν ἀκρίβειαν τῆς χρήσεως τῶν τοιούτων. Ἐν πολλῷ καιρῷ πειραζόμενος ἐν τοῖς δεξιοῖς καὶ ἀριςεροῖς, καὶ ἑαυτὸν δοκιμάσας &c; *tertium*, Τοῦ αὐτοῦ. Ἐρώτησις, τί διαφέρει ἡ καθαρότης τοῦ νοῦ τῆς καθαρότητος τῆς καρδίας; Ἄλλη μέν ἐςιν ἡ καθαρότης τοῦ νοὸς, ἑτέρα δὲ ἡ τῆς καρδίας ὁ μὲν γὰρ νοῦς &c; *quartum*, Τοῦ αὐτοῦ. Τίς τῶν ἀδελφῶν ἔγραψε ταῦτα, &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 148 pag. 1 uſque ad fol. 150 pag. 2, *Eſaiæ Presbyteri & Anachoretæ Capita tria aſcetica de Novitijs, de Monocellitis, & de ijs, qui habitare volunt in Cœnobio*; quorum *primum* inſcribitur atque incipit: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἡσαΐου πρεσ-

πρεσβυτέρε καὶ ἀναχωρητῦ, περὶ καταςάσεως ἀρχαείων, καὶ περὶ τῶν μονοκελλιτῶν, καὶ τῶν θελόντων οἰκῆσαι ἐν κοινοβίῳ, πάνυ θαυμάσια καὶ ὠφέλιμα. Πρὸ παντὸς, ἀδελφοὶ, χρήζομεν τῆς ταπεινοφροσύνης ἐν παντὶ &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 150 pag. 2 uſque ad fol. 166 pag. 1, *ex S. Joannis Climaci Scalâ Paradiſi Gradus decimus ſextus de diſcretione cogitationum, vitiorum atq; virtutum*, & *Gradus decimus ſeptimus de ſacrâ corporis & animæ quiete, & de differentiâ atq; diſcretione religioſæ quietis*. Ipſa tituli græci verba cum principio *Gradûs decimi ſexti* ſunt hæc: Τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ τῆς Κλίμακος λόγος κς' περὶ διακρίσεως λογισμῶν καὶ παθῶν, καὶ ἀρετῶν. Διάκρισίς ἐστιν, ἐν τοῖς εἰσαγωγικοῖς μὲν, &c. Vide R. P. *Matthæi Raderi* Soc. Jeſu editionem græco-latinam Operum *S. Joannis Climaci*, Pariſijs A. 1633 ſumptibus Sebaſtiani Cramoſij in folio impreſſam, pag. 331 & 401.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 168 pag. 1 uſque ad fol. 178 pag. 2, *Canon* ſive *Canticum Eccleſiaſticum*, *novem* conſtans *Odis*, in honorem *Sanctorum totius anni*, quorum memoria ibi *nominatim* celebratur ſecundùm ordinem duodecim menſium ab initio Septembris uſque ad finem Auguſti. In principio autem deeſt unum folium, ideóque & *nomen Autoris* iſtius Canonis, & *nomina Sanctorum* à die *primo* Septembris uſque ad diem *quartum* ejuſdem menſis ibidem deſunt.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 178 pag. 2 uſque ad fol. 180 pag. 2, *Theophanis Canticum in Omnes Sanctos*, cujus titulus & principium: Στιχηρὸν εἰς τοὺς Ἁγίους πάντας τοῦ κυρίου Θεοφάνους Τοὺς ἁγίους ὁ Κύριος &c.

C L V I I.

Centeſimus quinquageſimus ſeptimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *octavo*, conſtátque nunc *trecentis octo* folijs, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus vigeſimus primus.

Primò, & quidē à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 145 pag. 2, *Excerpta Ethica* ſive *Moralia* ex diverſis *S. Joannis Chryſoſtomi* Operibus.

Secundò, & quidem à fol. 146 pag. 1 uſque ad fol. 163 pag. 2, *Leonis Magiſtri, Proconſulis & Patricij, Epitome Expoſitionis variorum Patrum in Evangelium S. Matthæi, in Evangelium S. Lucæ, & in Epiſtolam S. Jacobi*. Ipſa tituli græci verba cum principio Epitomes Expoſitionis in Evangelium *S. Matthæi* ſunt hæc: ΛΕΌΝΤΟΣ

Μαγίϛρυ, Ἀνθυπάτυ κ̀ Πατρικίυ, ἐπιτομὴ τῦ κτ̀ Ματθαῖον ἐυαγγελίυ. Πῶς νοητέον τὸ, μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ &c. Epitome autem Expoſitionis in Evangelium *S. Lucæ* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτῦ ἐις τὸ κτ̀ Λουκᾶν ἐυαγγέλιον ἀπὸ διαφόρων Πατέρων Ποῖα ἐϛιν ἀκολυθία, ὅτι ὑπὲρ τῦ λαῦ παρακαλῦντος Ζαχαρίυ &c.

Tertiò, & quidem à fol, 164 pag. 1 uſque ad fol. 165 pag. 2, *Excerpta* quædam ex diverſis *S. Joannis Chryſoſtomi* Operibus.

Quartò, & quidẽ fol. 166 pag. 1 & 2, *Concilij Conſtantinopolitani tertij, Oecumenici* autẽ ſive *Generalis ſexti*, A.C. 680 & 681 celebrati, *Canon octogeſimus ſecundus de ſacris Imaginibus*; cujus titulus & principium: Περὶ εἰκόνων ἁγίων Συνόδυ ϛ′ κανὼν πβ′. Ὁ πβ′ τῆς ϛ′ Συνόδυ κανὼν τὺς τύπυς φησὶ τοῖς χρώμασι γράφειν, &c.

Quintò, & quidem à fol. 166 pag. 2 uſque ad fol. 169 pag. 2, *Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani & Theodori Studitæ teſtimonia duo de ſacris Imaginibus, & de differentiâ inter ſacras Imagines atque idola*; quorũ *primum* inſcribitur atq; incipit hoc modo: Φωτίυ Πατριάρχυ κ̀ Θεοδώρυ τῦ Στυδίτυ. Ἐικὼν λέγεται παρὰ τὸ ἔοικεν· ἄλλο δὲ φυσικὴ ἐικὼν, κ̀ ἄλλο μιμητικὴ &c; *ſecundum* autem, quo *de Imagine S. Crucis* ſpeciatim agitur, inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ ϛαυρῦ. Τὸν τῦ ϛαυρῦ τύπον ἐκ δύο ξύλων συάπτοντες, &c.

Sextò, & quidem à fol. 170 pag. 1 uſque ad fol. 172 pag. 1, *Excerptum ex S. Baſilij Magni Operibus de S. Baptiſmate*; cujus principium: Διόπερ περὶ τῦ μὲν βαπτίσματ☉ μαθητευθῆναι χρὴ &c.

Septimò, & quidem fol. 172 pag. 1, *ex S. Iſaaci Syri Epiſtolâ excerptum de S. Baptiſmate*, cujus titulus & principium: Ἐκ τῆς μεγάλης ἐπιϛολῆς Ἰσαὰκ τῦ Σύρυ. Ἰδὲ γδ̀ ἐις τὸ βάπτισμα δωρεὰν συγχωρεῖ, &c.

Octavò, & quidem à fol. 172 pag 2 uſque ad fol. 177 pag. 2, *Excerpta quædam ex S. Baſilij Magni* (1) *Regulis aſceticis brevioribus per interrogationem & reſponſionem*, quorum primum eſt *de* (2) *Scandalo*.

Nonò, & quidem à fol. 178 pag. 1 uſque ad fol. 186 pag. 2, *Excerpta ex S. Nili* (3) *Capitibus centum quinquaginta tribus de Oratione*.

Decimò, & quidem à fol. 186 pag. 2 uſque ad fol. 192 pag. 2, alia quædam *Excerpta ex S. Nili Aſceticis de differentiâ inter aſcetas urbanos & eremitas, & quàm difficile atq; arduum ſit aliorum animabus præeſſe.*

(1) *Vide Operum S. Baſilij Magni edit. gr. lat. Pariſ. Tom. II pag.* 505.

(2) *Vide ibid. Tom. II pag.* 550.

(3) *Vide proximè præcedentẽ Codicem CLVI num.* 10.

Vnde-

Undecimò, & quidem à fol. 193 pag. 1 uſque ad fol. 201 pag. 2, *S. Nili Epiſtolæ* ad *Domninum* νεώτερον πρωτεύοντα, ad *Petrum Anagnoſten*, ad *Eunomium Presbyterum*, ad *Aulianum*, ad *Anaſtaſium Presbyterum*, ad *Epictetum Archimandritam*, ad *Domninum Presbyterum*, ad *Nilum Scholaſticum*, ad *Xenophontem Presbyterum*, ad *Parnaſium Cauſidicum*, ad *Eugenium Monachum*, ad *Probatium Monachum*, ad *Telemachum* πρωτεύοντα, & ad *Julianum Monachum*. Vide hujus *S. Nili* Epiſtolarum Libros quatuor græcè & latinè à *Leone Allatio* editas Romæ typis Barberinis A. 1668 in folio, unà cum ejuſdem *Allatij* Diatribâ *de Nilis & eorum Scriptis*.

Duodecimò, & quidem à fol 202 pag. 1 uſque ad fol. 206 pag. 2, *Excerpta ex* (1) *Joannis Carpathij Capitibus aſceticis ſexaginta ſeptem*, quorum titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Καρπαθίου ἐκ τῶν ξζ κεφαλαίων. (2) Τῷ ἑαυτῷ ἐπιγράφοντι τῶν κατορθωμάτων τὴν αἰτίαν &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 206 pag. 2 uſque ad fol 210 pag. 2, *Excerpta ex ejuſdem Joannis Carpathij Capitibus aſceticis octoginta octo*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Καρπαθίου ἐκ τῶν ὀγδοήκοντα ὀκτὼ κεφαλαίων. Οὐδὲν τῶν ὄντων φύσει αὐτῷ ἑαυτῷ ἀντίκειται, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 211 pag. 1 uſque ad fol. 229 pag. 2, *S. Gregorij Nyſſeni Oratio* (3) *de Deitate Filij & Spiritûs Sancti, & laudatio conſtantis fidei Patriarchæ Abrahami*. Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt ibi hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης πρὸς τοὺς λέγοντας, μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καὶ εἰς τὸν Ἀβραάμ· ὁ τρίτος λόγος ἀναγινώσκεται τῇ κυριακῇ τῶν προπατέρων πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. Οἷόν τι πάσχουσι πρὸς τοὺς πολυανθεῖς τῶν λειμώνων &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 229 pag. 2 uſque ad fol. 242 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorij Nyſſeni Epiſtola Canonica ad S. Letojum Epiſcopum Melitenæ in Cappadociâ*; cujus principium (4) Ἓν καὶ τοῦτο τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν συντελούντων ἐστὶ, &c; deſinit autem ea ibi hoc modo: (5) δῆλον δὲ ὅτι ὡς σύμβολον ἱερατικὸν δέξῃ τὸ γράμμα, καὶ οὐκ ἀτιμάσεις αὐτὸ ὡς ψεκτὸν, καὶ κἂν πολὺ μικρότερον, καὶ τῆς σῆς μεγαλοφυΐας καταδεέστερον.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 242 pag. 2 uſque ad fol. 243 pag. 2, *Excerptum ex Joannis Zonaræ Epiſtolâ de obdormitione ſive Aſſum-*

(1) *Vide proximè præcedentē Codicem CLVI num. 15.*

(2) *Vide Magnam Bibliothecā Veterum Patrum Pariſinam græco-latinam Tom. XV pag. 848, ubi hoc eſt Caput quadrageſimum tertium, & latinè incipit:* Rectè factorum cauſam ſibi adſcribentem, *&c.*

(3) *Vide Operum S. Gregorij Nyſſeni edit. græc. lat. Parſ. Tom. II pag 896.*

(4) *Vide ibid. Tom. I pag. 946.*

(5) *Vide ibid. Tom. I pag. 955, ubi legitur hoc modo:* δῆλον δὲ ὅτι ὡς σύμβολον ΙΕΡΑΤΙΚΟ'Ν δέξῃ τὸ γράμμα, καὶ οὐκ ἀτιμάσεις τὸ ΞΕ'ΝΙΟΝ, Κ'ΑΝ ΤΙ μικρότερον τῆς σῆς μεγαλοφυΐας 'ΕΙΗ.

ſumptione Sanctiſſimæ Dei-Genitricis, cujus titulus & principium: Περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπερευλογίας Θεοτόκου ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ. Ὅτι καὶ δίκαιοι πολλάκις, ἡνίκα τῶνδε μεθίστανται, ὀπτασίας ἁγίων τεθέανται, καὶ θείων ὕμνων ἐν οὐρανοῖς αὐτήκοοι γίνονται, &c. Citantur etiã ibi varia aliorũ antiquiorum Autorum de eâdẽ *Aſſumptione* teſtimonia, nempe *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini, Juvenalis Archiepiſcopi Hieroſolymitani, Coſmæ* τοῦ μεγάλου ſive *Magni Joſephi Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis, Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani*, & (1) *Pſeudo-Joannis Theologi* ſive *Evangeliſtæ*; quorum ultimus ibi in fine omninò reijcitur his verbis: Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, ψεύδεται περιφανῶς ὁ λόγος ἐκεῖνος, εἰ καὶ ἐπιγραφὴν φέρει τοῦ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ἸΩΑΝΝΟΥ, ὁ λέγων ἐν παραδείσῳ ἀποκεκομίσθαι τὸ πανάγιον σκήνωμα αὐτῆς, καὶ ἄφθαρτον ἐκεῖσε διαφυλάττεσθαι.

(1) *Vide ſuprà pag.* 131 *&* 132.

Decimoſeptimò, & quidem fol 243 pag 2, ex *Hippolyti Thebani Syntagmate chronico teſtimonium, quòd Beatiſſima Virgo Deipara Chriſtum pepererit anno ætatis decimo ſexto, & poſt Paſſionem Dominicam vixerit annos undecim, in univerſum autem annos ſexaginta unum; item quòd S. Joannes Evangeliſta Paſſioni Dominicæ ſuperſtes fuerit annos nonaginta.*

Decimo octavò, & quidem à fol. 244 pag. 1 uſque ad fol. 275 pag. 2, Excerpta varia ex (2) *Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani*, (3) *Nicetæ Stethati*, (4) *Theodori Smyrnæi*, (5) *Leonis Metropolitæ*, (6) *Joannis Patriarchæ Antiocheni*, (7) *Euſtrathij Metropolitæ Nicœni*, (8) *Joannis Phurnæ*, aliorúmque nonnullorum Græcorum ſchiſmaticorum Operibus *contra Latinos* de *Proceſſione Spiritûs Sancti*, de *Azymis*, de *Jejunio Sabbati*, & de alijs ejuſmodi materijs eccleſiaſticis.

(2) *Vide ibi fol.* 247 *pag.* 2.
(3) *Vide ibi fol.* 248 *pag.* 1.
(4) *Vide ibi fol.* 250 *pag.* 2
(5) *Vide ibi fol* 251 *pag.* 1.

Decimo nonò, & quidem à fol 276 pag. 1 uſq; ad fol. 297 pag. 2, Excerpta ex *S. Joannis Damaſceni Opere de Orthodoxâ Fide*, & ex ejuſdem (9) *Philoſophicis*.

(6) *Vide ibi fol.* 253 *pag.* 1.

Vigeſimò, & quidem à fol. 298 pag. 2 uſque ad fol. 307 pag. 1, anonymi cujuſdam Autoris Diſſertatiuncula, *ex quâ poteſtate illi, qui contraria ſentiunt & faciunt, ſæpè prædicant futura, & miracula faciant*. Ipſa tituli græci verba cum principio Diſſertatiunculæ ſunt hæc: Ἐκ ποίας δυνάμεως οἱ τὰ ἐναντία φρονοῦντες καὶ πράττοντες προφητεύουσι πολλάκις καὶ θαυματουργοῦσι. Τὰ σημεῖα, καὶ αἱ θαυματουργίαι, καὶ αἱ προρρήσεις, πολλάκις καὶ δι᾽ ἀναξίων κατά τινα χρείαν ἢ οἰκονομίαν γίνονται, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Βαλαὰμ καὶ τοῦ ἐγγαστριμύθου· καὶ πάλιν &c.

(7) *Vide ibi fol.* 259 *pag.* 1.
(8) *Vide ibi fol.* 264 *pag.* 2 *&* *fol.* 265 *pag.* 1.
(9) *Vide ibi fol.* 296 *pag.* 2.

Vi-

Vigeſimo primò, & quidem fol. 307 pag. 2, S. *Maximi*, Monachi & Martyris, fragmentum *de divinâ Incarnatione*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Μαξίμου περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως. Ὁ μὲν Ἀδὰμ παραβάσας τῆς θείας ἐντολῆς &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem fol. 308 pag. 1, Excerptum ex S. *Joannis Chryſoſtomi Expoſitione in Epiſtolam S. Pauli ad Theſſalonicenſes*, quod incipit: Καὶ σὺ τοίνυν, ὅταν χρήματα ἀπολέσῃς, μὴ δυσχεράνῃς, ἀλλὰ γενναίως &c.

C L V I I I.

Centeſimus quinquageſimus octavus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, elegans & optimæ notæ in *folio*, conſtátque nunc folijs *nonaginta quinq;*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centeſimus ſeptimus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 53 pag. 2, *S. Diadochi, Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopi, Capita centum aſcetica de Perfectione ſpirituali*, quibus itidem, ut in exemplari illo manuſcripto, quo (2) *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* olim uſus fuit, *Procemij* loco præfixæ ſunt ὅροι ſive *Definitiones decem*, quarum *ſecunda*, nempe *Definitio Spei*, quæ apud *Photium* continetur his verbis, ἐκδημία τοῦ νοῦ πρὸς τὰ ἐλπιζόμενα, ſupplenda eſt ex præſtantiſſimo hoc Codice MSto Cæſareo hoc modo, ἐκδημία τοῦ νοῦ ἘΝ ἈΓΑΠΗ πρὸς τὰ ἐλπιζόμενα. *Titulus generalis* ſive *Inſcriptio* prima aſcetici iſtius Opuſculi in eodem Codice Cæſareo eſt talis: Ἀσκητικὸν τοῦ ἁγίου Διαδόχου Ἐπισκόπου Φωτικῆς τῶν (3) Ἠπείρων. Sequuntur deinde ſuprà memoratæ *Definitiones decem*: Πρῶτος ὅρος τῆς πίστεως, ἔννοια περὶ Θεοῦ ἀπαθής. &c, Finitis *decem* illis *Definitionibus* ſubjungitur *ſecundus* hic *Titulus* cum principio *Capitis primi* hoc modo: Διὰ ποίας δὴ γνώσεως εἰς τὴν προδεδηλωμένην τοῦ Κυρίου ἡμᾶς ὁδηγοῦντος καταφθάσαι τελειότητα, ἵνα ἕκαστος ἡμῶν τὴν κατὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐλευθερικῆς παραβολῆς τοῦ λόγου σπέρμα καρποφορήσωμεν· καὶ εἰσὶν κεφάλαια ρ'. Κεφάλαιον α'. Πάσης πνευματικῆς ἀδελφοὶ ἡγείσθω θεωρίας πίστις, ἐλπίς, ἀγάπη, πλέον δὲ ἡ ἀγάπη· αἱ μὲν γὰρ &c. Extant quidem hæc *centum Capita aſcetica* Tomo quinto Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis A. 1654, à colum. 293 uſque ad colum. 328, ſed tantùm *latinè* ex interpretatione R.P. *Franciſci Turriani* Soc. Jesv.

(2) Vide Bibliotheca ipſius Codicē CCImū.

(3) Ita ibi ſcriptū eſt, nempe τῶν Ἠπείρων, non autem, ut quis fortè conjiceret, τῶν Ἠπειρώτων. Ἤπειροι enim plurali numero hîc uſurpatur quemadmodum Hiſpaniæ & Galliæ. Huc ergò pertinet locus ille Stephani de Urbibus: Ἤπειρος, ἡ γενικὴ χώρα· οἱ μὲν γὰρ εἰς δύο τὴν γῆν, οἱ δὲ εἰς γ', οἱ δὲ εἰς τέσσαρας διῃρήκασιν.

Secundò, & quidem à fol. 53 pag. 2 uſque ad fol. 95 ſive ultimum,

mum, *Prophetia Eſaiæ* à capite *primo* Ὅρασις, ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς &c, uſque ad capitis *trigeſimi* verſum tertium.

C L I X.

Centeſimus quinquageſimus nonus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in folio, conſtátque folijs *trecentis viginti ſeptem*. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducenteſimus quadrageſimus.*

Primò, & quidẽ à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 28 pag. 1, *S. Diadochi, Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopi Capita centum aſcetica de PerfectioneSpirituali*, quæ in hoc Codice MSto inſcribuntur atq; incipiunt his verbis: Διαδόχου, Ἐπισκόπου Φωτικῆς τῆς παλαιᾶς Ἠπείρου, κεφάλαια φωτισικὰ ρ΄, Κεφάλαιον α΄. Πάσης πνευματικῆς, ἀδελφοὶ, ἡγείσθω θεωρίας &c. Plura de his *centum Capitibus* vide ſuprà in recenſione Codis CLVIIIvi. *Decem* autem illæ *Definitiones*, quæ ibi ante jam memorata centum Capita *Proœmij* locum obtinent, omninò deſunt in Codice hoc CLIXno.

Secundò, & quidem à fol. 29 pag. 1 uſque ad folium 327 ſive ultimum, *Michaelis Glycæ Epiſtolæ Theologicæ quinquaginta de varijs Sacræ Scripturæ controverſijs*; quarum generalis titulus eſt ibi talis: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας γραφῆς. Speciatim autẽ & peculiariter inſcribitur *prima* illarũ Epiſtolarũ atq; incipit hoc modo: Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ καὶ συλίτῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Σιναΐτῃ, εἰ χρὴ συγκαταβαίνειν τοῖς πταίουσι, καὶ μὴ κατὰ λόγον αὐτοῖς ἐπιτιμᾶν τὸν προσήκοντα. Καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, &c; *secunda*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Μαξίμῳ τῷ (2) σμενιώτῃ, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι πρόσκαιρον εἶχε τὸ σῶμα κατ' ἀρχὰς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι φυσικοῖς ὑπέκειτο καὶ πρὸ τῆς παραβάσεως πάθεσι, καὶ βρῶσιν αἰσθητὴν ἐν παραδείσῳ ἤσθιε, καὶ ὅτι συκὴ τὸ ξύλον τῆς γνώσεως ἦν, ὡς ἐκεῖνοι φασί. Ὁ μὲν γὰρ ὁ πρῶτος ἐκεῖνος ἄνθρωπος θανάτου καὶ φθορᾶς ὑπέρτερος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, &c; *tertia*, Τῷ αὐτῷ, καὶ περὶ τοῦ ὁποῖος ἦν ὁ Ἀδὰμ ἀπ' ἀρχῆς κατά γε δόξαν ὁμοῦ καὶ λαμπρότητα. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο μαθεῖν ἐπιζητεῖς, ὁσιώτατε ἄνερ, ἐποίας ἐξέπεσεν διὰ τὴν παράβασιν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος δόξης &c; *quarta*, Τῷ αὐτῷ, τίνος ἕνεκεν ὁ διάβολος διὰ τοῦ ὄφεως, καὶ οὐ δι' ἑτέρου τῶν ζώων προσέβαλε τῷ Ἀδὰμ, καὶ τέως πόθεν δῆλον, ὅτι διὰ τοῦ ὄφεως προσέβαλε τῷ Ἀδὰμ, τῆς γραφῆς ὁπουδήποτε μὴ σαφῶς οὕτω λεγούσης, καὶ εἰ ἀληθῶς τίνος ἕνεκεν ἡ γραφὴ τοῦτο τέλεον ἔκρυψεν. Ἐπειδὴ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν εὐαγγελίοις ἠκούσατε λέγοντος, ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκειακοὶ αὐτοῦ, &c;

(2) *In alijs duobus earundem Epiſtolarũ Codicibus MStis Cæſareis pro* Μαξίμῳ τῷ σμενιώτῃ *legitur* Μαξίμῳ τῷ Ἀσμενιώτῃ. *In Pontani autem editione latinâ imperfectâ appellatur Maximus ille perperàm Joannes Smeniotes. Vide etiam proximè ſequentem Codicem CLXmum.*

&c; *quinta*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Ἀσσιώτῃ, περὶ τοῦ ὁποῖα τῇ φύσει τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα ἐκ νεκρῶν ἐγερθήσονται, καὶ εἰ βρῶσιν αἰσθητὴν ἐσθίειν ἐκεῖσε μέλλουσιν, ὥς τινες ἐπιφέρουσιν. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς, ὁ σάρκα φορέσας δι' ἄφατον ἔλεος, &c; *ſexta*, Τῷ αὐτῷ, ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται εἰ ἄρσεν καὶ θῆλυ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγερθήσονται σώματα. Ἐφ' οἷς ἠπόρηκας, ὦ ὁσιώτατε ἄνερ, πῶς ἐκ νεκρῶν ἀναστήσονται &c; *ſeptima*, Τῷ αὐτῷ, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι οὐ γνωρίσουσιν ἀλλήλους οἱ ἀναστησόμενοι τότε ἄνθρωποι, εἰ δὲ γνωρίσουσι, δικαίους μὲν ἁμαρτωλοὶ γνωρίσουσιν, οὐ μὴν καὶ ἁμαρτωλοὺς οἱ δίκαιοι. Εἰ δέ τις καὶ περὶ τοῦ γενησομένου τότε κοινοῦ ἀναγνωρισμοῦ μαθεῖν βούλεται, &c; *octava*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἡσαΐᾳ, περὶ τοῦ εἴτε προκόπτειν οἱ δίκαιοι μέλλουσι κατά γε γνῶσιν καὶ δόξαν, εἴτε καὶ μὴ, μετὰ τὴν ἐκεῖσε ἀποκατάστασιν. Πρῶτον μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἀναγκαῖον εἰπεῖν &c; *nona*, Τῷ αὐτῷ, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι φθαρτός ἐστιν ὁ παράδεισος, καὶ ὅτι μετὰ τὸν σταυρὸν αὐτίκα οὐκ εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ λῃστής. Εἰ καὶ περὶ αὐτοῦ βούλει τοῦ παραδείσου μαθεῖν, &c; *decima*, Τῷ αὐτῷ, τίνος ἕνεκεν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐσαρκώθη ὁ Κύριος, καὶ διὰ τί μὴ πολλῷ πρότερον εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθε, καὶ γὰρ εἰ προλαβὼν ἐποίησε τοῦτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀγνοίας ὁ ἀπειρόκακος πληθὺς ἐκεῖνος λαὸς ἐν ἀσεβείᾳ κατέλυσε τὴν ζωήν. Καὶ τοῦτο τοῦ κορυφαίου καὶ ἁγίου ἡμῶν Βασιλείου ἐπαποροῦντος οὕτω καὶ λέγοντος· &c; *undecima*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Γρηγορίῳ τῷ Ἀκροπολίτῃ, περὶ τοῦ εἴτε σφαιροειδὴς ἐστὶ καὶ ἀκίνητος ὁ οὐρανὸς, εἴτε καὶ μὴ κατὰ τὸν θεῖον Χρυσόστομον. Ὅτι μὲν οὖν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς καὶ θεῖος Ἰωάννης &c; *duodecima*, Τῷ αὐτῷ ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, εἰ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν παρήγαγε τὸ φῶς ὁ Θεὸς, τίνος ἕνεκεν κατὰ τὴν τετάρτην τοὺς φωστῆρας ἐδημιούργησεν. Ὁ μὲν οὖν χρυσοῤῥήμων καὶ θεῖος Ἰωάννης &c; *decima tertia*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἡσαΐᾳ εἰ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ὁ ἡμέτερος ἔκτισται νοῦς, πῶς ἐν τῷ μὲν, συνετὸς ὁ τοιοῦτος ἐστὶν, ἐν τῷ δὲ, ἀσύνετος, καὶ τίνος ἕνεκεν εἴδει καὶ ἡλικίᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς πρὸς ἀλλήλους διενηνόχασιν ἅπαντες. Ὅτι μὲν οὖν κατ' εἰκόνα Θεοῦ ὁ ἡμέτερος ἔκτισται νοῦς &c; *decimaquarta*, Τῷ αὐτῷ, περὶ τοῦ πῶς δεῖ πρὸς Ἰουδαίους ἀπαντᾶν, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἐκεῖ τὸ κατὰ Χριστὸν ἐπιχειροῦσι διαστρέφειν μυστήριον. Τοιοῦτόν τι πάσχειν ἔοικας, ὁσιώτατε ἄνερ, ὁποῖον ἡ μέλισσα· &c; *decima quinta*, Τῷ αὐτῷ, ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, εἰ

τὸ τῶν Ἑβραίων γένος ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐπιστρέψει πρὸς Κύριον. Ἔτι δὲ καὶ προσελεύσεται ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ τῷ Χριστῷ &c; *decima ſexta*, Τῷ αὐτῷ, ἐπεξήγησις τῶν ἐν τῷ θείῳ λουτρῷ τελουμένων. Εἰ καὶ τὰ κατὰ τὸ θεῖον λουτρὸν ἐπεξεργάσασθαι βούλει, &c; *decima ſeptima*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἡσαΐᾳ, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι τὸ μοναχικὸν ἀμφιεννύμενος καὶ ἅγιον σχῆμα, τηνικαῦτα τῶν πλημμελειῶν αὐτοῦ τέλεον ἀπαλλάττεται, κἂν ἐν τῷ τέλει τῆς ζωῆς αὐτοῦ, τοιοῦτον φθάσῃ λαβεῖν. Ὅτι μὲν οὖν διορατικός τις καὶ θεῖος ἀνὴρ διεβεβαιοῦτο &c; *decima octava*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ καὶ δομεστίκῳ κυρῷ Ἡσαΐᾳ, περὶ τοῦ ὁποῖον ἀπαντᾷ τέλος ταῖς ψυχαῖς χωριζομέναις τοῦ σώματος, καὶ ὅπουπερ αὗται ἀπέρχονται. Καὶ περὶ μὲν τῶν δικαίων τί χρὴ καὶ λέγειν &c; *decima nona*, Τῷ αὐτῷ, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι αἱ ἀπελθοῦσαι τῶν ἁγίων ψυχαὶ, κατά τινα τόπον ἀναπαυόμεναι, οὐ δέονται αὐτοπροσώπως ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Χριστῷ παριστάμεναι, οὔτε τοῖς ἐνθαῦτα ὅλως ἐφίστανται, καὶ περὶ ψυχῆς. Οἱ ἀπελθόντες ἅγιοι, καθὼς ἐδιδάχθημεν, &c; *vigeſima*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ, περὶ τοῦ πῶς ἡ μετάστασις τῆς Ἀειπαρθένου γέγονε, καὶ εἰ ἀληθῶς ἐκ τάφου ἐγήγερται κατὰ τὴν ἐκ νεκρῶν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἔγερσιν. Περὶ δὲ τῶν συμβεβηκότων τῇ ἀειπαρθένῳ τοῦ Κυρίου Μητρὶ κατά γε τὴν αὐτῆς κοίμησιν &c; *vigeſima prima*, Τῷ μεγαλοδοξοτάτῳ μεγάλῳ Ἑταιρειάρχῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Δουκὶ, εἰ ὁ Χριστὸς τὴν ἐπὶ δώδεκα θρόνων καθέδραν ὑπέσχετο δοῦναι τοῖς μαθηταῖς συμπαρόντος αὐτοῖς καὶ τοῦ προδότου Ἰούδα, μήποτε τὸ μέλλον ἠγνόησε. Κἂν τούτῳ διαπορουμένῃ τῇ εὐγενείᾳ σου &c; *vigeſima ſecunda*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ καὶ δομεστίκῳ κυρῷ Ἡσαΐᾳ, εἰ κατὰ τὸ ὡρισμένον, ὡς γέγραπται, πρὸς τὸ πάθος ἑκὼν ἐληλύθει ὁ Χριστὸς διὰ τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν, τίνος ἕνεκεν ἀγανακτεῖ κατὰ τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν, καὶ διὰ τί τοῦ Πατρὸς δέεται, λέγων, ἀνάστησόν με καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Ὅτι μὲν οὖν δι' ἡμᾶς ὁ Θεὸς Λόγος ἄνθρωπος γέγονε, &c; *vigeſima tertia*, Τῷ τιμιωτάτῳ, μοναχῷ κυρῷ Ὀνουφρίῳ, περὶ τοῦ τί χρὴ καὶ λέγειν ἐπὶ τῶν ἀπίστων μὲν ὄντων, πορευομένων δὲ ὅμως κατ' ἐντολήν. Ὁ θεῖος Ἀναστάσιος περὶ τούτου καὶ τάδε φησὶν &c; *vigeſima quarta*, Τῷ οἰκειοτάτῳ ἀνθρώπῳ τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν Αὐθέντου καὶ Βασιλέως, κυρῷ Νικηφόρῳ τῷ Σιναΐτῃ, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι τὸ διδόναι τῶν λοιπῶν εὐποιϊῶν καὶ προσφορῶν κρεῖττον, καὶ ὅτι σὺν ἐλεημο-

σύνην

σύνην ποιοῦντας, οὐ χρὴ κατά τι παρατρεῖσθαι, ὡς ἐκεῖνοι φασί. Ἐι δὲ καὶ παντὶ τῷ αἰτοῦντι σε δίδου &c; *vigeſima quinta*, Τῷ αὐτῷ, ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, ἐι τὰ μετὰ τὴν δωδεκαετίαν αὐτίκα παρ᾽ ἡμῶν πλημμελούμενα εἰς κρίσιν ἀχθήσονται. Ὅτι μὲν οὖν ὁ ἡμέτερος νοῦς μετὰ τὴν δωδεκαετίαν &c; *vigeſima ſexta*, Τῷ αὐτῷ, ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται περὶ τῶν γιγάντων ἐκείνων, εἴτε μόνον ἐυσθενεῖς ὑπῆρχον, εἴτε ὑπερμέγεθα σώματα ἔφερον. Ὁ μὲν οὖν θειώτατος Κύριλλος, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς τῶν γιγάντων ἐκείνων ἀναγράφων γένεσιν, &c; *vigeſima ſeptima*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ (1) Μαξίμῳ τῷ σμενιώτῃ, ἐι χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι λαβὼν ὁ Χριστὸς ἄζυμον ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τῆς μεγάλης πέμπτης ἕως τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, τηνικαῦτα δῆθεν τοῖς οἰκείοις Πάσχα ἐτέλεσεν. Ὁ περὶ τῶν ἀζύμων λόγος, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, &c; *vigeſima octava*, Τῷ αὐτῷ περὶ χρήσεων τινῶν, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, οὐ μὴν δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται, καὶ ὅτι οὐτ᾽ αὐτὸν ἀποστολὴ καὶ ἐκπόρευσις. Ἐι δέ σοι καὶ περὶ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως &c; *vigeſima nona*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ὀνουφρίῳ, ἐι χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι καὶ διὰ πάντων ὁ διάβολος ἐστὶ πρωταίτιος ἐν ἡμῖν τῶν κακῶν. Ὅτι μὲν οὖν, ἠγιασμένε μοι Πάτερ, σπορεὺς τῆς κακίας &c; *trigeſima*, Τῷ αὐτῷ, τίνος ἕνεκεν ὁ Χριστὸς καὶ διὰ τί παρὰ τῇ γραφῇ λίθος καλεῖται καὶ μάργαρος. Καὶ λίθος μὲν ἁπλῶς οὕτω καλεῖται &c; *trigeſima prima*, Τῷ αὐτῷ, τὰ δὲ κατὰ τὸν ἀδάμαντα πῶς ἐκληπτέον. Ἔστι καὶ λίθος ἀδάμας οὕτω καλούμενος, &c; *trigeſima ſecunda*, Τῷ αὐτῷ, τί δ᾽ ἄν τις εἴπῃ καὶ περὶ τοῖς μαγνίτιδος. Ὁρᾷ δὲ ἕτερόν τι παράδοξον &c; *trigeſima tertia*, Τῷ αὐτῷ, τί χρὴ λέγειν, τὴν τοῦ Κυρίου γενέθλιον σύλληψιν. Καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων εἰδέναι σε χρὴ, θεοείκελε ἄνερ, &c; *trigeſima quarta*, Τῷ αὐτῷ, πῶς δὲ ἐκληπτέον καὶ τὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου τροπάριον, τὸ οὑτωσὶ λέγον· βάθει τῶν κριμάτων σου Χριστὲ πανσόφως προορίσας ἑκάστου τέλους ζωῆς τὸν τόπον καὶ τὸν τρόπον, δι᾽ οὓς ἐκάλυψε τάφος, πάσῃ χώρᾳ ἐν τῇ κρίσει σῶσον πανοικτίρμον. Πρὸς τὸ ἐυσεβέστερον δῆθεν τινὲς ἀποκλίνοντες, &c; *trigeſima quinta*, Τῷ πανσεβάστῳ Σεβαστῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ τῷ Παλαιολόγῳ, ἐι χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι προωρισμένα εἰσὶ τὰ καθ᾽ ἡμᾶς πάντα, αἱ ἀρεταὶ, αἱ ἐυπραγίαι, οἱ πειρασμοὶ, καὶ αὐτὸς ὁ θάνατος. Ἐι δὲ καὶ ἀπαιδεύτους τὰ θεῖα καὶ ἀμυήτους τινὰς, &c; *trigeſima ſexta*, Τῷ αὐτῷ, ἐι χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι ὅρῳ ὑπόκειται ἡ

(1) *Vide ſuprà Epiſtolam ſecundam.*

ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων ζωή. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ εὐσεβὲς εἶναι δοκεῖ &c; *trigeſima ſeptima*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Στεφάνῳ διαπορουμένῳ, πῶς ἐξ ἀντιφράξεως τοῦ οὐρανίου σώματος τὸν ἐναλειφθέντα ἐντὸς ἀέρα σκότος βαθὺ διεδέξατο. Ὅτι μὲν οὖν, ὁσιώτατε ἄνερ, ἀπορίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡμῖν ἐνῆκεν ὁ μέγας Βασίλειος &c; *trigeſima octava*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ, εἰ χρὴ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀποτρόπαιον ἡγεῖσθαι παντάπασιν. Τὰ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης εἰς δύο ταῦτα &c; *trigeſima nona*, Ἀνταπολογητικὸν ἐκ μέρους πρὸς τὴν ἐγχειρηθεῖσαν αὐτοῦ γραφὴν τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν Βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, τὴν ἀπολυθεῖσαν πρός τινα μοναχὸν ἐπιμεμψάμενον οὐ μικρῶς αὐτοῦ ὅτι ἄγει τὸ τῆς ἀστρολογίας μάθημα, καὶ φιλονεικοῦσαν τὸ τοιοῦτον συστήσασθαι μάθημα φυσικαῖς καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι. Τολμῶ μὲν ὑπομιμνήσκω τὸ προγεγονὸς γράμμα τῆς βασιλείας σου, καὶ εἰς ἐμὰς ἤδη χεῖρας ἐλήλυθεν, &c; *quadrageſima*, Τῷ αὐτῷ ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, εἴγε καὶ προαγορεύειν δεῖ εἴτε καὶ μή. Τοῦ προφήτου καὶ βασιλέως Δαυὶδ πρὸς αὐτὸν οὕτω λέγοντος τὸν Θεὸν, ὅτι &c; *quadrageſima prima*, Τῷ πανσεβάστῳ Σεβαστῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ τῷ Παλαιολόγῳ, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι καὶ ὁ μέγας Παῦλος εἷς ἐστι τῶν δώδεκα τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν. Εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ μακαρίου Παύλου ἠπόρηκας &c; *quadrageſima ſecunda*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ὀνουφρίῳ, περὶ τῆς τετραμόρφου ὀπτασίας, ἣν ὁ προφήτης εἶδεν Ἰεζεκιὴλ, καὶ ὅπως αὐτὴν εἰς τοὺς τέσσαρας εὐαγγελιστὰς ἐξελάβοντο. Ἔδει μὲν ἡμᾶς, ἀδελφὲ Ὀνούφριε, οἷς καὶ μᾶλλον γωνία καὶ σκότος τὸ ἐπιτίμιον, &c; *quadrageſima tertia*, Τῷ μεγαλοδοξοτάτῳ κυρῷ Ἀνδροπούλῳ τῷ Παλαιολόγῳ, περὶ τοῦ πῶς ὁ Θεολόγος λαμπροτέραν τὴν ἡμέραν τῶν φώτων ἐκάλεσε τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως, ἣν ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης τῶν λοιπῶν ἑορτῶν ὀνομάζει μητρόπολιν. Εἰ δὲ καὶ σὺ μετὰ τῶν ἄλλων, εὐγενέστατε ἄνερ, τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου ἤκουσας λαμπροτέραν τὴν ἡμέραν τῶν φώτων τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως λέγοντος, &c; *quadrageſima quarta*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ, περὶ τοῦ τίς τε καὶ πόθεν ἡ κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν τεσσαρακοστὴ, καὶ διὰ τί σὺν τῷ τρίτῳ γάμῳ μὴ καὶ τέταρτος συγκεχώρηται. Πολλοὶ μὲν οὖν καὶ πολλάκις, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, &c; *quadrageſima quinta*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Μελετίῳ τῷ Κριτοπούλῳ, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι οὐκ ἐπάναγκες ἡμῖν τὸ ἐν τετραδοπαρασκευαῖς νηστεύειν, τοῦ Κυ-

εἰς λέγοντος, ὅτι οὐ τὰ εἰσερχόμενα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐξερχόμενα. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἡνίκα πρὸς αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον, διὰ τί οἱ μαθηταί σου &c; *quadrageſima ſexta*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἡσαΐᾳ, εἰ χρὴ κρέας ἐσθίειν ἐν ἡμέρᾳ τετράδα τυχὸν, ἢ παρασκευῇ δεσποτικῶν ἐμπιπτουσῶν ἑορτῶν, καὶ εἰ ἐπάναγκες ἡμῖν τοῦτο, καθώς τινὲς οἴονται. Καὶ σήμερον ἐρωτηθέντες παρὰ τῆς ὁσιότητος &c; *quadrageſima ſeptima*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Νείλῳ, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι μετὰ τὸ ἐξεικονισθῆναι τὸ ἔμβρυον τὴν ἱερὰν δέχεται ψυχήν. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἔξωθεν τί χρὴ καὶ λέγειν, &c; *quadrageſima octava*, Τῷ αὐτῷ, περὶ τοῦ τί χρὴ καὶ λέγειν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν ἐν Κυρίῳ τελευτώντων, καὶ ὅπως αὐτοὶ τῆς ὧδε ἀπέρχουσι, καὶ ὅτι τοῦ ἁμαρτάνειν ἡμεῖς ἐσμὲν αἴτιοι, οὐ μὴν ἡ φύσις αὐτή. Οἱ ἅγιοι διὰ τὴν ἀνάγκην ἐκείνην &c; *quadrageſima nona*, Τῷ αὐτῷ, τί χρὴ καὶ λέγειν ἐπὶ ταῖς γινομέναις εὐποιΐαις τῶν ἀπελθόντων ἕνεκεν, καὶ εἰ παντελῶς ἀπαλλάττειν αὗται ἰσχύουσι τῶν ἁμαρτημάτων. Οὐ μὲν οὖν οὐ χρὴ κατά τι διστάζειν ἐπὶ ταῖς γινομέναις εὐποιΐαις &c; *quinquageſima* denique, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἡσαΐᾳ, περὶ τοῦ πῶς δεῖ τὸ εὐαγγελικὸν ἐκεῖνο καὶ θεῖον ῥητὸν ἐκλαμβάνειν, τὸ λέγον, οὗτος ἥμαρτεν ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ἠπόρηκας &c. Ex jam enumeratis *quinquaginta Michaelis Glycæ Epiſtolis Theologicis* edidit *duas priores*, nempe *primam* & *ſecundam*, ſub titulo *Diſputationum* R.P. *Jacobus Pontanus* Soc. JESV, ſed *latinè* tantùm & *mutilè*; quemadmodum in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco-latinâ Pariſienſi Tom. XV à pag. 794 uſque ad pag. 799, & in R P. *Philippi Labbæi* Soc. JESV græco-latinâ *Annalium Michaelis Glycæ* editione Pariſienſi, proximè ante principium jam memoratorum *Annalium*, videre eſt. Reliquæ autem *quadraginta octo poſteriores Epiſtolæ* hactenùs, quantum ego ſcio, nec *græcè*, nec *latinè*, uſquam ſunt editæ, etſi varias ob cauſas operæ pretium fuerit, eas proferri in publicum.

C L X.

Centeſimus ſexageſimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in folio, conſtátque folijs *ducentis ſeptuaginta tribus*. Continentur eo *Michaelis Glycæ Epiſtolæ Theologicæ quinquaginta ſex*, quarum *quinquaginta priores* ſunt prorsùs eædem, quæ exſtant in proximè præcedenti Codice *centeſimo quinquageſimo nono*; *ſex* autem *poſteriores* inſcribuntur atque incipiunt hoc modo: nempe *quinquageſima prima*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ

(1) Fuit à olim inter Codices MStos Theologicos Græcos nonageſimus quintus.

Λέοντι τῷ ἐγκλειστῷ εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι μετανοίας περὶ τὸ τέλος ὁ Σολομὼν ἐχρήσατο. Εἰ δέ τις καὶ περὶ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος μαθεῖν βούλεται, οἵας τε λήξεως ἔτυχε, &c; *quinquageſima ſecunda*, Τῷ μεγαλοδοξοτάτῳ μεγάλῳ Ἑταιρειάρχῃ καὶ Σεβαστῷ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Δούκα, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι καὶ ἡ τοῦ Κυρίου Μήτηρ ἐγκυμονοῦσα τὸ τοῦ ἐλεγμοῦ ὕδωρ ἔπιεν. Ὅτι μὲν οὖν, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή, καὶ περὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐλεγμοῦ πολλοὶ πολλὰ δογματίζουσι, &c; *quinquageſima tertia*, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Χαρίτωνι, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι ἱερεὺς ὁ Χριστὸς παρὰ Ἰουδαίοις κεχειροτόνηται. Ὅτι μὲν οὖν εὔγνωσται χάριτος, ὦ τιμία καὶ ἱερὰ κεφαλή, πάλαι συγγράφειναι φαινόμενος, καὶ τὰ κατὰ Χριστὸν πάντα λεπτομερῶς δῆθεν διαλαμβάνων, ὅτι παρὰ Ἰουδαίοις ἱερεὺς χειροτονεῖται, καὶ ὅπως ὑπὸ μαιῶν ἡ Μήτηρ αὐτοῦ ψηλαφᾶται, οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς ἀρνήσαιμην. (1) Ἰουδαῖος καὶ γάρ τις, τὸ ὄνομα Θεοδόσιος, ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ πρὸς ἀργυροπράτην τινὰ Φίλιππον τοὔνομα τὴν τοιαύτην ὡς ἐν μυστηρίῳ ποιεῖται διήγησιν, ἀφ' οὗ τοῖς ἐφ' ἑξῆς διαδέδοται, καὶ πάσαις ἀκοαῖς ἐγκατέσπαρται πλὴν ὡς ὁ λόγος, μικρὸν ὕστερον ἀποδείξει σοι, ἐκ πολλῶν ἔχειν δοκεῖ τὸ ἀνίσχυρον. εἰ γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν &c; *quinquageſima quarta*, (2) inſcriptione carens, Ὅτι μὲν οὖν τὰ τῶν ἀποστόλων συγγραψάμενος ὑπομνήματα, καὶ αὐτὸς ὁ ἐν μάρτυσι μέγας Ἱππόλυτος, εὐαγγελικῶν ὡς ἔοικε ῥημάτων ἀκούσας τῶν οὕτω λεγόντων, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σε, σὺ ἀκολούθει μοι, ἐν τοῖς ζῶσι λέγει εἶναι τὸν εὐαγγελιστὴν καὶ θεῖον Ἰωάννην, τῷ Ἐνὼχ τε καὶ Ἠλίᾳ συναγελάζεσθαι, οὐδὲ ἡμῖν πάντως ἠγνόηνται. εἰ γὰρ &c; *quinquageſima quinta*, inſcriptione carens, Τὸν μὲν οὖν ἱστορικὸν ἐκεῖνον Παπίαν, μέγα τὸν Ἰούδαν ἀσεβείας ὑπόδειγμα περιπατῆσαι τῷ κόσμῳ λέγοντα ὕστερον, ἅτε τὰς ἀμορφὰς ἐκ τοῦ βιβλίου λαβόντα τῶν πράξεων, αὐτὰ δὴ τὰ τοῦ κορυφαίου Πέτρου σαφῶς ἀπελέγχει ψευδόμενον. ὁ γὰρ θεῖος Ἀπόστολος &c; *quinquageſima ſexta*, inſcriptione carens, Εἰ καὶ δεδιέναι προσήκει τὸ τοῦ θανάτου αἰφνίδιον, καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἀπογινώσκειν, &c; *Titulus*, generalis totius hujus Codicis *centeſimi ſexageſimi* eſt hic: Τὸ παρὸν βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ. Operæ pretium autem fuerit eum diligenter conferri cum proximè præcedenti Codice *centeſimo quinquageſimo nono*, ut & cum Codice MSto, inter Codices MStos Hiſtoricos Græcos olim *quadrageſimo primo*. Nam & in illo exſtant ſuprà memoratarum

(1) Prolixam & accuratã hujus Hiſtoriæ narrationẽ vide apud Suidam Lexicographum *ſub titulo* Ἰησοῦς.

(2) Hujus & ſequentium duarũ Epiſtolarũ inſcriptiones debuiſſent mimo ſcribi, ut omniũ præcedentium Epiſtolarũ tituli, ſed negligentiâ librarij omiſſæ ſunt, ideóq; earũ loca ibi nunc cernuntur vacua.

tarum *quinquaginta ſex* Epiſtolarum *priores novendecim*, tanquam Appendix *Annalium* ejuſdem *Michaelis Glycæ*, inſcribitúrque ibi *prima* earum hoc modo: Τοῦ σοφωτάτου καὶ μακαριωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ ἐπιστολὴ ά. Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ καὶ στυλίτῃ, κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Σιναΐτῃ, εἰ χρὴ συγκαταβαίνειν τοῖς πλάνοισι, &c. Fuit etiam olim *quartus* earundem *Michaelis Glycæ Epiſtolarum Codex* in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ*, & quidem inter Codices MStos Theologicos Græcos *ducenteſimus nonageſimus quartus*; ſed, quò ille devenerit, & ubi nunc latitet, omninò mihi eſt incognitum, quoniam ferè omnes, qui ante me *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* habuerunt Præfecturã, in Codicibus manuſcriptis aliiſq; pretioſiſſimis rariſſimiſque libris extra Bibliothecam promiſcuè & ſine ullâ ſyngraphâ aut cautione (1) commodandis æquè negligentes fuerunt ac prodigi.

C L X I.

Centeſimus ſexageſimus primus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in folio, conſtátq; nunc foliis *ducentis*, & ab (3) *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione indicat, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 197 pag. 2, *S. Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis de Trinitate Libri quindecim, à* (4) *Maximo Planude, Monacho Conſtantinopolitano, in linguam græcam tranſlati.* Deeſt autem in principio unum folium, quod *S. Auguſtini Epiſtolam* ſeu *Proœmium ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem* continuit, ut & *priorem partem Capitis primi* uſque ad hæc verba - - κλίνει· ἐξ ὧν ἀνακλιμακηδὸν πρὸς τὰ θεῖα καὶ ὑψηλὰ ὁ ἡμέτερος νοῦς ὡσανεὶ τρεφόμενος ἀναβαίνῃ· καὶ γὰρ καὶ ῥήμασι τῶν σωματικῶν πραγμάτων &c. Hinc enim Codex ille nunc incipit. Ipſa autem *S. Auguſtini* verba *latina*, verſioni illi *græcæ* reſpondentia, ſunt hæc: (5) *Ut ergo ab hujuſmodi falſitatibus humanus animus purgaretur, Sancta Scriptura parvulis congruens, nullius generis rerum verba* (6) *vitavit, ex quibus quaſi gradatim ad divina atq; ſublimia noſter intellectus velut nutritus aſſurgeret. Nam & verbis ex rebus corporalibus ſumptis* &c. Ejuſdem tranſlationis græcæ meminit etiam R.P. *Antonius Poſſevinus* Soc. Jesv in Apparatu Sacro his verbis:

(1) *Eâdem incuriâ periit etiam præſtantiſſimus* Codex manuſcriptus membranaceus Noctium Atticarũ Auli Gellii in folio, *qui olim fuit inter* Codices *MStos Philoſophicos & Philologicos Latinos* ſeptimus. *Inter miſcellanea enim Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ ſchedas reperi unam, ex quâ luculenter apparet, eum unà cum aliis variis* Codicibus *manuſcriptis Græcis & Latinis, cuidam, cujus nomen ibi deeſt, fuiſſe commodatum, ſed nunquam in Bibliothecam rediiſſe. Vide etiam Librum primum horum Commentariorum pag.* 44, 46, 47, 48, 49, 61 *& 62.* (2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ſeptuageſimus ſextus. (3) *Vide ibi fol.* 8 *pag.* 1. (4) *Vide ſuprà pag.* 56 *& 57.* (5) *Vide Operum* S. Auguſtini *editionem Antverp. Plantin. A.* 1577 *Tom. III pag.* 86. (6) *Hinc incipiunt græca illa* - - - κλίνει ἐξ ὧν *&c.*

bis: *Maximus Planudes, Conſtantinopolitanus Monachus*, (1) *etſi græcè è latino reddidiſſe quindecim D. Auguſtini libros de Trinitate dicitur, qui quidem græcè manuſcripti exſtant in Vaticanâ Bibliothecâ, dubito tamen an fideliter eos verterit, ubi de Proceſſione Spiritûs Sancti à Patre & Filio à S. Auguſtino disertè ſcriptum eſt; neq; enim id venit in mentem, ut indagarem, dum plures annos ſubſtiti Romæ.* Hucuſque Poſſevinus.

C L X I I.

Centeſimus ſexageſimus ſecundus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus græcus* eſt *chartaceus* antiquus in quarto, in principio & fine mutilus, conſtátque nunc folijs *centum viginti quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *S. Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis Libri quatuor priores de Trinitate, à Maximo Planude, Monacho Conſtantinopolitano, in linguam græcam tranſlati.* Primus eorum incipit nunc ibi ab his capitis *primi* verbis - - - τὴν κτίσιν, ἢ παντάπασι τρεπτὴ πέφυκεν, ὑπεραναβῆναι πειρῶνται, ὡς πρὸς τὴν ἄτρεπτον οὐσίαν &c; quibus respondent hæc *S. Auguſtini* verba latina: *Eſt item aliud hominum genus, eorum qui univerſam quidem* (3) *creaturam, quæ profectò mutabilis eſt, nituntur tranſcendere, ut ad incommutabilem ſubſtantiam* &c.

C L X I I I.

Centeſimus ſexageſimus tertius (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in folio, conſtátq; folijs *ducentis viginti tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo (5) *Theodori Antiocheni, Mopſueſtiæ in Ciliciâ Epiſcopi, Expoſitio in duodecim Prophetas Minores*; cujus titulus & principium: ΘΕΟΔΩΡΟΥ ἈΝΤΙΟΧΕΩΣ Ἑρμηνεία εἰς τοὺς Προφήτας. Ἑρμηνεία Ὠσηὲ τοῦ Προφήτου. Εἰς ἔλεγχον τῶν ἀβασανίστως ἐπιβάλλειν ταῖς προφητικαῖς ἐπιχειρούντων φωναῖς, καὶ μὴν καὶ πρὸς κατασκευὴν τῆς ἑξῆς, ἀρξώμεθα τ῀ τῆς προφητικῶν σαφηνείας, Θεοῦ διδόντος, ἀπὸ τοῦ Ὠσηὲ τὴν ἀρχὴν ποιησάμενοι, ὃν καὶ πρῶτον εἶναι τῷ χρόνῳ συμβέβηκε τῶν λοιπῶν Προφητῶν. τοῦ γὰρ μακαρίου Δαυὶδ &c. Expoſitio autem in *duodecimum* ſive *ultimum Prophetam Minorem*,

(1) *Perperàm ibi adduntur hæc verba:* qui tempore Baſileenſis Concilij vixit. *Ea enim conſultò hîc omiſi, quia certò conſtat* Cōcilium Baſileenſe *inchoatum eſſe A. C.* 1431. Maximum *autem* Planudem *claruiſſe circa annū Chriſti* 1353. *Quâ de re vide ſuprà pag.* 56 *&* 57.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus trigeſimus tertius.

(3) *Hinc incipiunt græca illa* - - - τὴν κτίσιν, ἢ *&c. Vide Operum S.* Auguſtini *edit. Antverp. Plantin. Tom. III pag.* 86.

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus ſextus. (5) *Vide* Photij *Patriarchæ Conſtantinopolitani Bibliothecam Codice* XXXVIII, *ubi memoratur* ΘΕΟΔΩΡΟΥ ἈΝΤΙΟΧΕΩΣ, τοῦ Μοψουεστίας, ἑρμηνεία τῆς κτίσεως, *ſive*, Expoſitio in Geneſin, *idémq;* Theodorus Neſtorij Hæreſiarchæ Magiſter *fuiſſe traditur. Meminit quoq;* Photius *ejuſdem* Theodori *in alijs nonnullis ſuæ Bibliothecæ Codicibus, ſed cum ſeverâ & acri reprehenſione. Contrà autem defendit eundem* Theodorum, *&* clariſſimum Eccleſiæ Doctorem *appellat anonymus Autor Appendicis de XII Scriptoribus Eccleſiaſticis, quæ* Iſidori Hiſpalenſis & Ildefonſi Toletani *Libellis de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſubjuncta eſt. Vide ibi caput quartum cum* Auberti Miræi *Scholio.*

rem, nempe *Malachiam*, deſinit his verbis: ὡς ἂν μὴ μένοντες ἐπὶ τῆς ἀσεβείας φοβερᾶς αὐτοῦ τῆς παρουσίας πειραθῶσιν ἐπὶ ἀφανισμῷ παντελεῖ τῶν μοχθηρῶν γινομένης.

C L X I V.

Centeſimus ſexageſimus quartus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus in *quarto*, in principio & fine mutilus, & à blattis, tineis & aquâ miſerè deformatus, conſtátque nunc folijs *ducentis nonaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidē à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 259 pag. 2, *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Quæſtiones in Pentateuchū Moſaicū, in Librū Joſuæ, & in Librum Judicum, cū anonymi cujuſdam Autoris antiquis græcis Annotationibus marginalibus.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Procemij* ad *Hypatium* ſunt hæc: Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου εἰς τὰ ζητούμενα τῆς θείας γραφῆς· Ἀρχὴ τῶν ἐν τῇ βίβλῳ τῆς γενέσεως ἐπαπορουμένων κεφαλαίων. Καὶ ἄλλοι μὲν φιλομαθεῖς ἄνδρες ἐπηγγείλαντο διαλύσαι τῆς θείας γραφῆς τὰ δοκοῦντα εἶναι ζητήματα, καὶ τῶν μὲν ἀναπλέξαι τὸν νοῦν, τῶν δὲ τὰς αἰτίας δηλῶσαι, καὶ ἁπαξαπλῶς ἀποφῆναι σαφῆ τὰ τοῖς πολλοῖς οὐ τοιαῦτα φαινόμενα, οὐ διαφέροντας, φίλτατε παίδων ΥΠΑ´ΤΙΕ, τοῦτο με πρᾶξαι παρώτρυνας &c. Quo finito *Procemio*, ſequitur prima Quæſtio in *Geneſin* hoc modo: Τί δήποτε μὴ προτέταχε τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας θεολογίαν ὁ συγγραφεύς; Μετρεῖν εἴωθε τοῖς πεπαιδευμένοις ἡ θεία γραφὴ τὰ μαθήματα, &c. Primus has *Theodoreti Quæſtiones* græcè & latinè edidit *Joannes Picus*, Præſes Claſſium inquiſitoriarum Senatûs Pariſienſis, Pariſijs ex officinâ Jacobi Puteani A. 1558 in quarto; ſed deeſt ibi in principio *Procemium ad Hypatium. Quæſtiones* etiam *in Librum Judicum* non exſtant ibi omnes, ſed tantùm *novendecim*, quarum ultima eſt, *Cur Deus permiſerit mactari filiam Jephte.* In Codice enim hoc manuſcripto *Cæſareo* ſequuntur adhuc aliæ *octo Quæſtiones* quarum prima: Πῶς ὁ Σαμψὼν ἐκδεδιῃτημένως καὶ παρανόμως ζῶν πνευματικῆς ἀπήλαυσε χάριτος; *ultima* autem: Τί δήποτε προσέταξε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τοῖς διακοσίοις τοῖς ἐκ τοῦ Βενιαμὶν ἐκ τῶν ἐν Σιλὼ χορευουσῶν παρθένων ἁρπάσαι τε καὶ γῆμαι; Extiterunt etiam olim in eodem Codice MSto ejuſdem *Theodoreti Quæſtiones in Librum Ruth*, ſed illæ ſceleſti cujuſdam hominis manu, cui Codex ille jam ante *Sebaſtiani Tengnagelij* Præfecturam fuit commodatus, furaciter exciſæ ſunt, ut ex foliorum deperditorum veſtigijs

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ſeptuageſimus octavus.

etiam nunc videre eſt. Superſunt igitur ibi nunc tantùm nuda *Quæſtionum lemmata* fol. 9 pag. 2 & fol. 10 pag. 1 hoc modo: Εἰς τὴν Ῥοὺθ. Κεφάλαιον α΄· Τί δήποτε τὸ κατὰ τὴν Ῥοὺθ συνεγράφη διήγημα; Κεφάλαιον β΄· Ἐπιμέμφονται τινὲς καὶ τῇ Νωεμὶν καὶ τῇ Ῥοὺθ, τῇ μὲν, ὡς ὑποθεμένῃ, τῇ δὲ, ὡς ὑπακουσάσῃ καὶ πραξάσῃ τοῦ Βοόζ.

Secundò, & quidem fol. 260 pag. 1, *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini* Fragmentum hiſtoricum de S. (1) *Luciani, Presbyteri Antiocheni & Martyris* translatione græcâ Sacrorum Bibliorum Veteris Teſtamenti.

(1) *Vide Librũ tertium horũ Commentariorum pag 16 in margine; ut & Operum S. Athanaſij editionem græco-lat. Pariſienſem Tom. II pag. 157.*

Tertiò, & quidem fol. 260 pag. 1 & 2, *Euſebij Pamphili & S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini fragmenta duo de cognatione Beatiſſimæ Virginis Deiparæ & S. Eliſabethæ.*

Quartò, & quidem à fol. 260 pag. 2 uſque ad fol. 262 pag. 2, *Quæſtiones variæ ex Sacrâ Scripturâ*, anonymo cuidam *ſancto Viro* à quodam nondum mihi ſatis cognito *Epiphanio* propoſitæ, & ad illas jam memorati *ſancti Viri Reſponſiones*. Principium earum ſine ullo Titulo ſive Inſcriptione eſt hoc: Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος παραλαβὼν τὸν μακάριον, ἔρχεται εἰς τὸν ἅγιον Ἀγαθονίκην, &c.

Quintò, & quidem fol. 262 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris Annotatiuncula *de decem plagis Ægypti.*

Sextò, & quidem à fol. 263 pag. 1 uſque ad fol 287 pag. 2, *Interpretatio compendiaria variarum Veteris & Novi Teſtamenti Quæſtionum ex Theodoreto Epiſcopo Cyrenſi & alijs diverſis Patribus*; cujus titulus Ἑρμηνεία σύντομος τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Διαθήκης Θεοδωρήτου καὶ ἄλλων διαφόρων Πατέρων. Patres autem, qui præter *Theodoretum* ibi nominatim citantur, ſunt hi: *Origenes*, *Acacius Cæſareenſis in Palæſtinâ Epiſcopus, Diodorus Epiſcopus Tarſenſis, S. Baſilius Magnus, Didymus Alexandrinus, S. Gregorius Nazianzenus, S. Joannes Chryſoſtomus, Severianus Gabalorum in Syriâ Epiſcopus, Iſidorus Peluſiota, S. Cyrillus Archiepiſcopus Alexandrinus* & *Gennadius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus*, qui omnes floruerunt prioribus quinque poſt Chriſtum ſeculis. Citatur quoque ibidem *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus de maledictione Chanaani* fol. 268 pag. 1.

Septimò, & quidem à fol. 287 pag. 2 uſque ad fol. 288 pag 2, *Quæſtiones quædam curioſæ & apocryphæ*; nempe de ſex præcipuis à creatione Mundi Hæreſibus *Barbariſmo, Scythiſmo, Helleniſmo, Judaiſmo, Samaritiſmo* & *Chriſtianiſmo* cum ſubjunctâ breviſſimâ quadam *Epitome Chronologicâ* uſque ad annum Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Orientalis 6420, ſive, annum Æræ Chriſtianæ

912;

912; item de nomine *domini ſpeluncæ*, in quâ *Chriſtus* natus eſt; de nominibus *trium Magorum*; de tempore commorationis *Chriſti* in *Ægypto* & nomine *hoſpitis* ipſius; de nomine *Ancillæ*, ad cujus interrogationem *Petrus Chriſtum* abnegavit; de nomine ejus, qui *Chriſtum* percuſſit; de nomine ejus, qui *Crucem Chriſti* (1) exaſciavit; de nomine *Centurionis*, qui *Crucem Chriſti* cuſtodivit; de nominibus *duorum latronum*, qui cum *Chriſto* crucifixi ſunt; de nominibus *duorum Angelorum*, qui à ſepulchro *Chriſti* lapidem revolverunt. Titulus græcus illarum Quæſtionum eſt talis: Ἐρωτήσεις σοφῶν καὶ Ἀποκρίσεις. Ijſdem Quæſtionibus in fine annexa eſt *S. Baſilij Magni Interrogatio & Reſponſio de ſeptem peccatis Caini.*

Octavò, & quidem à fol. 288 pag. 2 uſque ad fol. 289 pag. 2, *ex Quæſtionibus ſacris ad Antiochū*, quæ (2) *S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino* perperàm attribuuntur, reverà autem *Athanaſij* cujuſdam (3) *Junioris* ſunt, *Quæſtio LXXIIItia*, *LXXXma*, *LXXXIIda*, *LXXXIIItia*, *LXXXVta*, *LXXXVIta*, *XLVIta*, *XLIXna*, & *Lna*; quarum *penultima de Ligno Paradiſi, ex quo fructum comedit Adam*, eſt ibi in fine aliquanto auctior, quàm in editione (4) *Pariſinâ* impreſſâ, ut ex ſubjunctis Codicis hujus manuſcripti *Cæſarei* verbis videre eſt: Ἴσως δὲ ὁ πρῶτος ἀληθέστερος τυγχάνει ὁ τοῦ σύκου, διὰ τὸ τοῖς φύλλοις αὐτοῦ εἰς σκέπην χρήσασθαι τοὺς προπάτορας, καὶ διὰ τὸ τὴν συκὴν ὕστερον καταρασθῆναι. ὁ ἐν ἁγίοις Ἰσίδωρος ὁ πηλουσιώτης ἐν τῇ πεντηκοστῇ πρώτῃ αὐτοῦ ἐπιστολῇ φησὶν, ὅτι σῦκον ἦν, ἐξ οὗ οἱ προπάτορες ἔφαγον καρπὸν, καὶ ὅτι ἀπὸ ἀρχαίων γερόντων ἔγνωσθαι αὐτῷ τοῦτο.

Nono, & quidem à fol. 289 pag. 2 uſque ad fol. 294 pag. 2, *aliæ variæ Interrogationes & Reſponſiones ſacræ*, quarum principium: Ἐρώτησις· Πῶς πληρωτὴς νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστὸς; Ἀπόκρισις· Ἐπειδὴ εἶπον οἱ προφῆται &c. Citatur ibidem fol. 290 pag. 2, *S. Maximus de miſeriâ & brevitate vitæ humanæ.*

Decimò, & quidem à fol 294 pag. 2 uſque ad fol. 297 pag. 2 *Barnabæ, Monachi & Anachoretæ, Expoſitio Incarnationis Chriſti per Interrogationes & Reſponſiones*; cujus titulus & principium: Ἐξήγησις Βαρνάβα μοναχοῦ καὶ ἀναχωρητοῦ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἠρώτησαν τινὲς ἐκ τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Εὐθυμίου ἀδελφοὶ τὸν μοναχὸν Βαρνάβαν τὸν ἀναχωρητὴν, εἰ ἀληθῶς ὁ Κύριος εἰργάζετο ὡς κοινὸς ἄνθρωπος πρὸ τῆς ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ὅτε ἦν εἰς Ναζαρέτ, οὗ ἦν τεθραμμένος, καὶ ἀπεκρίθη Βαρνάβας καὶ εἶπεν· Ἐπειδὴ Θεὸς &c. Eſt autem *Opuſculum* hoc

(1) *Græcè ibi legitur:* ὁ πελεκίσας τὸν σταυρὸν &c.

(2) *Sic enim & in hoc Codice MSto Cæſareo titulus illarum Quæſtionū eſt talis:* Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

(3) *Vide Librū tertium horum Commentariorum pag. 96. 97 & 220.*

(4) *Vide Operum S. Athanaſij edit. græc. lat Pariſ. Tom. II pag. 350.*

maxi-

maximâ ex parte *hiſtoricum*, & illuſtrandæ *Vitæ Chriſti* non mediocriter poteſt inſervire. Inter cætera enim valdè notabile ibi eſt, quòd ad quæſtionẽ *de annis vitæ Chriſti*, Τὸ πᾶν πόσα ἔτη ἐποίησεν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ Κύριος, aſſeveranter reſpondetur, Τριάκοντα δύο ἔτη καὶ μῆνας τρεῖς, καὶ ἔννεα μῆνας ἔμβρυον, ὁμοῦ ἔτη λγʹ, hoc eſt, *Chriſtum in hoc Mundo poſt nativitatem ſuam vixiſſe annos triginta duos & tres menſes, atq; inſuper in utero materno ante nativitatem fuiſſe menſes novem, ideóq; totum vitæ tempus triginta tribus annis conſtitiſſe.*

Vndecimò, & quidem fol.298 pag.1, *Numerus verſuum, ſive* ςίχων *Bibliorum Sacrorum totius Teſtamenti Veteris ſecundùm ſingulos Libros.*

Duodecimò, & quidem fol.298 pag.1, *Diviſio totius anni in menſes, hebdomadas & horas.*

Decimo tertiò, & quidem fol. 298 pag.1, *Proverbia Græca varia de rebus impoſſibilibus;* quorum primum Ὀρνίθων γάλα, ſive *Lac avium.*

Decimo quartò, & quidem fol.298 pag.1 & 2, *Septem Græciæ Sapientum*, nempe *Solonis, Chilonis, Platonis, Ariſtotelis*, & *trium aliorum*, quorum nomina præ vetuſtate vix ampliùs ibi legi poſſunt, *Prædictiones de Incarnatione Chriſti & de Beatiſſimâ Virgine Deiparâ.* Ipſa tituli græci verba cum principio *primæ Prædictionis* ſunt hæc: Λόγοι τῶν ζ Σοφῶν τῶν ἑλλήνων περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνανθρωπήσεως καὶ περὶ τῆς πανυμνήτου Θεοτόκου. Σόλων ἔφη· Ὀψέ ποτέ τις ἐπὶ τὴν πολυχιδῆ ἐλάσοις γῆν, καὶ δίχα σφάλματος σὰρξ γενήσεται, &c.

Decimo quintò, & quidem fol.298 pag.2, *Epitome chronologica annorum Mundi ab Adamo uſque ad Chriſtum.*

Decimo ſextò, & quidem fol.298 pag.2 & fol. 299 pag.1, *Diviſio Orbis terrarum inter tres filios Noë*, cujus titulus græcus: Διαμερισμὸς τῆς γῆς εἰς τοὺς γʹ υἱοὺς τοῦ Νῶε.

C L X V.

Centeſimus ſexageſimus quintus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátq; folijs *trecentis octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag.1 uſque ad fol.10 pag.2, *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Quæſtiones quædam in Geneſin*, quarum titulus & principium: Ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῶν πεύσεων καὶ ἀποκρίσεων Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου. Ἐρώτησις· Τί δήποτε τῆς τῶν ἀγγέλων

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus nonageſimus quintus.

οὐκ ἐμνήσθη δημιουργίας ὁ Μωϋσῆς; Ἀπόκρισις· Οὐδὲν ἕτερον εἶχον, οὐδὲ βέβαιον τῶν νομοθετούμενοι &c. Eſt autem hæc Quæſtio in proximè præcedenti Codice MSto *Cæſareo*, ut & in ſuprà citatâ *Joannis Pici* editione impreſsâ, *ſecunda*, & utrobique pro Οὐδὲν ἕτερον legitur Οὐδὲν στερρὸν &c. *Ultima* verò earundem Quæſtionum eſt in hoc Codice MSto ea, quæ in jam memoratâ *Joannis Pici* editione eſt *vigeſima ſexta*, atque incipit, Τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι &c. Ubi obiter notandum eſt, lacunam principij Reſponſionis ad hanc Quæſtionem, quam *Joannes Picus* conjecturâ ſupplere tentavit, re verâ ex hoc Codice MSto *Cæſareo* ſupplendam eſſe hoc modo: ὥσπερ γὰρ τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον, ξύλον ἐστὶ καὶ σωτήριον ὀνομάζεται διὰ τὴν ἐκ τῆς περὶ αὐτὸ πίστεως σωτηρίαν περιγινομένην, οὕτω &c. In proximè præcedenti autem Codice MSto pro καὶ σωτήριον ὀνομάζεται legitur καὶ σταυρὸς ὀνομάζεται.

Secundò, & quidem à fol. 11 pag. 1 uſque ad fol. 19 pag. 2, *Quæſtiones ſacræ quatuor*, quæ in Titulo ſive Inſcriptione ſuâ attribuuntur *S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino* his verbis: Κεφάλαια ϛʹ, ἀπὸ διαφόρων προσώπων ἐρωτήσεων γινομένων, καὶ ἀποκρίσεων παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου. Earum *prima* eſt: Ἐάν τις ἰδιώτης ὢν, μὴ ἔχων τινὰ πολλὴν πεῖραν τῶν θείων γραφῶν, ἐρωτηθείη ὑπὸ αἱρετικοῦ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, πῶς ὀφείλει ἀποκρίνεσθαι; Quòd autem Reſponſionis ad hanc Quæſtionem non ſit autor *S. Athanaſius Archiepiſcopus Alexandrinus*, ſed alius quidam multo recentior, manifeſtè apparet cùm ex citatione τοῦ μακαρίου Γρηγορίου, tùm ex mentione hæreſium *Neſtorij, Severi, Jacobi, Gainæ*, & *Theodoſij*, & ex mentione *occupationis Palæſtinæ & Locorum ſanctorum per Arabes*; item ex mentione *anni poſt Chriſtum ſeptingeſimi* his verbis: Ἰδοὺ λοιπὸν ἑπτακοσιοστὸς χρόνος· ταῦτα πολλάκις ἡμῶν λεγόντων πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς κατησχύνοντο, καὶ οὐκ ἤνοιγον τὸ στόμα αὐτῶν. Valdè igitur neceſſarium eſt, ut *prima* hæc Codicis hujus manuſcripti Quæſtio & Reſponſio diligenter conferatur cum editione impreſsâ (1) Pariſinâ Quæſtionis & Reſponſionis *quadrageſimæ quartæ ad Antiochum*, quia mira inter illas eſt differentia, licet ejuſdem ſint argumenti, & eidem Autori attribuantur. *Quarta* denique ſive *ultima* ſuprà memoratarum quatuor Quæſtionum eſt inter Quæſtiones ad Antiochum *centeſima duodecima*, atque itidem ab impreſsâ editione Pariſinâ incredibiliter diſcrepat. Cæterùm de vero illarum Quæſtionum autore *Athanaſio juniore*, qui circa annum Chriſti 765 ſub *Imp. Conſtantino Copronymo* claruit, vide Librum primum horum Commentario-

(1) *Vide* Operum S. Athanaſij *edit. græc. lat. Pariſ. Tom. II pag* 348 & 349.

 tario-

tariorum à pag. 123 uſque ad pag. 132, & Librum tertium pag. 97 & 220. Ad ea enim, quæ ibi de illo tradita ſunt, illuſtranda & confirmanda, plurimum afferunt lucis & ponderis ſuprà memorata argumenta, ex Codice MSto, de quo in præſens agitur, deſumpta, & quidem in primis expreſſa mentio *anni poſt Chriſtum ſeptingenteſimi* tanquam jam præteriti. Ita enim verba illa, Ἰδὲ λοιπὸν ἑπτακοσιοςὸς χρόνος, intelligenda ſunt, nempe non de *præſenti* anno ſeptingenteſimo adhuc currente, ſed jam diu elapſo, ponitúrque numerus rotundus finiti *Seculi ſeptimi* pro currente parte priori dimidiâ *Seculi octavi*.

Tertiò, & quidem à fol. 19 pag. 2 uſque ad fol. 24 pag. 1, *Trecentorum octodecim Sanctorum Patrum Doctrina aſcetica* ſeu *monaſtica*, cujus titulus & principium: Διδασκαλία τῶν ΤΙΗ ἁγίων Πατέρων. Μετὰ τὸ ἀγαπῆσαι Κύριον τὸν Θεὸν σου ἐξ ὅλης καρδίας &c; finis autem, αὗται εἰσιν αἱ ἐντολαὶ, αἱ ἁρμόζουσαι μοναχοῖς καὶ ἐγκρατευομένοις χριστιανοῖς.

Quartò, & quidem à fol. 24 pag. 1 uſque ad fol. 45 pag. 1, *Joannis Caſſiani ad Leontium Epiſcopum Libellus aſceticus de ſanctis Patribus in Sceti, celeberrimâ Ægypti eremo, monaſticam vitam degentibus*. Ipſa tituli græci verba cũ Præfatione & ipſius Narrationis principio ſunt ibi hæc: Τοῦ Ἀββᾶ ΚΑΣΙΑΝΟΥ τοῦ ΡΩΜΑΙ΄ΟΥ πρὸς πάπαν Λεόντιον περὶ τῶν κατὰ τὴν Σκήτιν πατέρων. Τὸ χρέος, ὅπερ ἐπηγγειλάμην τῷ μακαριωτάτῳ πάπᾳ Κάστορι περὶ τῆς διηγήσεως τοῦ τε βίου τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τῆς τούτων διδασκαλίας, μερικῶς ἀποδεδωκὼς ἐν τοῖς παρ᾽ ἐμοῦ πρὸς αὐτὸν πάλαι γραφεῖσιν, ἁγιώτατε ΛΕΟ΄ΝΤΙΕ, περί τε διατυπώσεως κοινοβίου, καὶ περὶ τῶν ὀκτὼ λογισμῶν τῆς κακίας, νῦν προεθέμην ἀποπληρῶσαι. ἐπειδὴ δὲ μεμάθηκα, ὅτι ἀπολιπὼν ἡμᾶς ὁ προειρημένος Ἀρχιερεὺς, μετῴκησε πρὸς Χριστὸν, ἀναγκαῖον ἡγησάμην σοι τῷ διαδεξαμένῳ τὴν ἐκείνου ἀρετὴν, καὶ τὴν τοῦ μοναστηρίου φροντίδα σὺν Θεῷ, τὰ λείποντα τῷ διηγήματι ἀναπληρώσας ἀποστεῖλαι. Ὅτε τοίνυν ἐν τῇ ἘΡΗ΄ΜΩι τῆς ΣΚΗΤΕΩΣ, ὅπου τῶν μοναχῶν οἱ δοκιμώτεροι πατέρες, παρεγενόμεθα ἘΓΩ΄ τε καὶ ὁ ἅγιος ΓΕΡΜΑΝΟ΄Σ, ὃς ἐκ πρώτης ἡλικίας φίλος μου πνευματικὸς ἐγεγόνει ἔν τε τοῖς παιδευτηρίοις, καὶ ἐν τῇ στρατείᾳ, καὶ ἐν τῷ μοναστηρίῳ βίῳ, ἐθεασάμεθα τὸν ἀββᾶν Μωυσῆν, ἄνδρα ἅγιον, &c. Eſt autem Libellus hic non integra translatio, ſed tantùm *Epitome ſeptem priorum Collationum Sanctorum Anachoretarum Scetenſium*, ideóque ab ipſo authentico contextu *latino*

valdè

valdè diſcrepat. Idem etiam Libellus græcus exſtat eodem modo in alio quodam *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* pervetuſto & optimæ notæ Codice MSto *membranaceo*, qui inter Codices MStos Theologicos Græcos olim fuit *centeſimus trigeſimus octavus*; ſed ibi præfixa illi eſt alia conſimilis *Epitome græca quatuor* ejuſdem *Joannis Caſſiani Librorum ad Caſtorem Epiſcopum de Inſtitutis & Regulis Cœnobiorum Ægypti & Orientis*, quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ΚΑΣΙΑΝΟΥ τοῦ ῬΩΜΑΙΟΥ πρὸς Κάσορα Ἐπίσκοπον περὶ διατυπώσεως καὶ κανόνων τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Ἀνατολὴν κοινοβίων, καὶ τῆς τούτων διαγωγῆς. Ἐπειδή μοι προσέταξας, μακαριώτατε πάτερ Κάσορ, γνωρίσαι σοι τὰς κανονικὰς διατυπώσεις τῶν κοινοβίων, τῶν τε ἀνατολικῶν, καὶ μάλιστα τῶν αἰγυπτίων, ὧν αὐτόπτης γέγονα, εἴξας ἐγὼ τῇ ὑμετέρᾳ κελεύσει, τοῦτον ὡς ἐν ὀλίγῳ τὸν λόγον ὑμῖν ἀπέστειλα, ἵνα &c. Hæ videlicet ſunt illæ ipſæ Opuſculorum aſceticorum latinorum *Joannis Caſſiani Epitomæ græcæ*, quarum *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* meminit in Bibliothecæ ſuæ Codice *centeſimo nonageſimo ſeptimo*. Hoc enim inprimis manifeſtè apparet ex *fine Libelli ad Leontium*, qui, uti in jam memoratis Codicibus MStis *Cæſareis*, ſic etiam in Codice illo *Photiano*, epilogi ſeu clauſulæ loco habuit *Abbatis Sereni* promiſſionem futuræ expoſitionis versûs duodecimi Capitis ſexti ad Epheſios: *Non eſt nobis colluctatio adversùs carnem & ſanguinem, ſed adversùs Principes & Poteſtates, adverſus Mundi Rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.* Quemadmodum etiã in ſuprà memoratis *duobus* Codicibus MStis *Cæſareis Joannes Caſſianus* cognominatur ὁ Ῥωμαῖος ſive *Romanus*, ſic quoque idem cognomen exſtitit in *tertio* illo Codice MSto, quo olim *Photius* uſus eſt. Hinc enim ille cognomen τοῦ Ῥωμαίου paraphraſticè reddidit Ῥώμην λαχόντος πατρίδα, hoc eſt ad verbum, *Romani ſortiti patriam.* Fretus igitur concordi teſtimonio veterum illorum Codicum MStorum, ſimul & autoritate *Photij*, alijſque varijs veriſimilimis indicijs, affirmare auſim *Joannem Caſſianum* reverâ natum fuiſſe *Romæ*, amore autem vitæ aſceticæ inde (1) *à pueritiâ* in *Palæſtinam* atque *Ægyptum* ſe contuliſſe, & præcipuè apud *Scetenſis eremi Anachoretas* in ſtudio perfectionis ſpiritualis plurimùm profeciſſe; ideóque corrigendum eſſe *Gennadium Maſſilienſem, qui* Cap. 61 de Scriptoribus Eccleſiaſticis *Sceten Ægypti eremum* cum *Scythiâ* perperàm confundens, falsò tradit *Caſſianum* fuiſſe natione *Scytham*. Idem error exſtat etiam apud *Joannem Trithemium* in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & apud complures alios Scriptores recentiores, qui *Gennadij*

(1) *Vide ipſam Caſſiani Præfationem ad Caſtorem Epiſcopum.*

dij autoritate decepti ſunt. Similiter quoque in ipſa Præfatione *Joannis Caſſiani ad Leontium* pro *in eremo* (1) *SCYTHIÆ* ſeu *in eremo* (2) *SCYTHICA* ſine ullâ controverſiâ ſcribendum eſt *in eremo Sceti* ſeu *in eremo Sceticâ*, hoc eſt, ut in translatione (3) græcâ rectè legitur, ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ΣΚΗΤΕΩΣ. *Joannes* ergò *Caſſianus*, licet *Græcæ linguæ* fuerit peritus, non tamen, ut *Joannes Trithemius* (4) falsò refert, *græcè* ſcripſit, ſed, tanquam *Romanus*, (5) *latinè*, primúſque Opuſcula ipſius aſcetica redegit in Compendium *S. Eucherius, ex Lerinenſi Monacho Archiepiſcopus Lugdunenſis*; ut (6) teſtatur ſuprà citatus *Gennadius* cap. 63 his verbis: *Sed & CASSIANI quædam Opuſcula, lato tenſa ſermone, anguſto verbi reſolvens tramite, in unum coegit Volumen, aliáque tàm eccleſiaſticis quàm monaſticis ſtudijs neceſſaria.* Hucuſq; *Gennadius*. Cæterùm quis eorundem *Joannis Caſſiani* Opuſculorum à *S. Eucherio* compoſitam *latinam Epitomen* in *græcam* porrò linguam tranſtulerit, & an ea ſit illa ipſa, quæ exſtat in ſuprà memoratis Codicibus MStis Græcis *Cæſareis*, utrumque nondum ſatis habeo cognitum, ſed velut incertum in medio relinquo.

Quintò, & quidem à fol. 45 pag. 1 uſque ad fol. 62 pag. 1, *S. Athanaſij Sinaitæ Oratio de Pœnitentiâ, de Sacrâ Synaxi & indignè communicantibus, de non judicando quenquam, præcipuè autē ſacerdotes, & de oblivione injuriarū.* Ipſa tituli græci verba unà cum principio Orationis ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου μοναχοῦ τοῦ ἐν Σινᾷ ὄρους, λόγος περὶ μετανοίας, περὶ τῆς συνάξεως τῆς θείας καὶ μυστικῆς λειτουργίας, περὶ τῶν ἀναξίως κοινωνούντων, περὶ τοῦ μὴ κρίνειν τινὰ, μάλιστα δὲ τοὺς ἱερεῖς, καὶ περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν καθ᾽ ὅλου χριστιανόν. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις διὰ πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ γραφῆς, πρὸς (7) εὐεργεσίαν τῶν θείων αὐτοῦ ἐντολῶν ἡμᾶς προτρέπεται, &c. Edidit quidem hanc Orationem ex Codice MSto Bavarico *Henricus Caniſius* Tomo tertio Antiquæ Lectionis cum latinâ interpretatione R. P. *Franciſci Turriani* S. I., ſed non ſolùm mendosè, verùm etiam magnâ ex parte in fine mutilè. Poſt verba enim hæc ἧς τινος ὠφελείας καὶ οἰκοδομῆς καὶ μερίδος ἐκ τοῦ φυλάττειν ἑαυτοὺς ἀτρώτους ἀπὸ πάσης κατακρίσεως καὶ μνησικακίας, καὶ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν, quæ in jam memoratâ editione *Caniſianâ* clauſulam Orationis proximè præcedunt, ſequitur in Codice hoc MSto *Cæſareo* alia quædam ad eandem Orationem pertinens *Narratio* duorum foliorum,

(1) *Vide* Operum Joannis Caſſiani *editionem* Baſileenſem *Henricpetrinā A.* 1559 *in folio, Operibus* S. Joannis Damaſceni *ſubjunctam pag.* 744.

(2) *Vide Operum* Joannis Caſſiani *editionem* Antverp. *Plantinianam* Henrici Cuyckij *A.* 1578 *in octavo pag.* 168.

(3) *Vide ſuprà pag.* 166.

(4) *In Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

(5) *Probationem hujus aſſertionis, ex ipſis* Joannis Caſſiani *Operibus deſumptā, vide in Prolegomenis editionum Antverpienſis & Romanæ.*

(6) *Vide etiā* Card. Baronij *Annal. Eccleſiaſt. Tom V an.* 433, *atq; inſuper conſule* Bellarminum, Poſſevinum, Miræum, Labbæum *cæteróſq; Autores, qui ſcripſerunt de Scriptoribus Eccleſiaſticis; item* Rolweidi *Prolegomena & Notas in Librum quartum de Vitis Patrum.*

(7) *In editione Caniſianâ pro* εὐεργεσίαν *legitur* ἐργασίαν.

rum, cujus principium: Ἀκούσατε δὲ παρακαλῶ καὶ ἑτέραν διήγησιν, καὶ μάθετε, ὅτι μέγα τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα καὶ ἀγγελικὸν, καὶ ὅτι οὐ χρὴ ἀνακρίνεσθαι ἱερέα ὑπὸ λαϊκοῦ, ἀλλ' ὑπὸ μείζονος Ἀρχιερέως, καθὼς καὶ οἱ κανόνες φασί. Ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ Φίλωνος τοῦ φιλοσόφου εὑρὸν τι τοιοῦτο, ὅπερ ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν Ἐπίσκοπός τις; &c. Eadem *Narratio* exſtat etiam in alijs nonnullis Codicibus MStis *Cæſareis* ſeparatim, ut videre eſt Libri *tertij* horum Commentariorum paginâ 196, & ſuprà Libri hujus *quarti* pag. 65 ubi ea inſcribitur *Demonſtratio hiſtorica, magnam & angelicam eſſe Summi Sacerdotis dignitatem, nec Sacerdotem judicari poſſe à laico, ſed tantùm ab alio majori Sacerdote.*

Sextò, & quidem fol. 62 pag. 1 & 2, *S. Maximi fragmenta duo, de triginta argenteis, quibus Chriſtus venditus eſt, & de ordinibus Eccleſiaſticis à Chriſto gradatim adminiſtratis.* Horum primum incipit: Τοῦ ἁγίου Μαξίμου. Ἰστέον ὅτι τὰ (1) λεπτὰ καλοῦνται ἀσσάρια ἤτοι νούμια. ἑξήκοντα δὲ ἀσσαρίων ὑπήρχετο τὸ δηνάριον, ἑκατὸν δὲ δηναρίων ὁ ἄργυρος, &c; alterum autem, Λέγεται ὁ Χριστὸς πάντας τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς βαθμοὺς διελθεῖν εὐτάκτως· τὸν τοῦ ἀναγνώστου μὲν, ὅτι &c.

(1) Evangel. S. Marci cap. 12 verſ. 42.

Septimò, & quidē à fol. 62 pag. 2 uſque ad fol. 140 pag. 1, *S. Anaſtaſij Sinaitæ Reſponſiones ad varias Quæſtiones ſacras*, quarum titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου Ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ἐπενεχθείσας αὐτῷ ἐπερωτήσεις παρά τινων ὀρθοδόξων περὶ διαφόρων κεφαλαίων. Ἐρώτησις· Τί ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ τελείου χριστιανοῦ; Ἀπόκρισις. Πίστις ὀρθὴ καὶ ἔργα εὐσεβῆ. χριστιανὸς γὰρ &c. Vide Libri *tertij* horum Commentariorum paginam 197, & ſuprà Libri hujus *quarti* pag. 139 & 140.

Octavò, & quidem à fol. 140 pag. 1 uſque ad fol. 198 pag. 1, *ex S. Antiochi, Monachi Palæſtini in Laurâ ſive Monaſterio S. Sabæ,* (2) *Pandectæ Sacræ Scripturæ Orationes triginta tres*, quarum titulus & principium: Λόγοι παραινετικοὶ τοῦ μακαρίου μοναχοῦ Ἀντιόχου πρὸς μοναχὸν ἀπό τε τοῦ εὐαγγελίου καὶ τῶν γραφῶν. Περὶ πίστεως λόγος α΄ Τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος, ἀρξώμεθα πρῶτον τῶν περὶ πίστεως λόγων, &c. *Ultima* autem illarum *triginta trium* Orationum inſcribitur atque incipit, Περὶ ἐνυπνίων. Ἐπειδή τινες ἐμπιστεύσαντες ἐνυπνίοις &c, & eſt in editionibus impreſſis (3) *octogeſima quarta*. Plura de hoc *S. Antiocho* ejúſque *Pandectæ Sacræ Scripturæ* vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 138, 139, 140 & 216.

(2) Vide Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græc. lat. Pariſ. Tom. XII pag. 9.

(3) Vide ibid. Tom. XII pag. 148.

 Nonò,

Nonò, & quidem à fol. 198 pag. 2 uſque ad fol. 239 pag. 2, *Capita octoginta, ex varijs S. Joannis Chryſoſtomi Orationibus ab anonymo quodam Autore collecta*, quorum titulus & principium: Συναγωγὴ κεφαλαίων ἀθροισθέντων, ἀπὸ διαφόρων λόγων τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. Κεφάλαιον α΄. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐ δεόμενος εὐχῆς ἐποιεῖτο τὴν εὐχήν, ἀλλά σε θέλων ἀναγαγεῖν ἵνα συνεχῶς προσέχῃς τῇ εὐχῇ, &c. Vide etiam (1) ſuprà Codicem CLV; ſed ibi exſtant tantùm Capita *ſexaginta unum*.

Decimò, & quidem à fol. 239 pag. 2 uſque ad fol. 243 pag. 1, *S. Ephræmi Syri Oratio de operatione Diaboli*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ λόγος περὶ τῆς ἐνεργείας τοῦ μισοκάλου δαίμονος. Πατέρες καὶ ἀδελφοὶ ἀκούσατε· πολλάκις γὰρ ἐχθρὸς ὑποβάλλει τῷ ἀνθρώπῳ λέγων· ἀκμὴν νεώτερος εἶ, ἀπόλαυε τῶν ἐπιθυμιῶν σου· &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 243 pag. 1 uſque ad fol. 244 pag. 1, *Fragmentum ex S. Baſilij Magni Oratione aſceticâ de Abdicatione rerum hujus ſeculi & de perfectione ſpirituali; quod inſcribitur atque incipit*: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου κατήχησις εἰς μοναχοὺς τοὺς βουλομένους σωθῆναι. (2) Εἰ τοίνυν βούλει ἁρπάσαι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 244 pag. 1 uſque ad fol. 247 pag. 1, ejuſdem *S. Baſilij Magni* Λόγος περὶ ἀσκήσεως ſive *Oratio de Exercitatione ſpirituali*; cujus principium: (3) Δεῖ τὸν μοναχὸν πρὸ πάντων ἀκτήμονα βίον κεκτῆσθαι, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 247 pag. 1 uſque ad fol. 253 pag. 2, *variorum Sanctorum Patrum Paræneſes ſive Adhortationes ad profectum in perfectione ſpirituali*; quarum titulus & principium: Παραίνεσις ἁγίων Πατέρων εἰς προκοπὴν τελειότητος, ὅτι δεῖ τὴν ἡσυχίαν πάσῃ σπουδῇ μεταδιώκειν. Περὶ ἀκηδίας· Ὁ Ἀββᾶς Ἀντώνιος καθεζόμενος ποτὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν ἀκηδίᾳ γέγονε, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 253 pag. 2 uſque ad fol. 259 pag. 2, *Beati Dorothei Archimandritæ ſive Abbatis Dialogus aſceticus*, cujus titulus & principium: Ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις τοῦ μακαρίου Ἀββᾶ Δωροθέου πρὸς τὸν μέγαν γέροντα, τὸν ἅγιον (4) Βαρσανούφιον, (5) διορατικὸν χάρισμα ἔχοντα παρὰ τοῦ Θεοῦ. Οὗτος ὁ μακάριος ὄντως Ἀββᾶς Δωρόθεος τὸν μοναχὸν σὺν Θεῷ βίον ἀσπασάμενος, εἰς τὸ τοῦ Ἀββᾶ Σερίδου κοινόβιον ἀνεχώρησεν· ἔνθα μεγάλους

καὶ

(1) Pag. 139.

(2) Vide Operum S. Baſilij edit. græc. lat. Pariſ. Tom. II pag. 245.

(3) Vide ibid. Tom. II pag. 246.

(4) Pro Βαρσανούφιον perperàm ibi legitur Βαρυσάφιον. Vide Martyrolog. Roman. d. 11 Aprilis. (5) Omiſſa ibi ſunt hæc verba: καὶ τὸν αὐτοῦ μαθητὴν, τὸν Ἀββᾶν Ἰωάννην τὸν ἐπικληθέντα Προφήτην. Vide edit. Pariſ. pag. 853.

καὶ πολλοὺς εὗρεν ἀσκητὰς ἡσυχάζοντας, ἐν οἷς ἦσαν διαπρέποντες οἱ εἰρημένοι δύο μεγάλοι γέροντες, οἷς μετὰ πάσης πληροφορίας ἑαυτὸν παραδεδωκὼς, τῷ μὲν μεγάλῳ γέροντι διὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀββᾶ Σεριδοῦ διελέγετο, τῷ δὲ Ἀββᾶ Ἰωάννῃ τῷ προφήτῃ καὶ ὑπηρετῆσαι καθηξιώθη. Ἐρώτησις· Πῶς δύναμαι ἐκκόψαι τὴν παῤῥησίαν, καὶ κρατῆσαι τῆς γλώσσης μου; Ἀπόκρισις· Διὰ τοῦ πένθους. Ἐρώτησις· Καὶ πῶς δύναμαι εἰσερχόμενος μεταξὺ τῶν ἀνθρώπων &c. Inter *B. Dorothei Doctrinas aſceticas*, quæ exſtant in Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis Tomo undecimo à pag. 742 uſque ad pag 869, eſt *Dialogus* hic *Caput vigeſimum primum.* Vide ibi pag. 853.

Decimo quintò, & quidem à fol. 259 pag. 2 uſque ad fol. 269 pag. 1, ejuſdem *Beati Dorothei Abbatis Monitum aſceticum de præcidendis paſſionibus animæ, priuſquam tranſeant in habitum.* Inſcribitur illud ibi atque incipit hoc modo: Ἐκ τῶν Ἀποφθεγμάτων τοῦ ἁγίου Δωροθέου περὶ τοῦ σπουδάζειν ταχέως ἐκκόπτειν τὰ πάθη πρὸ τοῦ ἐν ἕξει κακῇ γενέσθαι. Θέτε τὸν νοῦν ὑμῶν, ἀδελφοὶ, (1) πῶς εἰσὶ τὰ πράγματα, καὶ βλέπετε, &c. *Monitum* hoc eſt inter ſuprà memoratas *B. Dorothei Doctrinas aſceticas Caput undecimum.* Vide ibi pag. 811.

(1) *In ſuprà citatá editione Pariſinâ legitur, ὡς εἰς τὰ πράγματα.*

Decimo ſextò, & quidem à fol. 269 pag. 1 uſque ad fol. 270 pag. 1, ejuſdem *B. Dorothei Abbatis Epiſtola ad fratrem ſuper quæſtione de inſenſibilitate animæ & refrigeratione charitatis*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιςολὴ πρὸς ἀδελφὸν ἐπερωτήσαντα περὶ ἀναισθησίας ψυχῆς καὶ (2) ἀναψύξεως ἀγάπης. Περὶ τῆς ἀναισθησίας τῆς ψυχῆς, ἀδελφὲ, συνεχὴς ἀνάγνωσις &c. *Epiſtola* hæc eſt inter ſuprà memoratas *B. Dorothei Doctrinas aſceticas Caput vigeſimum.* Vide ibi pag. 852.

(2) *In ſuprà citatâ editione Pariſinâ pro ἀναψύξεως legitur ψύξεως.*

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 270 pag. 2 uſque ad fol. 289 pag. 2, *Capita quædam ſelecta ex S. Ephræmi Syri Libro de Virtutibus & Vitijs per oppoſitionē, ſimul & ex alijs ejuſdē Parænesibus ſive Adhortationibus aſceticis*; quorũ primum inſcribitur atq; incipit: Τοῦ ἁγίου Ἐφραὶμ (3) περὶ τῶν μὴ ἐχόντων μακροθυμίαν. Ὁ μὴ ἔχων μακροθυμίαν, καὶ ὑπομονῆς ἐκτὸς ἔσται ὁ τοιοῦτος. ὁ γὰρ μὴ ὢν μακρόθυμος &c.

(3) *Vide Operum S. Ephræmi editionem latinam Voſſianam Colonienſem pag. 28.*

Decimo octavò, & quidem à fol. 289 pag. 2 uſque ad fol. 292 pag. 2, *ex S. Joannis Damaſceni Opere de Orthodoxâ Fide Caput de Virginitate*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ καὶ Πρεσβυτέρου περὶ παρθενίας. Κακίζουσι οἱ σαρκικοὶ τὴν

παρ-

παρθενίαν &c. In Operum *S. Joannis Damaſceni* editione Pariſinâ anni 1619 eſt hoc *Libri quarti Caput vigeſimum quintum.* Vide ibi pag. 501, ubi illud latinè incipit his verbis: *Virginitatem carnales homines inſectantur*, &c.

Decimo nonò, & quidem fol. 292 pag. 2, *Interrogatio & Reſponſio ex S. Joannis Chryſoſtomi Operibus de interpretatione vigeſimi quarti verſûs Capitis noni Evangelij S. Lucæ: Qui enim voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet illam.*

Vigeſimò, & quidem à fol. 292 pag. 2 uſque ad fol. 296 pag. 2, *anonymi cujuſdam Autoris Quæſtiones & Reſponſiones Canonicæ ad Conſtantinum Chartophylacem*; quarum titulus & principium: Ἐρωτήσεις κανονικαὶ καὶ λύσεις πρὸς τὸν Χαρτοφύλακα ἐκεῖνον κύριον Κωνσταντῖνον. Ἐρώτησις α΄. Εἰ χρὴ γυναῖκα διγαμήσασαν εἰς τρίτον ἐλθεῖν συνοικέσιον; Ἀπόκρισις. Τρίτος γάμος παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ οὔτε ἔγνωσται, οὔτε ἐπιτρέπεται, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἱερεὺς τοιοῦτον ἱερολογήσει γάμον, καθαιρείσθω. Ἐρώτησις β΄. Εἰ χρὴ στεφανοῦσθαι τοὺς διγαμοῦντας, καὶ εἰ τὸ ἓν μέρος παρθενεύει, &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 296 pag. 2 uſque ad fol. 300 pag. 2, *S. Ephræmi Syri Oratio*, cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ λόγος ψυχωφελής. Μὴ δαπανήσῃς ὅλον τὸν χρόνον τῆς ζωῆς σου ἐν τῇ τοῦ σώματος φροντίδι, ἀλλ' ὅταν, &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem fol. 300 pag. 2, *ex Joannis Moſchi Prato Spirituali Narratio de Imp. Zenone, qui ob grave aliquod peccatum divinitùs puniendus, punitionem evaſit per eleemoſynas.* Principium ejus eſt: Ἔλεγον περὶ Ζήνωνος τοῦ Βασιλέως, ὅτι κόρην τινὰ ἔφθειρεν. Vide *Vitas Patrum* à R. P. *Heriberto Roſweido* S. J. Antverpiæ typ. Plantin. A. 1628 in folio editas, pag. 914.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 300 pag. 2 uſque ad fol. 301 pag. 2, *ex ejuſdem Joannis Moſchi Prato Spirituali Narratio Eliæ Abbatis de ſeipſo, quomodo tentationem carnis ſuperaverit territus viſione mirabili.* Principium ejus eſt: Διηγήσατο ἡμῖν ὁ Ἀββᾶς Ἠλίας ὁ βοσκὸς, ὅτι &c. Vide ſuprà citatas *Vitas Patrum* pag. 866.

Vigeſimo quartò, & quidem fol. 301. pag. 2, notabile Sancti alicujus Patris dictum *de Eleemoſynâ.*

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 301 pag. 2 uſque ad fol. 304. pag. 2, *Miraculum à Beatiſſimâ Virgine Deiparâ editum in ſervando puero Hebræo, quem parentes ob converſionem ipſius ad Chriſtianam religionem voluerunt interficere;* Principium ejus eſt: Ἰωάννης Διάκονος

κονος διηγήσατό μοι λέγων, ὅτι φησὶν ἐν Ἀβερτεία τῇ πόλει τῆς Ἀρμβείας ποίμνια προβάτων εἰσὶ πολλά. συνέβη οὖν βόσκεσθαι τὰ ποίμνια ὑπὸ παίδων χριστιανῶν καὶ ἑβραίων τινὸς παιδὸς· &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 304 pag. 2 uſque ad fol. 305 pag. 2, aliud *Miraculum à Beatiſſimâ Virgine Deiparâ editum circa puerum quendam, qui, dùm in Eccleſiâ cantaret hymnum cherubinicum, derepentè mortuus eſt.* Principium ejus eſt: Γυνή τις εἶχε παιδίον ἀρσενικὸν, καὶ ἔβαλεν αὐτὸ ἵνα μανθάνῃ τὰ ἱερὰ γράμματα, &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 306 pag. 2 uſque ad fol. 308 pag. 1, *Canon Paſchalis*, recentiori manu in chartâ recentiori ſcriptus, & antiquis hujus Codicis folijs tegumenti loco in fine aſſutus, qui ab A. C. 1590. pertingit uſque ad annum 1609.

.CLXVI.

Centeſimus ſexageſimus ſextus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque *ducentis viginti quinque* folijs. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 45 pag. 2, *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Interrogationes & Reſponſiones de varijs Sacræ Scripturæ difficilibus locis*, unà cum *aliorum* quorundam *veterum Patrum* intermixtis & ſubjunctis *Expoſitionibus:* nempe (2) *S. Hippolyti Martyris* ἐκ τῶν ἑρμηνειῶν ῥητῶν τινῶν τῆς θείας γραφῆς; (3) *Euſebij* ἐκ τοῦ πρὸς Μαρῖνον; *S. Baſilij Magni* ex diverſis Operibus; *S. Ephræmi Syri* ex Oratione de extremo judicio; *(4) Nemeſij Epiſcopi* ex Libro de Naturâ hominis; *S. Gregorij Nazianzeni* ex diverſis Operibus; *S. Epiphanij* ex Panario ſive Opere adverſus hæreſes; *S. Joannis Chryſoſtomi* ex diverſis Operibus; *S. Cyrilli Alexandrini* ex diverſis Operibus; *Joannis Moſchi* ex Prato ſpirituali; *Michaelis Pſelli* de Sanctâ Trinitate & de Animâ. Citantur etiam ibidem aliquoties αἱ Ἀποστολικαὶ διατάξεις ſive *Conſtitutiones Apoſtolicæ*, quæ vulgò attribuuntur *S. Clementi Papæ*, maximéque notabilis inter illas eſt *Conſtitutio ſub nominibus SS. Apoſtolorũ* (5) *Petri & Pauli*; quâ ſancitur, ut ſervi *quinque diebus* cujuſque hebdomadis opus faciant, (6) *Sabbato* autem & *Die dominico* ferientur in Eccleſiâ propter doctrinam religionis. Ipſa tituli græci verba cum principio iſtius Conſtitutionis ſunt ibi hæc: Διάταξις Πέτρου καὶ Παύλου τῶν Ἀποστόλων. Ἐγὼ (7) Πέτρος καὶ Παῦλος διατασσόμεθα ἐργάζεσθαι τοὺς δού-

(1) *Fuit is olim extra numerum.* (2) *Vide ibi fol. 16 pag. 1.* (3) *Vide ibi fol 27 pag. 2.* (4) *Vide ibi fol. 2 pag. 2.* (5) *Vide ibi fol. 34 pag. 2 & fol. 35 pag. 1 & 2.* (6) *Vide* Conſtitutiones Apoſtolicas *quæ vulgò* S. Clementi Papæ *attribuuntur, lib 8 cap. 3: cum doctiſſimis R.* P. Franciſci Turriani S.I. *Notis; atq. inſuper ibidẽ conſule lib. 7 cap. 24, &* Card. Baronij *Annal. Eccleſiaſt. Tom. 1, an. 57 num. 206.* (7) *Ita ibi in hoc Codice MSto* Cæſareo *ſcriptum eſt, nempe* Ego Petrus & Paulus; *non autem vice verſâ* Ego Paulus & Petrus, *ut R.* P. Franciſcus Turrianus *in ſuis exemplaribus ſcriptũ reperit. Quâ de re vide ibi eruditiſſimã ipſius Annotationẽ pag. 263 editionis Antverp. Plantin. A. 1578 in folio. Conſule etiã V. CL.* Leonis Allatij *de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ conſenſione lib. 1 cap. 6, utpote ubi ex profeſſo prolixè & accuratè agitur de* plumbeis ſigillis *Diplomatũ Pontificũ Romanorũ & de alijs antiquis* Imaginibus, *in quibus* S. Paulus à dextrâ S. Petri *collocatus cernitur.*

δ' ἐλας ἡμέρας πέντε, σαββάτῳ δὲ καὶ κυριακῇ σχολάζειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας· τὸ μὲν γὰρ σάββατον εἴπομεν δημιουργίας λόγον ἔχειν, τὴν δὲ κυριακὴν, ἀναστάσεως· &c.

Secundò, & quidem à fol. 45 pag. 2 uſque ad fol. 48 pag. 2, *anonymi cujuſdam Autoris Epiſtolæ octo*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit: Τῷ Χαρτοφύλακι κυρῷ Νικηφόρῳ· Ἐκ τῆς ἀπηπάσης καὶ πολυημέρου μοι πλάνης ἐπαναστρέψαντι, τιμιώτατε δέσποτα, &c; *octava* autem ſive *ultima*, Τῷ μεγάλῳ Δομεστίκῳ· Ἐγὼ δὲ καὶ νεκρὸς ἤδη γενόμενος &c.

Tertiò, & quidem à fol. 49 pag. 1 uſque ad fol. 58 pag. 2, *anonymi cujuſdam Autoris Commentarius in Eccleſiaſten Salomonis*, cujus principium: Ἡ ἀμαθία ὥσπερ χαλεπῇ νόσῳ πολλὰ ἁμαρτήματα ἕπεται, ἡ δὲ παιδεία πάντα φέρει τὰ ἀγαθὰ &c.

Quartò, & quidem à fol. 59 pag. 1 uſque ad fol. 72 pag. 1, *Liber Sapientiæ Salomonis*, cujus principium: Ἀγαπήσατε δικαιοσύνην οἱ κρίνοντες τὴν γῆν, &c.

Quintò, & quidem à fol. 73 pag. 1 uſque ad fol. 77 pag. 1, *Salomonis Canticum Canticorum*: Ἆσμα ἀσμάτων, ὅ ἐστι τὸ Σολωμών. Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ, &c.

Sextò, & quidem à fol. 77 pag. 2 uſque ad fol. 97 pag. 2, *Proverbia Salomonis*: Παροιμίαι Σολομῶντος υἱοῦ Δαβίδ, ὃς ἐβασίλευσεν &c.

Septimò, & quidem à fol. 97 pag. 2 uſque ad fol. 132 pag. 1, *Sapientia Jeſu filij Sirach*: Πᾶσα σοφία παρὰ Κυρίου &c.

Octavò, & quidem à fol. 132 pag. 1 uſque ad fol. 151 pag. 2, *Liber Jobi*: Ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι ὁ ὄνομα Ἰώβ, &c.

Nonò, & quidem à fol. 152 pag. 1 uſque ad fol. 187 pag 1, *anonymi cujuſdam Autoris* Ἑρμηνεία *ſive Interpretatio variorum Veteris Teſtamenti Teſtimoniorum de Deitate & Incarnatione Chriſti.* Principium ejus eſt: (1) Ἀποκαλύψει ὁ Κύριος τὸν βραχίονα αὐτοῦ τὸν ἅγιον ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν, &c.

(1) *Vide Pſalmum Davidis* nonageſimum ſeptimum.

Decimò, & quidem à fol. 187 pag. 1 uſque ad fol. 195 pag. 1, *Sententiæ & Apophtegmata variorum Sapientum ordine alphabetico.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Γνῶμαι καὶ Ἀποφθέγματα κατ' ἐκλογὴν καὶ κατὰ στοιχεῖον διαφόρων σοφῶν. Ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις &c.

Vndecimò, & quidē à fol. 196 pag. 1 uſq; ad fol. 206 pag. 1, *Symeonis Archiepiſcopi Theſſalonicenſis ad pios quoſdā Cretenſes Comentarius de*

de divino Templo & de ijs, quæ eo continentur; ut & de Diaconis, Presbyteris & Epiſcopis, déq; Veſtibus, quibus unuſquiſq; eorũ utitur; ac deniq; de ſacroſanctâ Myſtagogiâ ſive Miſsâ, ejúſq; Cæremonijs. Ipſa tituli græci verba cum principio Libri ſunt hæc: Ἑρμηνεία ποιηθεῖσα τῷ ἁγιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Θεσσαλονίκης κυρῷ Συμεὼν περὶ τοῦ θείου Ναοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ, Ἱερέων τε πέρι καὶ Διακόνων, καὶ Ἀρχιερέων τε καὶ ὧν ἕκαστος τούτων στολῶν ἱερῶν περιβάλλεται· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς θείας Μυσταγωγίας λόγον ἑκάστῳ διδοῦσα ἐν αὐτῇ τελουμένων θείως, καὶ τοῖς ἐν Κρήτῃ εὐσεβέσι ζητήσασι ἀποσταλεῖσα. Ἐξ ἀγάπης θείας κεκινημένοι, &c. Primus hunc Librũ, ſed *latinè* tantùm, edidit R.P. *Jacobus Pontanus* S. J. in Appendice Operum *Symeonis Junioris Theologi*, Ingolſtadij typis Adami Sartorij A. 1603 in quarto editorum, à pag. 425 uſque ad pag 444; *græcè* autem & *latinè* edidit eundem R. P. *Jacobus Goar* O. P. in *Euchologio* ſive *Rituali Græcorum*; Pariſijs apud Symeonem Piget A. 1647 in folio edito, à pag. 212 uſque ad pag. 232.

Duodecimò, & quidem à fol. 206 pag. 1 uſque ad fol. 209 pag. 2, (1) *Hiſtoria de quodam Principe Judæorum* nomine *Theodoſio*, qui tempore *Imp. Juſtiniani* argentario cuidam Chriſtiano, nomine *Philippo*, patefecit vetuſtiſſimum & à Judæis ſummo ſtudio occultatum Templi Hieroſolymitani Teſtimonium publicum de Servatore noſtro JESU *Chriſto*, quòd is filius fuerit *Dei viventis & Mariæ, ante & poſt partum Virginis.* Ipſa tituli græci verba cum principio Narrationis ſunt ibi hæc: (2) Κατάθεσις Ἰουδαίου ὁμολογήσαντος τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος εἶναι καὶ τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, τῆς καὶ μετὰ τὸ γεννῆσαι μεινάσης παρθένου. Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ εὐσεβεστάτου Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ γέγονε τοιοῦτον. Ἐγένετό τις ἀρχηγὸς τῶν Ἰουδαίων· ὄνομα αὐτῷ Θεοδόσιος, πλείστοις δὲ τῶν Χριστιανῶν γνωστὸς ὑπῆρχε, καὶ αὐτῷ τῷ μνημονευθέντι Βασιλεῖ. κατὰ δὲ τοὺς χρόνους ἐκείνους &c. Eadem Narratio exſtat etiam apud *Suidam Lexicographum* ſub titulo Ἰησοῦς.

C L X V I I.

Centeſimus ſexageſimus ſeptimus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus, elegans & optimæ notæ in *quarto*, conſtátque folijs *ducentis ſexaginta ſex*, & eſt unus ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea*

(1) *Ejuſdẽ Hiſtoriæ meminit quoq;* Michael Glycas *in Epiſtolâ* 53, *ut ſuprà pag.* 158 *videre eſt.*

(2) *Similiter etiam apud* Suidam *in eadem Narratione legitur* Κατάθεσις *pro* Teſtificatione *ſeu* perhibitione teſtimonij *idéóque audiendi non ſunt* Hieronymus Wolfius *&* Æmilius Portus, *qui pro* Κατάθεσιν *perperàm legendum eſſe cenſent* συγκατάθεσιν. *hoc eſt,* conſenſum. *Vide ibi pag.* 1230 *&* 1232 *Tom.* 1 *edit gr. lat.* Æmilij Porti *Colon. Allobrog. A.* 1619 *in folio.* (3) *Fuit is olim extra numerum.*

ſareæ legavit. Continentur eo *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Expoſitio integra in omnes Pſalmos Davidis*, cujus Præfatio ibi inſcribitur atque incipit hoc modo: Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου ἑρμηνεία εἰς τοὺς ψαλμούς. Ἐμοὶ μὲν περὶ τῶν ἄλλων θείων λογίων καταθύμιον ἦν τοῦ μεγάλου Δαβὶδ ἑρμηνεῦσαι τὴν προφητείαν, &c. Eidem *Expoſitioni* ibidem *recentiori manu* in *chartâ* præfixi ſunt Στίχοι ἴαμβοι εἰς τὸ τοῦ Δαβὶδ ψαλτήριον, ſive, *Verſus Jambici in Pſalterium Davidis*, quorum principium: Δαβὶδ μελωδὲ μουσικῆς ἀποκρύφου, &c; item Ἕτεροι στίχοι λεγόμενοι περὶ τῶν ποιημάτων τοῦ Δαβὶδ, ſive, *alij Verſus de Poematibus Davidis*, quorum principium: Δαβὶδ μελωδέοντι τῆς ἐκκλησίας &c. Exſtant quoque illic itidem *recentiori manu* in *chartâ Euſebij Pamphili* ἑρμηνεία τοῦ Διαψάλματος τοῦ ψαλτηρίου, ſive, *Interpretatio Diapſalmatis*, & ejuſdẽ Ὑποθέσεις εἰς τοὺς ψαλμοὺς, ſive, *Argumenta generalia & ſpecialia in omnes & ſingulos Pſalmos*. Poſt *Expoſitionem* autem *Theodoreti in omnes Pſalmos* ſequitur à fol. 238 pag. 1 uſque ad fol. 265 pag. 2 æquè antiquâ manu in membranâ *Commentarius in varia Veteris & Novi Teſtamenti Cantica ſacra, ex variorum Veterum Patrum Operibus collectus*, nempe in *Cantica duo Moyſis* Exod. cap. 15 & Deuteronom. cap. 32, in *Canticum Hannæ matris Samuelis* lib 1 Reg. cap. 2, in *Orationem* ſeu *Canticum Habacuc Prophetæ*, in *Canticum Jonæ Prophetæ*, in *Canticum Eſaiæ Prophetæ* cap. 26 v. 9. Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει &c, in *Orationem Ezechiæ Regis* Ἐγὼ εἶπα ἐν τῷ ὕψει τῶν ἡμερῶν &c, in *Canticum trium puerorum apud Prophetam Danielem* cap. 3, in *Canticum Beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ* apud S. Lucam cap. 1, & in *Orationem Symeonis* Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλον σου &c. Sancti autem Patres alijque veteres Scriptores Eccleſiaſtici, quorum fragmenta ibi nominatim citantur, ſunt hi: *Euſebius Pamphili*, *Theodorus Heracleæ in Thraciâ Epiſcopus*, *S. Gregorius Nazianzenus*, *Didymus Alexandrinus*, *S. Gregorius Nyſſenus*, *S. Joannes Chryſoſtomus*, *S. Cyrillus Alexandrinus*, *Theodoretus Epiſcopus Cyrenſis*, *Heſychius Presbyter Hieroſolymitanus*, & *Severus Epiſcopus Antiochenus*, cujus *Opus contra Joannẽ Grammaticũ* cognomine *Philoponum* ibi fol. 249 pag. 2 citatur hoc modo: Ἐκ τοῦ κατὰ τὸν Γραμματικὸν λογ. γ´ κεφ. ε. Citatur etiam ibidem fol. 260 pag 2 & fol. 263 pag. 2 Εὐδόξιος Φιλόσοφος, per quem videtur intelligendus eſſe (1) *Eudoxius*, *Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus Arianus*, qui ſub *Imp. Conſtantio* A. C.

(1) *Vide Libri tertij horum Commentariorum pag. 233.*

359 Sedem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ per vim occupavit, & citatur in *Catenâ in Pſalterium*, qui exſtat in *Auguſtiſſimæ Bibliotheca Cæſareæ* Codice MSto Theologico Græco XVto. Cæterùm quod attinet ad tempus, quo Codex hic CLXVIImus ſcriptus eſt, illud in fine jam memorati *Commentarij in Veteris & Novi Teſtamenti Cantica ſacra*, & quidem fol 265 pag. 2 & fol. 266 pag. 1, manifeſtè indicatur per æquè antiquum *Canonem Paſchalem viginti ſeptem annorum* ab anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Orientalis 6740 uſque ad annum 6766, hoc eſt, ab anno Æræ Chriſtianæ 1232 uſque ad annum 1258.

CLXVIII.

Centeſimus ſexageſimus octavus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *octavo*, conſtátque folijs *quadringentis triginta quatuor*. Continentur eo hæc: (1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centeſimus vigeſimus octavus.

Primò, & quidē à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 392 pag. 2, *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Expoſitio in omnes Pſalmos Davidis*, cujus *Præfatio* inſcribitur atq; incipit hoc modo: Τοῦ μακαρίου Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου εἰς τοὺς ρν' ψαλμοὺς Ἑρμηνεία κατὰ λέξιν· οὗτος δὲ γέγονε μαθητὴς τοῦ Χρυσοστόμου. Ἐμοὶ μὲν περὶ τῶν ἄλλων θείων λογίων καταθύμιον ἦν τοῦ μεγάλου Δαβὶδ ἑρμηνεῦσαι τὴν προφητείαν, &c. Eſt autem hæc eadem Expoſitio, quæ etiam exſtat in proximè præcedenti Codice CLXVIImo.

Secundò, & quidem à fol. 392 pag. 2 uſq; ad fol. 434 pag. 2, *Commentarius in varia Veteris & Novi Teſtamenti Cantica ſacra*, qui quidem etiam exſtat in proximè præcedenti Codice CLXVIImo, ſed ſine *generali* aliquâ *Inſcriptione* ſive *Titulo*. In hoc autem poſteriori Codice inſcribitur is atque incipit hoc modo: Ἑρμηνεία τῶν ᾠδῶν ἐκ διαφόρων συλλεχθεῖσα παρὰ Εὐσεβίου Ἐπισκόπου Καισαρείας. (2) ᾨδὴ ἐστιν ἡ ἐν δόγμασιν ὀρθοῖς θεολογία, ἣν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ τοῦ τελείου ψυχὴ μεμελέτηκεν ἀναπέμπειν Θεῷ. (3) ᾨδὴ Μωϋσέως ἐν τῇ ἐξόδῳ. ᾨδή ἐστιν ὅσα θεωρίας ἔχεται ψιλῆς καὶ θεολογίας &c. Quod igitur in jã exhibitâ Inſcriptione *Euſebius Pamphili* Commentarium hunc collegiſſe traditur, id non de toto Commentario intelligendum eſt, ſed tantùm de illis Expoſitionibus, quæ cùm ex *ipſius*, tùm ex *Scriptorum Eccleſiaſticorum ipſo antiquiorum* Operibus ſunt deſumpta. Quæ enim in eodem Commentario ad *Autores Euſebio recentiores* pertinent, ea, ut in hujuſmodi Catenis plerumque fieri ſolet, poſt *primam collectionem Euſebianam* paulatim ab alijs pro libitu adjecta ſunt.

(2) Prima hæc Odæ definitio deeſt in proximè præcedenti Codice.

(3) Ab his verbis incipit hic Commentarius in proximè præcedenti Codice.

CLXIX.

Centeſimus ſexageſimus nonus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & optimæ notæ in *octavo*, conſtátque folijs *centum nonaginta quinque*. Continentur eo hæc:

Primò, Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Commentarius in Canticum Canticorum, cujus *Præfatio* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ μακαρίτου Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου ἑρμηνεία εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ἀσμάτων. Τῷ θεοφιλεστάτῳ Ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ Θεοδώρητος. Ἡ τῶν θείων λογίων ἐξήγησις δεῖται μὲν ψυχῆς κεκαθαρμένης, καὶ ῥύπου παντὸς ἀπηλλαγμένης, δεῖται δὲ καὶ διανοίας ἐπτερωμένης &c.

Secundò, Expoſitio paraphraſtica Cantici Canticorum, ex S. Gregorij Nyſſeni, S. Nili & S. Maximi Commentarijs collecta, & ſine diſtinctâ cujuſque Autoris mentione in unum corpus redacta; cujus *Præfatio* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἑτέρα ἑρμηνεία κατὰ παράφρασιν τοῦ Ἄσματος τῶν ἀσμάτων, συλλεγεῖσα ἀπό τε τῶν εἰς τοῦτο ἑρμηνειῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, τοῦ ἁγίου Νείλου, καὶ τοῦ ἁγίου Μαξίμου. Ἐπειδὴ καὶ τὰς Παροιμίας καὶ τὸν Ἐκκλησιαστὴν Σαλομὼν ᾖσεν, ἐν μὲν ταῖς Παροιμίαις ἀποτρεπόμενος μὲν ἀπὸ τοῦ κακοῦ, &c.

Tertiò, (2) *Michaelis Pſelli Commmentarius in Canticum Canticorum verſibus* (3) *politicis*, cum *Præfatione ſimili* ad Imperatorem Conſtantinopolitanum *Nicephorum Botaniatam*; cujus titulus & principium: Ἑτέρα ἐξήγησις εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ἀσμάτων ἐξηγηθεῖσα παρὰ τοῦ Ψελλοῦ διὰ στίχων πολιτικῶν.

Ἐπείπερ τὸ φιλομαθὲς τὸ σὸν, ὦ Στεφηφόρε,
Ἑρμηνευθῆναι γλίχεται &c.

Notandum autem eſt, jam memoratos *tres Commentarios in Canticum Canticorum*, nempe *Theodoreti*, τῶν γʹ πατέρων ſive *trium Sanctorum Patrum*, & *Michaelis Pſelli*, in antiquo hoc Codice MSto *Græco Cæſareo* eodem ordine & modo collocatos & ſibi invicem permixtos eſſe, ut videre eſt in *Operum Theodoreti editione latinâ*, impreſsâ Coloniæ Agrippinæ apud Joannem Birckmannum A. 1567 duo-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos trecenteſimus vigeſimus-ſecundus.*

(2) *Vide etiam Libri tertij horum Commentariorum pag.* 77.

(3) *Quales hi ſint* Verſus politici, *& cur ita appellentur, docet* R. P. Jacobus Goar O. P. *in Notis ſuis ad Georgij Codini Caput ſecundum de Officijs Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ pag. 43 his verbis*: In Verſibus Politicis numerus ſyllabarum ad cantum, non ad exactæ Poetices proſodiam obſervatur. Octava ſyllaba, ubi cæſura eſt, medium verſûs tenet; reliquæ ſeptem perficiunt. His recentiores ὁμοιοτέλευτα, pariter cadentium exitum, quem rhythmum dicimus, addidere. Politicos vocatos arbitror, quod vulgò Conſtantinopoli per compita canerentur; Πόλιν enim κατ' ἐξοχὴν & ſermonis contractionem Conſtantinopolim appellant; πολιτικὰ, quæcunque ibi nata, vel inde aſportata; πολίτην, Virum ex eâ ortum: vel certè, quòd amatoriæ meretriciæve Cantilenæ hujuſmodi compoſitionem habuerint, ἀπὸ τῆς Πολιτικῆς denominatione deductæ, quæ Mulierem, per Vrbem ſuo corpore quæſtum facientem, ſonat. *Hæc* R. P. Jacobus Goar. *Vide etiam* Ioannis Meurſij *Gloſſarium Græco-barbarum in voce* Πολιτικὴ, *ubi ſimiliter indicat* Meretrices publicas *ſive* Proſtibula populi *à Græcis recentioribus vocari* Politicas.

duobus Tomis in folio. Vide ibi Tomum primum à pag. 357 uſque ad pag. 447.

C L X X.

Centeſimus ſeptuageſimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque folijs *centum ſexaginta ſeptem*. Continetur eo *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Commentarius in Prophetam Ezechielem*, cujus titulus & principium: Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου ὑπόθεσις τῆς εἰς τὸν Προφήτην Ἰεζεκιὴλ Ἑρμηνείας. Οἱ μὲν τοῦ σώματος ὀφθαλμοὶ χρωμάτων καὶ χρωμάτων ἐδημιούργησαν δικασαὶ &c. Vide ſuprà citatam Operum *Theodoreti* editionem latinam Colonienſem Tom. I à pag. 514 uſque ad pag. 646.

(1) Fuit is olim extra numerum.

C L X X I.

Centeſimus ſeptuageſimus primus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque folijs *ducentis viginti*. Continetur eo *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Curatio Græcarum Affectionum*, ſeu, *Evangelicæ Veritatis ex Græcorum gentilium Philoſophiâ cognitio*, in *duodecim* Διαλέξεις ſive *Diſſertationes* diviſa. Ipſa tituli græci verba cum ſubjuncto *Indice duodecim Diſſertationum* ſunt ibi hæc: Τάδε ἐστὶν ἐν τῇδε τῇ Θεραπευτικῇ ἑλληνικῶν παθημάτων Θεοδωρήτου βίβλῳ. Διάλεξις α΄ περὶ Πίστεως· β΄ περὶ Ἀρχῆς· γ΄ περὶ Ἀγγέλων &c. Deſcriptus autem fuit hic Codex ex alio quodam pervetuſto Codice, quem *Petrus Patricius* (3) *Imp. Leoni* cognomine *Philoſopho* ſeu *Sapienti* obtulit atque dicavit *Epigrammate* ibidem præfixo; quod quoniam in ejuſdem Operis editione græco-latinâ, à *Friderico Sylburgio* ex duobus Codicibus MStis Palatinis & totidem Auguſtanis ſummo ſtudio adornatâ, & Heidelbergæ typis Hieronymi Commelini A. 1592 in folio editâ, non exſtat, publicâ tamen luce varias ob cauſas valdè dignum eſt, integrum illud hîc exhibeo.

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centeſimus decimus ſextus.

(3) Cœpit is imperare A. C. 889.

Ἐπίγραμμα.

Καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἄξιον μυσουργίας
Αὐτοκράτορ μέγιστε βιβλίον ΛΕΟΝ.
Φέρει γὰρ ἔνδον τῶν πρὶν ἑλλήνων, Ἄναξ,
Τὰς (4) σεμνοκομψοψευδομυθοπλασίας
Ἀνατραπείσας ἐκ σοφοῦ διδασκάλου·
Καὶ μὴν γε χρησμοὺς δεικνύει τοῦ Λοξίου
Νόθους, βεβήλους, ἀγκύλους, λαοπλάνους,
Ἐξ ὧνπερ οἱ πρὶν ἐζοφοῦντο τῇ πλάνῃ,

(4) Notabile vocabulum undecim ſyllabarum.

 Ἀπο-

Ἀποσφαλέντες πάντες εὐθείας τρίβου
Ἁπλῶς τε κοινῶς τῶν ἐκείνων δογμάτων
Τρανῶς ἐλέγχει τοῦτο τὴν γλωσσαλγίαν.
Ἀλλ' ὦ φαεινὸν ὄμμα τῆς οἰκουμένης,
Ἡ τῶν Ἀνάκτων πανσοφωτάτη λύρα,
Εἰς μῆκος ἔλθῃς εὐτυχεστάτων χρόνων,
Νίκας ἀνιστῶν εἰς ἀεὶ τρόπαιά τε
Συγκλητικοῖς ἅπασι σοῖς Βουμαλίοις
Πανηγυρίζειν ἐνδιδοὺς ἐτησίως·
Ἐμοὶ δὲ τῷ σῷ πατρικῷ παραστάτῃ
Πλέον κρατεῖν σε ΠΕΤΡΩ ΤΩ ΠΑΤΡΙΚΙΩ
Καὶ προσφιλῆ σοι προσκομίζειν βιβλίον.

CLXXII.

Centeſimus ſeptuageſimus ſecundus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátq; folijs *centũ viginti*, & ad (2) *Andream Darmarum Epidauriotam* olim pertinuit. Continetur eo *Andreæ, Cæſareenſis in Cappadociâ Archiepiſcopi, Commentarius in Apocalypſin S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ*; cujus *Præfatio* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀνδρέου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπιστολή. Κυρίῳ μου ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ. Πολλάκις αἰτηθεὶς παρὰ πολλῶν ἐξ ἀγάπης, μείζονα τῆς ἐμῆς δυνάμεως ὡς ἐσχηκότων ὑπόληψιν, &c. Ipſe autem *Commentarius* incipit his verbis: Ἀποκάλυψις μέν ἐστιν ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλωσις, καταυγαζομένου τοῦ ἡγεμονικοῦ εἴτε διὰ θείων ὀνειράτων εἴτε &c. Primus hunc Commentarium, ſed *latine* tantùm, edidit R.P. *Theodorus Peltanus* S. I. Ingolſtadij typis Davidis Sartorij A. 1584 in quarto. Eodem quoque modo exſtat idem *Commentarius* in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco-latinâ Pariſienſi anni 1654, Tom. I à columnâ 1529 uſque ad colum. 1622.

CLXXIII.

Centeſimus ſeptuageſimus tertius (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátq; folijs *centũ quinquaginta uno*. Continetur eo *Andreæ Cæſareenſis in Cappadociâ Archiepiſcopi Commentarius in Apocalypſin S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ*; ſed perperàm attribuitur *Origeni*, ut videre eſt ex titulo Præfationis, qui ibi eſt talis: Εἰς τὴν τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου Ἀποκάλυψιν ἐξήγησις ὨΡΙ-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducenteſimus nonageſimus ſeptimus.*

(2) *Vide ibi folij ultimi paginã primam, ubi is vocatur* Ἀνδρέας Ταρμᾶρος ὁ Ἐπιδαυριώτης. *ætaſq; ipſius indicatur per adjunctum annũ Chriſti 1560. Idẽ in Codice MSto Theologico Græco LXIII. is appellatur* Andreas Darmarius. *Vide Librum III horum Commentariorum pag. 110.*

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus trigeſimus primus,

'ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ, θαυμαςῶς τὴν ἀσάφειαν τάυτης εἰς φῶς παράγεϲα. Ipſa quoque *Præfatio* ibidem in principio eſt mutila; &, quaſi integra eſſet, incipit hoc modo: Προοίμιον. Πρῶτον μὲν οὖν, ὡς οἶδα καὶ αὐτὸς, πᾶϲα θεόπνευςος γραφὴ &c.

CLXXIV.

Centeſimus ſeptuageſimus quartus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque ſolijs *octoginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *Andreæ Cæſareenſis in Cappadociâ Archiepiſcopi Commentarius in Apocalypſin S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ*; ſed perperàm is ibi attribuitur *Methodio Monacho*, ut ex ſequenti *Inſcriptione* videre eſt: Ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου Ἀποςόλου καὶ Εὐαγγελιςοῦ Ἰωάννου τοῦ Ἠγαπημένου καὶ Θεολόγου, ὑπὸ ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ἑρμηνευθεῖσα. Similiter etiam ibidem in *fine* ejuſdem Commentarij legitur: Τέλος τῆς ἐξηγήσεως ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου Plura de hoc *Commentario in Apocalypſin* veróque ejus Autore vide ſuprà in Annotationibus ad duos proximè præcedentes Codices CLXXIIdum & CLXXIIItium, atque inſuper conſule *Poſſevini* Apparatum Sacrum & *Card. Bellarmini* Librum de Scriptoribus Eccleſiaſticis cum *Miræi* & *Labbæi* Auctarijs. Notandum prætereà eſt, in eodem hoc Codice MSto *Cæſareo*, & quidem fol. 1 pag. 1, exſtare etiam *Fragmentum Diſputationis S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini cum Ario Hæreſiarchâ in Concilio Nicæno habitæ*, à verbis *Arij*, (2) ἐγὼ γὰρ πάντα τὰ ἐνδύματα τῆς πλάνης ἀποδυϲάμενος &c, uſque ad finem verborum *S. Athanaſij* & ſimul totius Diſputationis, καθὼς ἔφη ἡ ἀλήθεια.

(1) *Fuit & olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducenteſimus trigeſimus.*

(2) *Vide Operum S. Athanaſij editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. I pag. 148.*

CLXXV.

Centeſimus ſeptuageſimus quintus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* in *folio*, conſtátque folijs *trecentis quindecim*, & anno Chriſti 1563 à quodam *Michaele* exaratus eſt. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 136 pag. 1, *Procopij, Sophiſtæ Chriſtiani, Commentarius in Geneſin*, cujus *Præfatio* inſcribitur atque incipit hoc modo: Εἰς τὴν Γένεσιν τῶν ἐκλογῶν ἐπιτομῆς Προκοπίου χριςιανοῦ σοφιςοῦ Προοίμιον. Ἤδη μὲν καὶ πρότερον Θεοῦ τὸ δυνατὸς χορηγήσαντος τὰς καταβεβλημένας ἐκ τῶν Πατέρων καὶ τῶν ἄλλων εἰς τὴν ὀκτάτευχον ἐξηγήϲεις συνελεξάμεθα, &c.

(3) *Fuit & olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducenteſimus nonageſimus tertius.*

Secundò, & quidem à fol. 137 pag. 1 uſque ad fol. 158 pag. 1, *Plotini, Philoſophi Platonici celeberrimi, Vita & Librorum ab eodem ſcriptorũ Catalogus autore Porphyrio.* Ipſa tituli græci verba unà cũ principio Narrationis ſunt hæc: Πορφυρίου εἰς τὸν βίον τοῦ Πλωτίνου. Πλωτῖνος ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος, ἐῴκει μὲν αἰσχυνομένῳ, ὅτι ἐν σώματι εἴη. ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης διαθέσεως &c. *Vita* hæc græcè & latinè præfixa eſt Operibus *Plotini*, cum latinâ *Marſilij Ficini* Interpretatione & Commentatione editis Baſileæ typis Petri Pernæ A. 1580 in folio.

Tertiò, & quidem à fol. 158 pag. 2 uſque ad fol. 240 pag. 1, *Operum Philoſophicorum Plotini Enneas prima integra, & Enneadis ſecundæ libri ſex priores.* Vide ſuprà citatam Operum *Plotini* editionem græco-latinam à pag. 1 uſque ad pag. 182.

Quartò, & quidem à fol. 241 pag. 1 uſque ad fol. 315 pag. 2, *Nemeſij, Emeſeni in Phœniciâ Epiſcopi, Liber de Naturâ hominis*; cujus titulus & principium: Νεμεσίου Ἐπισκόπου Ἐμίσης περὶ φύσεως ἀνθρώπου λόγος κεφαλαιώδης. Κεφάλαιον α΄. Τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος &c. In *Nicaſij Ellebodij* editione hujus Opuſculi græco-latinâ, A. 1565 Antverpiæ typis Plantinianis in octavo impreſſâ, ut & in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco-latinâ Pariſienſi anni 1654, Tom. XII à pag. 708 uſque ad pag. 804, conſtat illud *Capitibus quadraginta quatuor*; in hoc autem Codice MSto *Cæſareo* exſtant tantùm *Capita quadraginta unum*, quorum *ultimum* inſcribitur, Διὰ ποίαν αἰτίαν ἀντεξούσιοι γεγόναμεν. Reliqua enim *tria* ibi deſunt.

CLXXXVI.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducenteſimus nonageſimus nonus.

Centeſimus ſeptuageſimus ſextus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátq; folijs *centũ undecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 2 pag. 1, *S. Baſilij Magni Precatio ad Chriſtum*, cujus titulus & principium: Εὐχὴ τοῦ μεγάλου Βασιλείου εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ μόνος ἔχων ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας ἀνθρώπων &c.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1 uſque ad fol. 3 pag. 2, *Precatio ad Beatiſſimam Virginem Deiparam*, cujus titulus & principium: Ἑτέρα εὐχὴ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον τὰυ ὡραῖα. Παρθένε

Δέ-

Δέσποινα Θεοτόκε, ἡ Θεὸν Λόγον κατὰ σάρκα γεννήσασα, οἶδα μὲν οἶδα, ὡς οὐκ ἔστιν (1) εὐπρεπὲς οὐδὲ εὔλογον, ἐμὲ τὸν οὕτω ῥυπαρὸν καὶ ἀκάθαρτον εἰκόνα καθορᾷν σοῦ τῆς ἁγνῆς, σοῦ τῆς ἀειπαρθένου, σοῦ τῆς σῶμα καὶ ψυχὴν ἐχούσης καθαρὰ καὶ ἀμόλυντα· δίκαιον γάρ ἐστιν &c. Eadem Oratio exſtat quoque in Codice MSto Theologico Græco *ſeptuageſimo ſexto*, ut Libri *tertij* horum Commentariorum pagina 151 videre eſt.

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 1 uſque ad fol. 81 pag. 2, *B.* (2) *Dorothei Archimandritæ* ſive *Abbatis Doctrinæ Aſceticæ novendecim*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: (3) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Δωροθέου Διδασκαλίαι διάφοροι πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς, ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ ἐκ τῆς τοῦ Ἀββᾶ Σερίδου, καὶ τὸ ἴδιον σὺν Θεῷ συστησαμένου μοναστήριον, μετὰ τὴν τοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ προφήτου τελευτήν, καὶ τέλειον σιωπὴν τοῦ Ἀββᾶ Βαρσανουφίου. Λόγος ά περὶ ἀποταγῆς. Ἐν ἀρχῇ ὅτε ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, &c. Decima nona autem Διδασκαλία ſive Doctrina inſcribitur atque incipit hoc modo: (4) Περὶ τοῦ ἔχοντος τὴν διακονίαν τοῦ κελλαρείου. Ἐν θυμῷ καὶ μνησικακίᾳ περιπίπτειν οὐ θέλεις, &c. Iiſdem *Doctrinis aſceticis* præfixa ibi ſunt à Fol. 5 pag. 1 uſque ad fol 9 pag. 2 *anonymi cujuſdam Autoris Prolegomena de Vitâ B. Dorothei & primi ipſius diſcipuli B. Doſithei*, quorum principium: (5) Ὁ μακάριος ὄντως καὶ μέγας Ἀββᾶς Δωρόθεος τὸν μονήρη σὺν Θεῷ βίον ἀσπασάμενος, εἰς τὸ τοῦ Ἀββᾶ Σερίδου κοινόβιον ἀνεχώρησεν. ἔνθα μεγάλους τινὰς καὶ πολλοὺς εὗρεν ἡσυχάζοντας· ἐν οἷς ἦσαν διαπρέποντες δύο μεγάλοι γέροντες, ὅ τε ἁγιώτατος Βαρσανούφιος καὶ ὁ αὐτοῦ μαθητὴς ἤτοι συνασκητὴς ὁ Ἀββᾶς Ἰωάννης ὁ ἐπικληθεὶς Προφήτης διὰ τὸ διορατικὸν χάρισμα, ὃ εἶχε παρὰ Θεοῦ· &c. In fine autem ijſdem *Doctrinis aſceticis* annexa eſt *S. Nili Querela de Pſeudo-monachis mendicandi causâ paſſim divagantibus*; cujus titulus & principium: Περὶ τῶν κυκλευόντων μοναχῶν ἕνεκα χρημάτων· Νείλου. Ὁ πρώην περιπόθητος καὶ ἄγαν περίβλεπτος τῶν μοναζόντων βίος, νῦν δὲ βδελυρὸς γέγονεν καθὼς ὁρῶ· διὸ βαροῦνται μὲν πᾶσαι πόλεις καὶ κῶμαι ὑπὸ τῶν ψευδομοναχῶν, περιερχομένων καὶ περιτρεχόντων μάτην &c. Quâ finitâ *S. Nili Querelâ*, ſequitur tandem *anonymi cujuſdam Autoris Annotatio de duobus diverſis Barſanuphijs & totidem diver-*

(1) In Codice MSto Theologico Græco LXXVIIo pro εὐπρεπὲς legitur εὐπρεπές. Vide Lib. 3 horũ Comment. pag. 151.

(2) Vide ſuprà Codicem CLXV, num. 14, 15 & 16.

(3) Vide Magnam Bibliothecã Veterum Patrũ græco-latinam Pariſienſẽ Tom. XI pag 748.

(4) Vide ibidẽ Tom. XI pag. 849. ubi hæc eſt Doctrina decima octava.

(5) Exiguum hujus ſatis prolixæ Narrationis fragmentum exſtat ſuprà in Codice CLXV, num. 14. Ejuſdem quoq; Narrationis, & nominatim quidem τοῦ μακαρίου Δωροθέου, fit mentio in ſuprà ci-

ista Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum Tomo XI, pag. 747.

verſis Dorotheis, incipitque ea his verbis: (1) Ἰστέον τῶν ἀναγνωσκόντας ἐν τῇδε τῇ ψυχωφελεῖ βίβλῳ, ὅτι δύο γεγόνασι Δωρόθεοι καὶ δύο Βαρσανούφιοι· &c.

Quartò, & quidem à fol. 82 pag. 1 uſque ad fol. 85 pag. 1, *Euſebij, Emeſeni in Phœniciâ Epiſcopi, Oratio contra Judæos*, cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ΕΥΣΕΒΕΙ͂ΟΥ Ἐπισκόπου πρὸς τῶν Ἰουδαίους κατασυλλογισμός. Δίκαιον ἡμῖν σήμερον, ἀγαπητοὶ, τοῦ χθὲς εἰρημένου λόγου ἐπισκέψασθαι, καὶ ἰδεῖν τὴν τοῦ διαβόλου καὶ τοῦ ᾅδου συμβολὴν πρὸς τῶν Ἰουδαίους κατὰ τοῦ Κυρίου. ἀκούσας γὰρ ὁ διάβολος τοῦ Κυρίου εἰπόντος, περίλυπος ἐστὶν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου, ἐνόμισεν ὅτι τὸν θάνατον ἐφοβήθη, καὶ τὸν σταυρὸν ἐδειλίασε, καὶ δραμὼν πρὸς τὸν ᾅδην εἶπεν· ἀδελφὲ ᾅδη, γενοῦ ἕτοιμος, καὶ εὐτρέπισόν μοι τόπον, ὅπως κατακλείσωμεν τὸν Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστὸν, ὃν &c. Meminit hujus Orationis contra Judæos *S. Hieronymus* Libri de Scriptoribus Eccleſiaſticis capite nonageſimo primo, ubi de *Euſebio Emeſeno* agit his verbis: *Euſebius, Emeſenus Epiſcopus, elegantis & rhetorici ingenij, innumerabiles, & qui ad plauſum populi pertinent, confecit libros, magiſq; hiſtoriam ſecutus, ab his, qui declamare volunt, ſtudioſiſſimè legitur; è quibus vel præcipui ſunt adverſum JUDÆOS & Gentes, & ad Novatianos & ad Galatas* Ὑποθέσεων *libri decem, & in Evangelia homiliæ breves, ſed plurimæ. Floruit temporibus Conſtantij Imperatoris, ſub quo & mortuus, Antiochiæ ſepultus eſt.* Hucuſque *S. Hieronymus*.

Quintò, & quidem à fol. 85 pag. 1 uſq; ad fol. 88 pag. 1, *Georgij Mytilenæi Oratio de Paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti*; cujus titulus & principium: Τοῦ μακαριωτάτου Πατρὸς ἡμῶν Γεωργίου Μυτιληναίου λόγος εἰς τὰ ἅγια πάθη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Σήμερον ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ ἡμεῖς ἑορτὴν ἄγωμεν. σήμερον ἡ κτίσις ὅλη τρέμει καὶ κλονεῖται διὰ τὴν παρανομίαν τῶν Ἰουδαίων, &c. Plura de hâc Oratione vide Libri *primi* horum Commentariorum pag. 136.

Sextò, & quidem à fol. 88 pag. 1 uſque ad fol 90 pag. 2, *anonymi cujuſdam Autoris Narratio de Andronico Abbate & uxore ejus Anaſtaſiâ*; cujus titulus & principium: Ἐξήγησις πάνυ θαυμαστὰ περὶ τοῦ Ἀββᾶ Ἀνδρονίκου καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὄνομα αὐτῆς Ἀθανασία. Ἦν τις ἀνὴρ ὀνόματι Ἀνδρόνικος, ἔχων δὲ γυναῖκα ὀνόματι Ἀθανασίαν· ὑπῆρχον δὲ ζεῦγος ἅγιον καὶ ἄμεμπτον ἐκ πόλεως Ἀντιοχείας· ἦν γὰρ ἀργυροπράτης τῇ τέχνῃ, &c.

(1) *Vide ſuprà citatam Magnam Bibliothecam Veterum Patrum Tom. XI pag. 744.*

Septi-

Septimò, & quidem à fol. 90 pag. 2 uſque ad fol. 106 pag. 1, *Joannis Stauracij, Chartophylacis Theſſalonicenſis, Oratio de Miraculis S. Demetrij Proconſulis*, qui, ut Martyrologij Romani d. VIII Octobris legitur, cùm plurimos ad Chriſti fidem perduceret, *Imp. Maximiani* juſſu *Theſſalonicæ* lanceis confoſſus, martyrium conſummavit. Ipſa tituli græci verba cum principio *Exordij* ſunt hæc: Ἰωάννου Χαρτοφύλακος Θεσσαλονίκης τοῦ Σταυρακίου λόγος εἰς τὰ θαύματα τοῦ μυροβλύτου καὶ μεγάλου Δημητρίου. Ὁ λόγος τῷ μυροῤῥόᾳ Δημητρίῳ τὰ θαύματα. ποῦ γὰρ δίκαιον τὴν τοσαύτην τῶν θαυμάτων πηγὴν μὴ καὶ λόγοις δημοσιεύεσθαι, καὶ διηγήμασιν ἐπ' ἐκκλησίας παῤῥησιάζεσθαι, καὶ ταῖς χερσονύμων ἀκοαῖς τὸν τοσοῦτον πλοῦτον ἐνθησαυρίζεσθαι. εἰ γὰρ πᾶσα φύσις &c. Finito hoc integrorum trium foliorum *Exordio*, ſequitur fol. 94 pag. 1 ipſa *Miraculorum Narratio* his verbis: Ἀρχώμεθα οὖν τὰ τοῦ παμμεγίστου Μάρτυρος θαύματα. Νεωκόρος τις, ὀνόματι Ὀνησιφόρος, ἐπεπίστευτο τοῦ μάρτυρος καὶ μεγάλου Δημητρίου τὴν λάρνακα, &c. Plura de hâc *Joannis Stauracij Oratione* vide Libri *primi* horum Commentariorum pag. 136 & 137; atque inſuper conſule V. CL. *Leonis Allatij Diatribam de Symeonum Scriptis* pag. 102, ubi illius ſimiliter fit mentio.

Octavò, & quidem à fol. 106 uſque ad fol. 111, *Martyrium S. Demetrij Proconſulis*, quod inſcribitur atque incipit hoc modo: Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου τοῦ μυροβλύτου. Εἶχε μὲν τὰ τῶν Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος, πολὺ κατὰ Χριστιανῶν πνέων καὶ φρυαττόμενος, εἰδωλικῆς δὲ πλάνης &c. Plura de hoc *S. Demetrij Martyrio* vide Libri *primi* horum Commentariorum pag. 137, atque inſuper conſule V. CL. *Leonis Allatij Diatribam de Symeonum Scriptis* pag. 126, ubi illud ipſi *Symeoni Metaphraſtæ* aſſeveranter attribuitur. Confer etiam hoc *Martyrium* cum *altero* illo *ejuſdem Sancti Martyrio*, quod exſtat (1) ſuprà in Codice CLImo num. 34.

(1) *Vide ſupra pag.* 133.

CLXXVII.

Centeſimus ſeptuageſimus ſeptimus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, elegans, & optimæ notæ in *quarto*, conſtátque folijs *ducentis nonaginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit ò olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* quinquageſimus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 3 pag. 1, *Joannis Præfecti ſive Abbatis Rhaithi Epiſtola ad Joannem cognomine Climacum, Præfectum ſive Abbatem Montis Sina, quâ illum rogat, ut*

 com-

componat Scalam Paradiſi. Ipſa tituli græci verba cum principio *Epiſtolæ* ſunt hæc: Ἐπιστολὴ τοῦ (1) Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τῆς Ῥαϊθοῦ πρὸς Ἰωάννην ἀξιάγαστον τοῦ Σιναίου ὄρους ἡγούμενον. Τῷ ὑπερφυεστάτῳ καὶ ἰσαγγέλῳ Πατρὶ πατέρων καὶ διδασκάλῳ τῷ ὑπερλίαν ὁ ἁμαρτωλὸς Ἰωάννης, τοῦ Ῥαϊθοῦ ἡγούμενος, ἐν κυρίῳ χαίρειν. Γινώσκοιτες ἡμεῖς ὦ εὐτελεῖς &c.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1 uſque ad fol. 6 pag. 1, *Joannis Climaci ad præcedentem Epiſtolam Epiſtola reſponſoria*, cujus titulus & principium: Ἀντίγραμμα τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Σιναίου ὄρους καθηγητοῦ. Ἰωάννης Ἰωάννῃ χαίρειν. (2) Ἀπεδεξάμην ὡς πρέπουσαν τῷ σεμνῷ σου &c.

Tertiò, & quidem fol. 6 pag. 1 & 2, *Prologus in Vitam Joannis Climaci*, quo etiam continetur *Comparatio triginta graduum Scalæ Paradiſi cum triginta annis Vitæ Chriſti uſque ad Baptiſmum.* Titulus ejus cum principio eſt: Ἐπίγραμμα εἰς τὴν θείαν καὶ ἱερὰν Κλίμακα. (3) Ἐσκόπησεν ὄντως ἀρίστως μάλα, &c.

Quartò, & quidem à fol. 6 pag. 2 uſque ad fol. 13 pag. 2, *Vita Joannis Climaci, à Daniele Monacho Rhaitheno conſcripta*, cujus titulus & principium: Βίος ἐν ἐπιτομῇ τοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τοῦ ἁγίου ὄρους τοῦ Σινᾶ, τοῦ ἐπίκλην Σχολαστικοῦ, τοῦ ἐν ἁγίοις ἀληθῶς, συγγραφεὶς ὑπὸ Δανιὴλ ταπεινοῦ μοναχοῦ Ῥαϊθηνοῦ. Τὸ μὲν τίς ἡ ἐνεγκαμένη τὸν γεννάδαν καὶ ἐκθρέψασα &c.

Quintò, & quidem à fol. 13 pag. 2 uſque ad fol. 15 pag. 1, *anonymi cujuſdam Autoris Præfatio in Joannis Climaci Scalam Paradiſi cum ſubjuncto Indice triginta ejus Graduum, ſive triginta Capitum*, in quæ totum illud Opus aſceticum diviſum eſt. *Præfatio* iſta inſcribitur ibi atque incipit hoc modo: Κλίμαξ θείας ἀνόδου. Τοῖς ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς ἐν οὐρανοῖς ἀπογραφῆναι &c.

Sextò, & quidem à fol. 15 pag. 1 uſque ad fol. 268 pag. 1, *Joannis Climaci Scala Paradiſi, in triginta Gradus diviſa*, cujus titulus & principium: Λόγος ἀσκητικὸς τοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τῶν ἐν τῷ Σινᾶ ὄρει μοναχῶν, ὃν καὶ ἀπέστειλε τῷ Ἀββᾷ Ἰωάννῃ τῷ ἡγουμένῳ τοῦ Ῥαϊθοῦ, προτραπεὶς παρ' αὐτοῦ συντάξαι. Τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ὑπεραγάθου καὶ παναγάθου ἡμῶν Θεοῦ καὶ Βασιλέως, &c.

Septimò, & quidem à fol 268 pag. 2 uſque ad fol. 290 pag. 2, ejuſdem *Joannis Climaci Liber ad Paſtorem*, cujus titulus & principium: (4) Λόγος πρὸς τὸν ποιμένα. Ἐν τῇ μὲν κάτω βίβλῳ ἔγω-

γε

(1) In editione Operum Joannis Climaci græco-latinâ R. P. Matthæi Raderi S. I., Lutetiæ Pariſiorum ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy A. 1633 in folio impreſſâ, pro Ἀββᾶ legitur ἁγιω. Vide ibi Iſagoges caput quartum.

(2) In jam citatâ Operum Joannis Climaci editione pro Ἀπεδεξάμην legitur Ὑπεδεξάμην.

(3) In ſuprà citatâ Operum S. Joannis Climaci editione Raderianâ eſt Prologus hic perperàm collocatus in fine Indicis Capitum Scalæ Paradiſi, cùm reverà debuiſſet præfigi Vitæ Joannis Climaci, ut in Codice hoc MSto Cæſareo.

(4) Vide ſuprà citatam Operum Joannis Climaci editionem græco-latinam Raderianam pag. 463.

γέ σε, θεσπέσιε Πάτερ, πάντων ἔσχατον τέταχα· &c. In fine autem hujus Libri & ſimul totius Codicis exſtat hæc ſubſcriptio: Τέλος σὺν Θεῷ τῆς βίβλου τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ τῆς Κλίμακος· οὗ ταῖς πρεσβείαις σῶσον ἡμᾶς ὁ Θεός.

Quod reſtat, minimè dubium eſt, quin *Operum Joannis Climaci editio græco-latina*, à R. P. *Matthæo Radero* S. I. adornata, & Lutetiæ Pariſiorum ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy A. 1633 in folio impreſſa, beneficio præſtantiſſimi hujus Codicis MSti *Cæſarei* plurimùm poſſit meliorari.

CLXXVIII.

Centeſimus ſeptuageſimus octavus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus, elegans, & bonæ notæ in *octavo*, conſtátque folijs *ducentis octoginta novem*. Continentur eo hæc:

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ſeptuageſimus quintus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 266 pag. 2, *Joannis Climaci Scala Paradiſi* cum Præfixis *Joannis Abbatis Rhaitheni* & *Joannis Climaci Epiſtolis mutuis*, ut & *Vitâ Joannis Climaci à Daniele Monacho Rhaitheno* conſcriptâ, cæteriſq; *Prolegomenis*, quæ exſtant in proximè præcedenti Codice CLXXVIImo.

Secundò, & quidem à fol. 267 pag. 1 uſque ad fol. 288 pag. 2, ejuſdem *Joannis Climaci Liber ad Paſtorem* eodem modo, ut in proximè præcedenti Codice.

Tertiò, & quidem fol. 289 pag. 1, *Subſcriptio*, quâ *Nicephorus*, (2) *Tachygraphus* & *Anagnoſtes*, hoc eſt, *Notarius* & *Lector*, indicat & teſtatur ſe Codicem hunc manu ſuâ exaràſſe anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Orientalis 6794, hoc eſt, anno Chriſti 1286. Ipſa verba græca ſunt hæc: Ἐτελειώθη ἡ παροῦσα πυκτὶς διὰ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ χειρὸς ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ἁμαρτωλοῦ, Ταχυγράφου καὶ Ἀναγνώστου, μηνὶ Αὐγούστῳ ἔτους ͵ςψ ἐννενηκοστοῦ δʹ. Cæterùm etiam hic Codex MStus *Cæſareus* digniſſimus eſt, ut ſuprà memorata *Operum Joannis Climaci* editio græco-latina *Raderiana* cum eo diligenter & accuratè conferatur.

(2) De vocabulo hoc Ταχυγράφος vide ſuprà pag. 124.

CLXXIX.

Centeſimus ſeptuageſimus nonus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, ſed partim à blattis & tineis, partim ab aquâ marinâ miſerè deformatus, conſtátque nunc folijs *centum quinquaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centeſimus ſeptuageſimus quintus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 119 pag. 1, *Joannis Cli-*

Climaci Scala Paradiſi cum anonymi cujuſdam Autoris antiquis Scholijs Græcis marginalibus. Præfixa quidem illi etiam ibi ſunt eadem *Prolegomena*, quæ exſtant in duobus proximè præcedentibus Codicibus MStis, nempe *Vita Joannis Climaci, & Epiſtola Joannis Abbatis Rhaiti ad eundem Climacum cum ipſius Epiſtolâ reſponſoriâ*; ſed, quod ad jam memoratam *Vitam* attinet, ea in hoc Codice MSto non mediocriter variat, ut ex ſubjuncto *Prologi* principio videre eſt: Προθεωρία τῆς ἁγίας Κλίμακος. Ὁ τὴν ἰσάριθμον ἡμῖν τῆς κατὰ σάρκα ἡλικίας ἀνάβασιν τεκτηνάμενος, καλῶς ὄντως ἐσκόπησε. τῆς τελειότητος γὰρ τῆς αὐτοῦ τριάκοντα ἐνιαυτῶν συμβολικὴν ἐδείματο κλίμακα· ἧς καὶ ἡμεῖς τὸν κύριον χρόνον &c. Ipſa deinde *Vita* ſine ullâ mentione (1) *Danielis Monachi Rhaitenſis* inſcribitur atque incipit hoc modo: Βίος ἐν ἐπιτομῇ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου καθηγουμένου τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ, τοῦ λεγομένου Σχολαστικοῦ, τοῦ καὶ συγγραψαμένου τὰς πνευματικὰς ταύτας πλάκας ἤγουν τὴν Κλίμακα. Ἥ τις μὲν ἐστὶν ἡ τὸν θεῖον ἄνδρα τοῦτον ἐνεγκαμένη πόλις καὶ τρεψαμένη περὶ τῆς ἀθλητικῆς αὐτοῦ καὶ ἀσκητικῆς διαγωγῆς, οὐκ ἔχω λέγειν ἐπεσκεμμένως τε καὶ ἠκριβωμένως, τὴν δὲ νῦν αὐτὸν φέρουσαν &c; definit autem his verbis: ἔξωθεν μὲν πρακτικά, ἔσωθεν δὲ θεωρητικά, περιεχούσας (2) διδάγματα. Hinc porrò immediatè ibi ſequitur *Georgij Monachi*, qui Codicem illum propriâ manu ſcripſit, *Apologia* ſive *Defenſio hujus à ſe exarati Codicis*; quæ quoniam nec in alijs Codicibus MStis *Cæſareis*, nec in ſuprà memoratâ Operum *Joannis Caſſiani* editione græco-latinâ *Raderianâ* exſtat, idcircò exhibetur ea hîc à me integra: Παρακαλῶ σου ἐντευξομένους τῇ θείᾳ ταύτῃ καὶ ἱερᾷ βίβλῳ, καὶ διὰ ζῆλον θεοσεβείας ὀξύτερον τοῖς ἐν αὐτῇ νοήμασιν ἐπιβάλλοντας, καὶ μελέτην ἔμμονον σου ἐνθαῦτα ποιουμένους λόγους, μὴ μέμψασθέ μοι τῷ ἀφυεῖ ΚΑΛΛΙΓΡΑ'ΦΩ εἴτινα τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων καὶ ὀνομάτων ἀπήλλαξαν. οὐ γὰρ ὥς τι καινότερον δεικνύμενος ἐποίησα τοῦτο, ἀλλ' εἰδὼς, ὅτι πολλὰ παρὰ τῆς ἀμαθίας τῶν κατὰ καιροὺς γραφόντων παρεποιήθη, καὶ ζῆλον καὶ αὐτὸς ἔχων ὑπὲρ τοῦ ἁγίου τούτου Πατρὸς, καὶ δακνόμενος εἰ τίς ποτε μέμψαιτο τοῖς ἐνθαῦτα λόγοις τῶν ἐπιλόγοις φρονούντων· ὅσα ἠδυνήθην, ἐπεσκεψάμην, φροντίσας μὲν τοι μετὰ πάσης ἐπιμελείας τοῦ πατρικοῦ χαρακτῆρος, καὶ τῷ σκοπῷ αὐτοῦ παρακολουθήσας ἐν ἀκριβείᾳ. μὴ οὖν τίς μοι μεμψέσθω τούτου χάριν, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπερευχέσθω τῆς ἀθλίας μου ψυχῆς τοῦ ἁμαρτωλοῦ ΓΡΗΓΟΡΙ'ΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ.

[Margin: (1) Vide ſuprà pag. 186.]

[Margin: (2) In alijs Codicibus MStis & in editione impreſsâ Raderianâ pro διδάγματα legitur συνάγματα.]

Secundò, & quidem à fol. 119 pag. 1 uſque ad fol. 129 pag. 1, ejuſ-

ejuſdem *Joannis Climaci Liber ad Paſtorem*, itidem cum anonymi cujuſdam Autoris antiquis *græcis Scholijs* marginalibus.

Tertiò, & quidem à fol. 129 pag. 2 uſque ad fol. 153 ſive ultimum, *varia variorum Autorum Opuſcula aſcetica*, multis locis haud amplius legibilia: nempe *S. Ephræmi Syri* Κατήχησις περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀνοχῆς, cujus principium: Ἤδη καιρὸς ἐπείγει ἡμᾶς εἰς τὴν ἐργασίαν τῆς αἰωνίου ζωῆς &c; *S. Barſanuphij* Reſponſa ad varias ſibi propoſitas Interrogationes; *S. Macarij Abbatis* Paræneſis, cujus principium, Ἀγὼν πολλοῦ &c; *Dialogus aſceticus inter Juvenem & Senem*, cujus titulus & principium: Ἐρώτησις νέου πρὸς γέροντα. Ποίᾳ τέχνῃ καταφυγεῖν δύναται ὁ λογισμὸς πρὸς Θεὸν πάτερ; Ἀπόκρισις· Ἐάν σοι λογισμὸς πορνείας &c; *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini* Paræneſis aſcetica, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου λόγος. Ἀδελφέ μου εἰ ἀπετάξω τῷ κόσμῳ, καὶ δέδωκας ἑαυτὸν τῷ Χριστῷ, τί πάλιν ἐν τῷ κόσμῳ ἀναστρέφεσθαι θέλεις; εἰ συναπέθανες τῷ Χριστῷ, &c.

CLXXX.

Centeſimus octogeſimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque folijs *centum triginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidẽ fol. 1 pag. 1 & 2, *Fragmentũ Orationis S. Joannis Chryſoſtomi in Pſalmi 38 verſum ſeptimum*, Πλὴν μάτην ταράσσεται πᾶς ἄνθρωπος ζῶν &c; cujus principium: (2) Περιτρέπεται καὶ κόλπος βυθὸς ἀλιεία, &c.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1 uſque ad fol. 125 pag. 2, *Joannis Climaci Scala Paradiſi cum anonymi cujuſdam Autoris antiquis Scholijs Græcis marginalibus*, & præfixis *Joannis Abbatis Rhaiteni & Joannis Climaci Epiſtolis mutuis*, ut & *Vitâ Ioannis Climaci à Daniele Monacho Rhaiteno conſcriptâ*. *Prologus Vitæ*, ut ſuprà in Codicibus CLXXVIImo & CLXXVIIIvo, incipit: Ἐσκόπησεν οὕτως ἀρίστως μάλα &c; *Vita* autem ipſa, Τὸ μὲν τις ἡ ἐνεγκαμένη τὸν θαυμάσιον καὶ ἐνθρέψασα &c. Notabile porrò eſt, eidem *Scalæ Paradiſi* in hoc Codice MSto præter Prolegomena, quæ in præcedentibus Codicibus MStis CLXXVIImo & CLXXVIIIvo extant, præfixam etiam eſſe *Epitomen doctrinæ de Sanctiſſimâ Trinitate*, cujus titulus & princi-


(1) *Fuit à olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus octavus.

(2) *Vide Operum S.* Joannis Chryſoſt. *edit. græc. Savil. Tõ. VII pag.* 558.

 pium:

pium: Δόγμα περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Πατὴρ, Υἱὸς, Πνεῦμα ἅγιον, τρία πρόσωπα, μία εἰκών· τρεῖς χαρακτῆρες, μία ἐκτύπωσις· τρεῖς ὑποστάσεις, μία θεότης; &c. Notatu digna quoque ibi eſt *antiqua Imago Scalæ Paradiſi*, quæ à terrâ uſque ad cœlum pertingit, & *triginta* conſtat *Gradibus*, quorum unus quiſque peculiari titulo ſuo inſignitus eſt. In *capite* ſeu *faſtigio Scalæ* ſtat Servator noſter *Chriſtus*, & monachos à dextero latere aſcendentes protensâ manu benignè excipit; ſub *primo* autem ſive *infimo* ejuſdem *Scalæ Gradu* jacet *Draco infernalis*, monachos de ſiniſtro latere Scalæ decidentes hianti ore deglutiens; ut ex apographo ſive exemplo ejuſdem *Imaginis* æri inciſo, & è regione hujus paginæ inſerto, videre eſt. Similis ferè deſcriptio *Scalæ Paradiſi* exſtat in antiquis Actis *Paſſionis Sanctarum Perpetuæ & Felicitatis*, Romæ ab Avunculo meo *Lucâ Holſtenio* primùm in lucem editis, ubi *S. Perpetua* viſionem, in carcere ſibi divinitùs oblatam, narrat his verbis: *Tunc dixit mihi frater meus: Domina ſoror, jam in magnâ dignatione es; tantâ, ut poſtulem viſionem, & oſtendatur tibi, an paſſio ſit an commeatus. Et ego, quæ me ſciebam fabulari cum Domino, cujus beneficia tanta experta eram, fidenter repromiſi ei, dicens: Craſtinâ die tibi renunciabo. Et poſtulavi, & oſtenſum eſt mihi hoc. Video SCALAM miræ magnitudinis pertingentem uſque ad Cœlum, & anguſtam, per quam non niſi ſinguli aſcendere poſſent, & in lateribus SCALÆ omne genus ferramentorum infixum. Erant ibi gladij, lanceæ, hami, machæræ; ut ſi quis negligenter, aut non ſursùm adtendens aſcenderet, laniaretur, & carnes ejus inhærerent ferramentis. Et erat ſub ipsâ SCALA DRACO cubans miræ magnitudinis, qui aſcendentibus inſidias præſtabat, & exterrebat, ne aſcenderent. Aſcendit autem Saturus prior, qui poſteà ſe propter nos ultrò tradiderat, & tunc, cum adducti ſumus, præſens non fuerat, & pervenit in CAPVT SCALÆ, & convertit ſe, & dixit mihi: Perpetua, ſuſtineo te; ſed vide ne te mordeat DRACO ille. Et dixi ego: Non me nocebit in nomine Domini IESV Chriſti; & de ſub ipsâ SCALA quaſi timens me lentè ejecit caput; & quaſi PRIMVM GRADVM calcarem, calcavi illi caput. Et aſcendi, & vidi ſpatium HORTI immenſum, & in medio ſedentem hominem canum, in habitu paſtoris, grandem, oves mulgentem, & circumſtantes candidati millia multa. Et levavit caput, & aſpexit me, & dixit mihi: Benè veniſti tecnon; & clamavit me, & de caſeo, quod mulgebat, dedit mihi buccellam, & ego accepi junctis manibus, & manducavi; & univerſi circumſtantes dixerunt, Amen. Et ad ſonum experrecta ſum, commanducans neſcio quid. Et retuli ſtatim fratri meo, & intelleximus*

mus



Iconiſmus hic pertinet ad Commentariorum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi Librum quartum, et est inſerendus inter pag. 190 et 191.

J. Sadler sc.



mus paſſionem eſſe futuram, & cœpimus nullam jam ſpem in ſeculo habere. Hucuſque *S. Perpetua.*

Secundò, & quidem à fol. 125 pag. 2 uſque ad fol. 135 pag. 2, ejuſdem *Ioannis Climaci Liber ad Paſtorem*, itidem cum anonymi cujuſdam Autoris *antiquis Scholijs græcis marginalibus.*

Tertiò, & quidem fol. 136 pag. 1. *Encomium Scalæ Paradiſi* his verbis: Κλίμαξ θείας ἀνόδε, ὠφέλημα εἰς μεταμέλειαν τῶν ἐν ἁμαρτίαις ὄντων, τὸ θεῖον τοῦτο βιβλίον.

Quartò, & quidem fol. 136 pag. 2 *Canticum ſacrum veſpertinum*, cujus principium: Τὰς ἑσπερινὰς ἡμῶν εὐχὰς πρόσδεξαι ἅγιε Κύριε, &c.

Quintò, & quidem à fol. 137 pag. 1 uſque ad fol. 138 pag. 2, *Hierothei Monachi in Ioannis Climaci Scalam Paradiſi Programma & Iſagoge.* Ipſa tituli & principij *Programmatis* verba græca ſunt hæc: Ἱεροθέε μονάζοντος εἰς τὸν Κλίμακα πρόγραμμα. Ἄριστα πάντων καὶ θεόπνευστα λίαν τὰ συγγράμματα Πατέρων τῶν ὁσίων, τοῦ δέ γε θείου τὸ παρὸν Ἰωάννε πόνημα καὶ μάλιστα διαφερόντως, ὅτι &c. *Iſagoge* autem ſive *Introductio* inſcribitur atque incipit hoc modo: Δήλωσις ἐννοίας ἑκάστε λόγε. Καὶ ζωγράφε χεὶρ ἀφυῶς κινεμένη &c.

C L X X X I.

Centeſimus octogeſimus primus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátque nunc folijs *centum quinquaginta quinque*, & ad *Ioannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centeſimus octogeſimus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 143 pag. 2, *Ioannis Climaci Scala Paradiſi à Gradu ſecundo*, περὶ ἀπροσπαθείας ſive *de exuendis Affectibus* inſcripto, *uſque ad gradum trigeſimum* ſive *ultimum. Primus* autẽ *Gradus* περὶ ἀποταγῆς βίε ſive *de abdicatione Vitæ ſecularis* deeſt totus in hoc Codice, ut & *Vita Ioannis Climaci à Daniele Monacho Rhaitheno conſcripta*, & *Epiſtola Ioannis Abbatis Rhaiteni ad Climacum* cum ipſius *Epiſtolâ reſponſoriâ.* Antiquum enim hujus Codicis MSti principium vetuſtate perijt, & quæ ibi nunc ſunt *quinque priora folia*, ea recentioris cujuſdam ſcribæ manu in locum *veterum* foliorum deperditorum ſubſtituta ſunt, ſed ineptè admodùm & imperitè, uti patet ex falſo hoc & abſurdo primi folij titulo: Δανιὴλ καὶ Ἰωάννε μοναχῶν τῆς Ῥαϊθε τε Σινᾶ ὄρες Κλίμαξ ὀνομαζομένη ἡ καὶ πλάκες πνευματικαί. Ἀνάβασις ὁ περὶ ἀπροσπαθείας. Λόγοι νεθετικοί. Ὁ ἐν ἀληθείᾳ τὸν Κύριον ἀγαπήσας, &c. Primò nempe ter-

certiſſimum eſt, *Danielem Monachum Rhaitenum* non ipſam *Scalam Paradiſi* ſcripſiſſe, ſed tantùm (1) *Vitam Ioannis Climaci*, qui ſolus *Scalæ Paradiſi* verus autor eſt. Falsò igitur ab inſulſo illo Græculo attribuitur *Danieli Monacho Rhaitheno*, quod re verâ ſoli *Ioanni Abbati Montis Sinæ* attribuendum eſt. Secundò æquè perperàm ibidem confunduntur *Monachi Rhaiteni* cum *Monachis Montis Sinæ*, & *Ioannes Abbas Rhaiti* cum *Ioanne Abbate Montis Sinæ*, qui ob compoſitionem τῆς Κλίμακος ſive *Scalæ Paradiſi* cognominatur *Climacus*. Tertiò, Ἀνάβασις περὶ ἀπροσπαθείας ſive *Gradus de exuendis affectibus* non eſt, ut falsò ibi legitur, Ἀνάβασις α΄ ſive *Gradus primus*, ſed Ἀνάβασις β΄ ſive *Gradus ſecundus*, ut in omnibus alijs ejuſdem *Scalæ Paradiſi* tàm manuſcriptis quàm impreſſis exemplaribus videre eſt. Hic igitur eſt ille ipſe Codex MStus *Cæſareus Scalæ Paradiſi Ioannis Climaci*, cujus *Ioannes Iacobus Friſius* in Bibliothecâ ſuâ Univerſali meminit his verbis: *Danielis & Ioannis Monachorum de monte Sinâ* (2) *Meditationes ſpirituales in quarto græcè manuſcriptæ in Bibliothecâ Imperatoriâ Viennæ*. Hæc *Friſius*. Corrigenda autem & reformanda ſunt ea verba hoc modo: *Ioannis Abbatis Montis Sinæ Climax ſive Scala Paradiſi exſtat in quarto græcè manuſcripta in Bibliothecâ Imperatoriâ Wiennæ; eidèmq; Scalæ in alijs nonnullis ejuſdem Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ antiquis Codicibus manuſcriptis præfixa eſt Vita Autoris, à Daniele Monacho Rhaitheno compoſita*. Eodem quoque modo corrigenda & reformanda eſt, (3) corruptiſſima illa Farrago, quam ſub titulo *Catalogi Codicum Græcorum Sacrorum manuſcriptorum Bibliothecæ Imperatoris* R. P. *Antonius Poſſevinus* S. I. *Apparatui* ſuo *Sacro* ſubjunxit; utpote ubi ſub literâ D de eodem Codice MSto *Cæſareo* verba *Friſiana* ſuo more paulo breviùs repetit hoc modo: *Danielis & Ioannis Monachorum de Monte Sinai Meditationes ſpirituales*.

(1) *Vide ſuprà pag.* 186.

(2) *Verba hæc latina* Meditationes ſpirituales *reſpondent ſuprà illis græcis* λόγοι νουθετικοί.

(3) *Plura hâc de re vide Libri primi horum Commentariorum paginâ* 117 *& deinceps uſque ad pag.* 147.

Secundò, & quidem à fol. 144 pag. 1 uſque ad fol. 155 ſive ultimum, ejuſdem *Ioannis Climaci Liber ad Paſtorem*, cujus titulus & principium: Τοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τῶν ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει μοναχῶν πρὸς τὸν ποιμένα. Ἐν τῇ μὲν κάτω βίβλῳ ἔγωγέ σε &c.

Quod ſupereſt, neque illud ſilentio prætereundum arbitror, de eodem hoc Codice MSto *Cæſareo* & de *Ioannis Climaci Scalâ Paradiſi* intelligendum eſſe etiam illum Bibliothecæ Univerſalis *Joannis Jacobi Friſij* locum, ubi ſub literâ I de *Joannis Climaci* ſcriptis agit his verbis: *Ejuſdem Ioannis Climaci* INTERPRETATIO IN SACRAM SCRIPTURAM, *varia tractans religionis capita*

pita (1) *de virtutibus & vitijs, de beatitudine, de precibus, de pigritiâ, de falſo, in quarto manuſcripta in Bibliothecâ Imperatoriâ Viennæ.* Hæc *Friſius*. Quæ verba R. P. *Poſſevinus* in fine *Apparatûs Sacri* imperfectiſſimo ſuo *Catalogo Codicum MStorum Græcorum Sacrorum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis* ſub literâ C abbreviatè inſeruit hoc modo: *Climaci Interpretatio in ſacram Scripturam.* Eadem *Poſſevini* verba citat quidem etiam R. P. *Matthæus Raderus* S. I. capite quarto Iſagoges ad *Scalam Ioannis Climaci*, ſed rectè ibidem ſubjungit hanc cenſuram: *Nuſquam legi, quod meminerim, Climacum ſcripſiſſe IN SACRAM SCRIPTVRAM; ſuſpicor eſſe pſeudoepigraphon.* Re verâ enim *titulus* ille falſus & nullius momenti eſt, fingendiq; ejus occaſionem præbuit *Inſcriptio græca*, manu illius, qui *quinque priora* hujus Codicis *folia recentiora* in locum *veterum* foliorum deperditorum ſubſtituit, exarata, & compacturæ ſive operimento Codicis intrinſecus agglutinata, quæ eſt talis: Περιέχει ἡ βίβλος διάφορα περὶ τῆς θείας ἀγάπης· hoc eſt ad verbum. *Continet hic Liber varia de divinâ* (2) *Charitate.* Quoniam autem ultima hujus Inſcriptionis vox ἀγάπης à vermibus ibi aliquantùm exeſa, & primo intuitu haud ſatis legibilis eſt, idcircò illi, qui primus eandem Inſcriptionem deſcripſit, viſum eſt pro ἀγάπης legendum eſſe γραφῆς; ideóque is verba illa ſic latinè vertit, ac ſi eorum ſenſus eſſet: *Continet hic Liber varia de divinâ Scripturâ.* Hâc igitur pravâ tranſlatione *Friſius* & *Poſſevinus* decepti, perperàm crediderunt, *Ioannem Climacum* præter *Scalam Paradiſi* & *Librum ad Paſtorem* etiam compoſuiſſe *Interpretationem in Sacram Scripturam*, eámque in illo *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice MSto, de quo in præſens ex profeſſo agitur, nondum ad huc editam deliteſcere. Ne igitur hic error ulteriùs propagaretur, obiter hîc eum detegendum & radicitùs exſtirpandum eſſe non minus conveniens, quàm neceſſarium cenſui.

CLXXXII.

Centeſimus octogeſimus ſecundus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátque nunc folijs *ducentis quinquaginta tribus*. Continetur eo *Joannis Climaci Scala Paradiſi à Gradu octavo*, qui ibi inſcribitur atque incipit: Ἀρχὴ τῆς β΄ βιβλίου τῆς ἁγίας Κλίμακος. Περὶ ἀοργησίας ἠπίας καὶ πρᾳότητος· λόγος ἀσκητικὸς ὄγδοος. (4) Ὥσπερ ὕδωρ ἐν φλογὶ κατὰ μικρὸν περιτιθέμενον τελείως τὴν φλόγα ἀποσβέννυσιν, οὕτως

(1) *Vide Indicē Graduum, qui Ioannis Climaci Scalæ Paradiſi præfixus eſt.*

(2) Charitatis *hîc ſpeciatim & præcipuè fit mentio, quia* Joannes Climàcus *ultimum ſive ſupremum Scalæ Paradiſi Gradū inſcripſit περὶ ἀγάπης ſive de* Charitate. *Ibidē quoq; varias reddit rationes, cur hæc Virtus præ alijs omnibus Virtutibus θεία ſive Divina appellanda ſit.*

(3) *Fuit is olim inter* Codices *MStos* *Theologicos Græcos* centeſimus decimus ſeptimus. (4) *Vide Operum* Joannis Climaci *editionem græco-latinam Raderianam pag.* 270, *ubi principium hoc aliquantulùm variat.*

ὕτως &c; uſq; *ad Gradum vigeſimum quintum*, qui inſcribitur atque incipit: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τῶν παθῶν ἀπωλείας τῆς ὑψίςου ταπεινοφροσύνης ἀοράτῳ αἰσθήσει ἀνάβασις εἰκοςὴ πέμπτη. Ὁ ἀγάπης κυρίως κυρίως, καὶ ταπεινοφροσύνης ἁγίας πρεπόντως, &c. Adjuncta ibidem eſt *octodecim illis Gradibus*, & τῷ Κειμένῳ ſive *Contextui* alternatim permixta eſt ampliſſima Ἑρμηνεία ſive *Expoſitio Eliæ Metropolitæ Cretenſis*, incipitque *Commentarius in Gradum octavum* his verbis: Ἑρμηνεία τοῦ η λόγου. Ὥσπερ δὴ κατὰ φλογὸς καιομένης ὕδατος κατὰ μικρὸν προστιθεμένου, τελείως αὕτη ἐξαφανίζεται, οὕτω δὴ &c; in *Gradum* autem *vigeſimum quintum* hoc modo: Ἑρμηνεία. Ἐνταῦθα διηγεῖται ὁ ἅγιος τῆς ὑψίςου ταπεινοφροσύνης τὴν ἄμαχον δύναμιν &c. Meminit hujus *Commmentarij* R. P. *Matthæus Raderus* S. I. capite quarto *Iſagoges ad Joannis Climaci Scalam* his verbis: *Alter Joannis Climaci Scholiaſtes eſt ELIAS METROPOLITA CRETENSIS, homo Græcus, qui ingens Exegeſeωn ſive Explanationum Volumen in Climaci Scalam compoſuit, quod propemodùm Euſtathij Symbolas ad Homerum moleſuâ exæquat. Cujus unicum ex nobili Inclytæ Reipublicæ Auguſtanæ Bibliothecâ exemplar accepi, quamvis & capite & calce careat, omnibus paginis exeſum, ut toto libro nulla charta ſit ſana & integra, ita per viſcera libri peſtes chartarum tineæ graſſatæ & debacchatæ ſunt. Cæterùm Codex antiquiſſimus eſt, & magnâ curâ reſartus, & quantum fieri potuit redintegratus, ab eruditâ manu (niſi ipſum fortaſſe Autoris autographum fuit) veteri charactere Græco deſcriptus. ELIAS porrò Cretenſis Pontifex vixit ſub annum Chriſti 787; fuit in Oecumenicâ Synodo ſeptimâ. Atq; hic ELIÆ COMMENTARIVS ad Climacum in lucem nec græcè nec latinè prodijt unquam. Vnicum exemplar manuſcriptum exſtat in Beſſarionis Bibliothecâ, quam hodiè Sereniſſimus Venetorum Senatus poſſidet, ad quod adſpirare mihi non licuit. Nam quod Antonius Poſſevinus in Apparatu ſuo ex Vaticanâ memorat cum Scholijs Eliæ Cretenſis, haud ſcio an Scholia tantùm ſint, (& in Catalogo Vaticanæ Bibliothecæ ſine nomine ſcribuntur) an adjunctus ſit Autor. Diverſæ ſunt enim Exegeſes Eliæ ad Climacum, & Scholia ex illo & alijs ab aliquo* (1) *anonymo & poſteriore decerpta.* Hucuſque *Raderus*. Cæterùm notabile etiam eſt, in eodem Codice MSto, de quo in præſens ex profeſſo agitur, ſuprà memoratis *octodecim Scalæ Paradiſi Gradibus* præfixum eſſe peculiarem *Indicem*, cujus titulus: Πίναξ τῆς δευτέρας βίβλου τῆς ἁγίας Κλίμακος· hoc eſt, *Index ſecundi Libri ſanctæ Scalæ*; in fine autem *Lemmatis Gradûs vigeſimi quinti* ibidem

(1) *Vide ſupr. pag.* 188 & 189.

dem legi hæc verba: Τοὺς δὲ τοῦ λόγους ἡ βίβλος ἥδε φέρει· ἡ δ' ἂν ἑτέρα τῆς λοιπῆς τριακοντάδος. Hinc enim patet Exemplar hoc *Scalæ Paradiſi*, cum *Eliæ Metropolitæ Cretenſis* alternatim permixto Commentario in unum Corpus redactum, *tribus* olim conſtitiſſe *Libris, totidémq; Voluminibus in folio*; ex quibus ego hactenùs inter Codices MStos Græcos *Cæſareos ſecundum* duntaxat reperi. Vbi autem *primum* & *tertium* ejuſdem Exemplaris *Volumen* latitent, nondum mihi eſt cognitum.

CLXXXIII.

Centeſimus octogeſimus tertius (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* in *folio*, conſtátque folijs *centum ſexaginta quinq;* & ad R.P. *Andream Schottum*, Societatis JESV doctiſſimum & celeberrimum Theologum, olim pertinuit. Continentur eo *Joannis Climaci Scala Paradiſi* & *Liber ad Paſtorem* cum *Variantibus Lectionibus* ex alio quodam antiquiori Codice MSto deſumptis, & in margine adſcriptis. Ante *Scalam Paradiſi* exſtat etiam in hoc Codice *Vita Joannis Climaci à Daniele Monacho Rhaitheno* conſcripta, cujus principium: Τὸ μὲν τίς ἡ ἐνεγκαμένη τὸν γεννάδαν καὶ ἐκθρεψαμένη &c; ut & *Epiſtola Ioannis Abbatis Rhaithi ad Ioannẽ Climacum* cum ipſius *Epiſtolâ reſponſoriâ*. In fine autem poſt *Librum ad Paſtorem* ſequitur *Nicephori Calliſti, cognomine Xanthopuli*, (2) *Catalogus metricus præcipuorum Eccleſiæ Chriſtianæ Sanctorum Patrum Græcorum*; cujus principium:

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Οἱ καλλύναντες ἐν λόγοις ἐκκλησίαν,
Μέγας Διονύσιος Ἀρείου πάγου,
Μέγας Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας, &c.

Inter illos enim fit etiam mentio *Joannis Climaci* hoc verſu:

Ὁ τῆς ΚΛΙΜΑΚΟΣ ἡ μετάρσιος βάσις.

Clauditur denique totus ille Codex hâc ſubſcriptione: *Conſtitit hîc Liber Joannis Climaci Andreæ Schotto Antwerpiano duodecim coronatis, hoc eſt, centum viginti Regalibus pro operâ ſcribæ; & ægrè eo precio comparavit Tarracone anno M. D. LXXXV menſe Auguſto in ædibus Antonij Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis.* Hic igitur ſine dubio eſt ille ipſe Codex manuſcriptus, cujus R.P. *Matthæus Raderus* S. I. capite quarto *Iſagoges ad Joannis Climaci Scalam* meminit his verbis: *Præterea etiam P. Andreas Schottus, noſtræ familiæ Vir græcè latinéq; benè doctus, ut ejus Opera oſtendunt, exemplar aliquod Operum Joannis Climaci manuſcriptum Antverpiâ ſubmiſit, & illud ipſum ad aliud MS. etiam emendatum. Adjunxit idem libro literas, quarũ partem hîc ſubſcribo, quod interſit hoc ipſum ſcire: En, inquit, libe-*

(2) *Vide ipſius* Συνοπτικὴν πρὸς θείαν γραφήν, Συνόψει τῆς θείας γραφῆς *ſubjunctam, & cum* Theodori Prodromi *Epigrammatibus græcè in octavo editâ Baſileæ typis Ioannis Bebelij A.* 1536.

libero tandem fidem meam, Pater optime; mitto per bibliopolas ad nundinas feſtinantes Joannis Climaci græcum meũ exemplar cum altero collatum. Illud memoriâ repeto, acceptum ex ore V. C. Antonij Auguſtini Tarraconenſis Archiepiſcopi, cùm fortè Româ rediens Hieronymus Oſorius Silvenſis Epiſcopus Luſitanus ad illum divertiſſet, quo anno ad ſuperos abijt, promiſiſſe ſe de tot tantiſq; Operibus à ſe conſcriptis colophonem addere velle novâ Interpretatione latinâ Ioannis Climaci, adeò illi autor ille ſe probârat. Hucuſque RR. PP. *Raderus* & *Schottus*. Cæterùm quando & quâ ratione idem ille Codex MStus tandem in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* pervenerit, ejus rei nullam adhuc habeo notitiam.

CLXXXIV.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducenteſimus decimus.

Centeſimus octogeſimus quartus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátque folijs ducentis triginta duobus, & ad *Ioannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 40 pag. 1 *Joannis* cognomine Νηστευτοῦ ſive *Jejunatoris, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Libri duo Pœnitentiales de qualitatibus & differentijs peccatorum, & de Confeſſione*; quorum *primus* inſcribitur atque incipit: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΝΗΣΤΕΥΤΟΥ, Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως πρόλογος εἰς τὴν ψυχωφελῆ ταύτην βίβλον. Τῆς θείας καὶ παναγάθου τοῦ ὑπεραγάθου καὶ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μακαρίας χρηστότητος πάντοτε καὶ πανταχοῦ καὶ κατὰ πάντα εὐεργετούσης ἡμᾶς, &c. Hi igitur videntur eſſe illi ipſi Libri, quorũ R. P. *Philippus Labbæus* S. I. Tomo primo de Scriptoribus Eccleſiaſticis meminit his verbis: *Joannis Jejunatoris, Patriarchæ CP., præter Homiliam de Pœnitentiâ, Continentiâ & Virginitate, de quâ Bellarminus, exſtant editi à R. P. Joanne Morino, Congregationis Oratorij D. N. I. C. Presbytero, in Appendice ad Tomum de Pœnitentiâ, DUO POENITENTIALES LIBELLI, de quibus conſule præmiſſas illis Adnotationes.*

Secundò, & quidem fol. 40 pag. 1 & 2, *anonymi cujuſdam Autoris Græci Judicium de Joannis Jejunatoris, Patriarchæ CP., Libris Pœnitentialibus*; cujus titulus & principium: Περὶ δὲ ὧν αἰτιῶν συγκαταβατικώτερος τῶν ἁγίων πάντων ἐστὶν Ἰωάννης ὁ Νηστευτής. Ὁ μὲν Νηστευτὴς Ἰωάννης συγκαταβατικώτερος τῶν ἄλλων ἐν τοῖς ἐγκληματικοῖς δεικνύμενος ὤν, &c.

Ter-

Tertiò, & quidem à fol. 41 pag. 1 uſque ad fol. 44 pag. 2, *S. Joannis Damaſceni Opuſculum* (1) *de octo præcipuis cogitationibus vitioſis, & de Animâ*; cujus titulus & principium: Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ περὶ τῶν ή λογισμῶν, καὶ τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς. Χρὴ γινώσκειν πάντες οἱ χριστιανοὶ πάντες οἱ προσεκτικόμενοι λογισμοί εἰσιν ή, οἱ πολεμοῦντες τὴν ἡμετέραν ψυχὴν, καὶ πρὸς τὴν καρτερίαν, καὶ ἐνέργειαν, καὶ ἁμαρτίαν διαιρεθίζονται· πρῶτος, ὁ τῆς γαστριμαργίας &c.

(1) *Vide Operam S.* Joannis Damaſceni edit. Pariſ. A. 1619 pag. 814, *ubi illud tantùm extat* latinè.

Quartò, & quidem à fol. 44 pag. 2 uſque ad fol. 46 pag. 2, *Nicolai Patriarchæ Conſtantinopolitani Reſponſiones Synodicæ ad varias Quæſtiones à quibuſdam Monachis, extra Vrbem habitantibus; ſibi propoſitas.* Ipſa tituli verba græca cum principio *primæ interrogationis* ſunt hæc: Ἀποκρίσεις συνοδικαὶ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κυροῦ Νικολάου πρὸς Ἐρωτήσεις τινῶν μοναχῶν ἔξω τῆς πόλεως ἀσκουμένων. Ἐρώτησις ά. Εἰ χρὴ μοναχὸν εἰσιέναι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον· κωλύει γάρ &c.

Quintò, & quidem à fol. 46 pag. 2 uſque ad fol. 173 pag. 1, *Simeonis Hieromonachi*, τοῦ Σχολαρίου, *Syntagma Canonum Pœnitentialium ex Canonibus SS. Apoſtolorum & varijs Sanctis Concilijs variorúmque Sanctorum Patrum, præcipuè autem S. Baſilij Magni & Joannis Jejunatoris, Patriarchæ CP., Scriptis collectorum, & facilioris inventionis causâ diſpoſitorum ordine alphabetico.* Ipſe titulus græcus adeò prolixus eſt, ut integram impleat paginam, incipitque his verbis: Κανόνες ἐκτεθέντες παρὰ τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πάνυ εὐφήμων Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων ἑπτὰ καὶ οἰκουμενικῶν Συνόδων, ἔτι μὴν καὶ τῶν κατὰ καιρὸν γενομένων τοπικῶν Συνόδων, καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου, Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἑτέρων ἁγίων &c. Finis autem ejuſdem tituli cum principio *primi Canonis* eſt talis: Συμεὼν Ἱερομόναχος ὁ Σχολάριος ἐκτέθεικε ἕνα ἕκαστον κανόνα τῶν αὐτῶν ἁγίων εἰς τὴν ἰσότητα τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων πρὸς τὸ ἀνενοχλήτως καὶ ἀνεμποδίστως εὑρίσκειν εὐθὺς τοὺς τῶν ψυχῶν οἰκονόμους. Ἀρχὴ τοῦ ἌΛΦΑ. Περὶ τῶν ἈΡΝΗΘΈΝΤΩΝ τὸν Χριστὸν ἑκουσίως, ἢ διὰ φόβον ἢ διὰ τιμωρίας ἀνθρώπων Ἀποστόλων κανὼν ξβ΄· Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον &c. In fine demum literæ ψ legitur: Τέλος τοῦ παρόντος Συντάγματος· τὸ γὰρ στοιχεῖον Ω οὐκ ἔχει.

Sextò, & quidem à fol. 174 pag. 1 uſque ad fol. 176 pag. 1, Τάξις γινομένη ἐπὶ ἐξομολογουμένου, hoc eſt, *Ordo ſervandus circa eum, qui peccata ſua confitetur*; ubi in fine notanda eſt *Formula Abſolu-*

 tio-

tionis ſive *Indulgentiæ*, cujus titulus & principium: Ἀφέσιμον πνευματικοῦ Πατρός. Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συγχωρήσῃ σοι, πνευματικόν μου τέκνον, ὅσα τῇ ἐμῇ οὐθενώτητι &c. Quomodo autem verba hæc συγχωρήσῃ σοι accipienda, & quòd verba διὰ ἐμοῦ ſubintelligenda ſint, eâ de re conſule R. P. *Jacobi Goar* O. P. Notas in *Euchologij Græcorum* Orationes ſuper Pœnitentes pag. 676, 680 & 684.

Septimò, & quidem à fol. 177 pag. 1 uſque ad fol. 202 pag. 1, Ἀκολουθία τῶν ὡρῶν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ſive *Officium Eccleſiaſticum Feſti Nativitatis Chriſti.*

Octavò, & quidem à fol. 203 pag. 1 uſque ad fol. 232 pag. 1, Ἀκολουθία ſive *Officium Hebdomadis Sanctæ.*

CLXXXV.

(1) *Fuit & olim inter Codices MSStos Theologicos Græcos ducenteſimus trigeſimus-ſecundus.*

Centeſimus octogeſimus quintus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *trecentis quadraginta ſeptem*, & ad *Ioannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo. *S. Anaſtaſij Sinaitæ, Patriarchæ Antiochеni, Spiritualis Anagogæ in Hexaëmeron Libri duodecim*, quorum *Prooemium inſcribitur atque incipit hoc modo:* Τοῦ ἁγίου ἈΝΑΣΤΑΣΊΟΥ, τοῦ Σινᾶ ὄρους μοναχοῦ καὶ Ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας, εἰς τὴν πνευματικὴν Ἀναγωγὴν τῆς ἑξαημέρου κτίσεως Προοίμιον. Φωνὴ Θεοῦ ἱερὰ &c. Quo finito *Proœmio*, incipit *Liber primus* his verbis: Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· &c. Ὅσαι μὲν καὶ οἷαι πρὸς τὰ προκείμενα τοῖς ἀνέκαθεν ἐξηγησαμένοις εὐσεβῶς αἱ γνῶμαι γεγόνασιν, &c; *duodecimus* autem ſive *ultimus Liber* hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ἀκολούθως λόγος ιβ'. Καὶ ἐποίησε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ χιτῶνας δερματίνους, καὶ ἐνέδυσεν αὐτούς. Καὶ ποῖοι οὗτοι κατάδικοι ἢ κατάκριτοι εἰπέ μοι, ὦ ὑπὸ ἀχράντων καὶ θείων χειρῶν τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ &c.

CLXXXVI.

(2) *Fuit & olim extra numerum.*

Centeſimus octogeſimus ſextus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque folijs *centum ſexaginta novem*, & eſt unus ex illis *Ioannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 151 pag. 2, *S. Anaſtaſij Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Spiritualis Anagogæ in Hexaëmeron*

Joannes Moſchus floruit circa A. C. 630.
Georgius Piſides, Diaconus & Chartophylax Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, floruit circa A. C. 630 ſub Imp. *Heraclio*.
Sophronius, Patriarcha Hieroſolymitanus, ſucceſſit *Modeſto* A. C. 633.
Georgius Nicomedienſis Archiepiſcopus floruit circa A. C. 640.
S. *Maximus*, Monachus & Martyr, obijt A. C. 662.
Concilium Conſtantinopolitanum tertium ſive *Oecumenicum ſextum* celebratum eſt A. C. 680 & 681.

Seculo poſt Chriſtum VIIIvo:

Andreas, Cretenſis Archiepiſcopus, obijt circa A. C. 720 vel 723.
Gregorius, *Secundus* ejus nominis Pontifex Romanus, obijt A. C. 731.
S. *Germanus* Patriarcha Conſtantinopolitanus obijt circa A. C. 740.
Coſmas Hieroſolymitanus floruit circa A. C. 750.
S. *Joannes Damaſcenus* obijt circa A. C. 750.
Zacharias Papa obijt A. C. 752.
Athanaſius Junior floruit ſub Imp. *Conſtantino Copronymo* circa A. C. 765.

Seculo poſt Chriſtum IXno:

Theodorus Studita obijt A. C. 826.

Joſephus, Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, & frater *Theodori Studita*, obijt A. C. 827.

Photius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Patriarchalem Sedem per vim & fraudem invaſit A. C. 858.

Conciliabulum Conſtantinopolitanũ Pſeudo-Oecumenicum & *Pſeudo-Octavum* celebratum eſt A. C. 879.

Theophanes cognomine *Cerameus* ſive *Figulus*, Tauromenij in Siciliâ Archiepiſcop⁹, floruit circa A.C. 880.

Nicetas, aliàs dictus *David Philoſophus*, floruit circa A. C. 880.

Joannes, *Octavus* ejus nominis Pontifex Romanus, obijt A. C. 882.

Seculo poſt Chriſtum Xmo:

Petrus Patricius, autor Epigrammatis in *Theodoreti* Opus de Curatione Græcarum Affectionum, floruit ſub finem ſeculi poſt Chriſtum *noni* & principio ſeculi *decimi* ſub Imp. *Leone Philoſopho* ſeu *Sapiente*.

Theodorus, Pœdagogus Imp. *Conſtantini Porphyrogeniti*, floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimò*.

Symeon Metaphraſtes floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo*.

Hippolytus Thebanus floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo*.

Seculo poſt Chriſtum XImo:

Leo Acridæ in Bulgariâ Metropolita, floruit circa A. C. 1054.

Nicetas Stethatus ſive *Pectoratus* floruit circa A. C. 1054.

Michael Pſellus obijt circa A. C. 1078.

Theophylactus Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopus, floruit ſeculo poſt Chriſtum *undecimo* ſub Imppp. CPnis *Michaele Ducâ* cognomine *Parapinacio*, *Nicephoro Botoniate* & *Alexio Comneno*.

Seculo poſt Chriſtum XIImo:

Euthymius Zigabenus, Monachus Græcus, floruit principio ſeculi poſt Chriſtum *duodecimi*.

Michael Glycas perduxit Annales ſuos uſque ad obitum Imp. *Alexij Comneni* ſive A. C. 1118.

Joannes Zonaras, ex Aulæ Imperialis Conſtantinopolitanæ Magno Drũgario Vigiliæ & Protoſecretario Aſceta ſive Monachus, floruit circa A. C. 1120.

Symeon, cognomine *Junior Theologus*, Abbas Monaſterij CPni S. Mamantis, floruit circa A. C. 1150.

Seculo poſt Chriſtum XIIItio:

Anonymus Autor *Canonis Paſchalis* ab A. C. 1232 uſque ad A. 1258.

Seculo poſt Chriſtum XIVto:

Conſtantinus Acropolita, Magnus Logotheta Conſtantinopolitanus, floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo-quarto* ſub Imp. *Andronico Palæologo Seniore*.

Nicephorus Calliſti cognomine *Xanthopulus* floruit principio ſeculi poſt Chriſtum *decimi quarti*.

Nicephorus Gregoras perduxit Hiſtoriam ſuam Byzantinam uſque ad obitum Imp. *Andronici Junioris* ſive annum Chriſti 1341.

Maximus Planudes, Monachus Conſtantinopolitanus, floruit circa A. C. 1353.

Calliſtus Patriarcha Conſtantinopolitanus floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo quarto*.

Philotheus Patriarcha Conſtantinopolitanus floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo quarto*.

Seculo poſt Chriſtum XVto:

Manuel Palæologus, Imperator Conſtantinopolitanus, obijt A.C. 1425.

Symeon Archiepiſcopus Theſſalonicenſis obijt A. C. 1429.

Seculo poſt Chriſtum XVIto:

Arſenius, Monembaſiæ in Peloponneſo Archiepiſcopus, floruit circa A. C. 1534.

Ano-

Anonymus Autor Canonis Paſchalis ab A. C. 1590 uſq; ad A. 1609.

AVTORES INCERTÆ ÆTATIS.

Alexander Lycopolita.
Anonymi ſexaginta à num. 1 uſq; ad num. 60.
Archippus Eremita.
Barnabas, Monachus & Anachoreta.
Daniel, Monachus Rhaithenus.
Epiphanius diverſus à *S. Epiphanio*, Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Epiſcopo.
Eſaias Abbas.
Euſtratius Metropolita Nicænus.
Georgius Mytilenæus.
Gregorius Monachus, ſcriptor Codicis CLXXIXni.
Heſychius Presbyter Hieroſolymitanus.
Hierotheus Monachus.
Joannes Patriarcha Antiochenus.
Joannes Carpathius.
Joannes Phurnes, Monachus Græcus.
Joannes Stauracius, Chartophylax Theſſalicenſis.
Joannes Archiepiſcopus Theſſalonicenſis.
S. *Iſaac Syrus*, Presbyter Antiochenus.
Leo Magiſter, Proconſul & Patricius.
Leo alius.
S. *Macarius* cognomine *Magnus*.
S. *Macarius* Abbas.
Methodius Monachus.
Nemeſius, Emeſenus in Phœniciâ Epiſcopus.
Nicetas, primùm quidem *Serrarum* in Macedoniâ primâ, poſteà autem *Heraclea* in Thraciâ Metropolita.
Nicolaus Patriarcha Conſtantinopolitanus.
S. *Petrus Damaſcenus*.
Philotheus, Monachus Sinaita.
Symeon Hieromonachus, ὁ Σχολαεῖος.
Theodorus Daphnopata, Protoſecretarius & Patricius.
Theodorus Epiſcopus Edeſſæ.
Theodorus Prodromus.
Theodorus Smyrnæus.
Theophanes, autor Canonis ſive Cantici in Omnes Sanctos.

INDEX SECVNDVS,

EXHIBENS ALPHABETICAM SERIEM AUTORUM NEC THEOLOGICORUM, NEC AD HISTORIAM ECCLESIASTICAM PERTINENTIVM, QVORVM OPERA CONTINENTVR SVPRA' ENVMERATA CODICVM MANVSCRIPTORVM THEOLOGICORVM GRÆCORVM CENTVRIA SECVNDA.

1. ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervationes & Experimenta quædã Medica græco-barbara* exſtant in Codice CLXXXVIIIvo, num. 12.

2. ANONYMI cujuſdam Autoris *Fragmentum hiſtoricum de Phoca Tyranni interfectione per Imp. Heraclium & de origine Mucha-*

chammedis Pſeudo-Propheta Saracenorũ, exſtat in Codice CLXXX-VIImo, num. 11.

3. ANONYMI cujuſdam Autoris *Fragmentum hiſtoricum de Origine Agarenorum*, exſtat in Codice CLXXXVIImo, num. 26.

4. ANONYMI cujuſdam Autoris *Deſcriptio Antiquitatum Vrbis Athenienſis* exſtat in Codice CLXXXVIIIvo, num 6.

5. ANONYMI cujuſdam Autoris *Annotationes miſcellaneæ de præcipuis Orbis terrarum Fluvijs, Maribus, & Montibus*; item *de ſeptem Climatibus; de ſeptem Theamatibus ſive admirandis Spectaculis, de Creatione Angelorũ, de Creatione Cœli, Terræ, Maris & Stellarũ, de origine Aſtronomiæ de magnitudine Solis & Lunæ, de Meteoris ignitis, de Ventis, de Thermis, de Tonitru & Fulgure, de Nive, Grandine, Glacie & Cryſtallo*, ac deniq; *de eo, quòd toto tempore antediluviano nunquam pluerit*, exſtant in Codice CLXXXVIImo num. 30.

6. ANONYMI cujuſdam Autoris *Exordium Orationis, Conſtantinopoli in Magnâ Eccleſiâ S. Sophiæ habitæ coram Patriarchâ & multis alijs, quorum tituli ibi recenſentur*, exſtat in Codice CLXXX-VIIIvo, num. 19.

7. ANONYMI cujuſdam Autoris *Excerpta quædam miſcellanea ex Inſtitutionibus Oratorijs* exſtant in Codice CLXXXVIIIvo, num. 17.

8. ANONYMI cujuſdam Autoris *Epiſtolæ octo*, exſtant in Codice CLXVIto, num. 2.

9. ANONYMI cujuſdam Autoris *Epiſtolæ duæ* exſtant in Codice CLIIdo, num. 12.

10. ANONYMI cujuſdã Autoris *Libellus, continens Sententias & Apophthegmata variorum Sapientum ordine alphabetico*, exſtat in Codice CLXVIto, num. 10.

11. ANONYMI cujuſdam Autoris *varia Proverbia Græca de rebus impoſſibilibus* exſtant in Codice CLXIVto, num. 12.

ARISTOPHANIS, qui ſeculo ante Chriſtum *quinto* floruit, *Comœdia*, inſcripta *Plutus, cum anonymi cujuſdam Autoris Expoſitione græco-barbarâ*, exſtat in Codice CXLVIImo, num. 16.

ARISTOTELIS *Stagyritæ*, Principis Peripateticorum, qui ſeculo ante Chriſtum *quarto* floruit, *Prædictio de Incarnatione Chriſti & de Beatiſſimâ Virgine Deiparâ* exſtat in Codice CLXIVto, num. 14.

CHILONIS *Lacedæmonij*, unius ex ſeptem Græciæ Sapientibus, qui ſeculo ante Chriſtum *ſexto* floruit, *Prædictio de Incarnatione Chriſti & de Beatiſſimâ Virgine Deiparâ* exſtat in Codice CLXIVto, num. 14.

CHOEROBOSCVS; vide GEORGIVS.

GEOR-

GEORGII *Chœroboſci*, Grammatici percelebris, qui jam ante *Imp. Anaſtaſij Dicori* tempora ſcriptis ſuis famam ſibi comparavit, *Libellus de viginti ſeptem Tropis & Figuris Poeticis* exſtat in Codice CIIItio, num. 2.

HIPPOCRATIS *Coi*, qui ſeculo ante Chriſtum *quinto* floruit, *Epiſtola ſuppoſititia ad Ptolemæum Regem Ægypti de Conſtitutione & Naturâ hominis* exſtat in Codice CLVto, num. 7.

MANVELIS *Palæologi*, antepenultimi Imperatoris Conſtantinopolitani, qui A. C. 1384 cœpit imperare, & A. 1425 obijt, *Capita centum Parænetica* ſive *Commonitoria ad filium ſuum Joannem Palæologum* exſtant in Codice CLXXXVIIIvo, num. 14.

PLATONIS *Athenienſis*, Principis Academiæ Veteris, qui ſeculo ante Chriſtum *quarto* floruit, *Prædictio de Incarnatione Chriſti & de Beatiſſimâ Virgine Deiparâ* exſtat in Codice CLXIVto, num. 14.

PLOTINI, Philoſophi Platonici celeberrimi, qui ſeculo poſt Chriſtum *tertio* floruit, *Enneas prima integra & Enneadis ſecundæ Libri ſex priores* exſtant in Codice CLXXVto, num. 3.

PORPHYRII *Tyrij*, qui ſeculo poſt Chriſtum *tertio* ſub *Imp. Aureliano* & deinceps uſque ad *Imperium Diocletiani* claruit, *Hiſtoria Vitæ & Catalogus Librorum Plotini, Philoſophi Platonici celeberrimi*, exſtant in Codice CLXXVto, num. 2.

SOLONIS *Salaminij*, unius ex Septem Græciæ Sapientibus, qui ſeculo ante Chriſtũ *ſexto* floruit, *Prædictio de Incarnatione Chriſti & de Beatiſſimâ Virgine Deiparâ* exſtat in Codice CLXIVto, num. 14.

Ex SVIDÆ Lexico *Vita S. Gregorij Nazianzeni cum enumeratione Scriptorum ipſius* exſtat in Codice CIVto. Alia quædam, ejuſdem *Lexico* inſerta, (1) *Narratio de Chriſto* exſtat in Codice CLXVIto, num. 12.

(1) *Vide etiam ſuprà pag. 158 in margine.*

EIVSDEM INDICIS SECVNDI

Repetitio ſuccincta ſecundùm *differentiam materiarum*, ſimul & *reſpectu temporis*, quo jam memorati Autores nec *Theologici, nec ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam pertinentes*, vel floruerunt vel obierunt.

Ex jam memoratis Autoribus *nec Theologicis, nec Hiſtoricis Eccleſiaſticis*, pertinent

AD CLASSEM MEDICAM

HIPPOCRATES, qui ſeculo ante Chriſtum *quinto* floruit; & ANONYMVS incertæ ætatis Autor *græco-barbarus* num. 1.

AD CLASSEM PHILOSOPHICAM.
propriè dictam.

SOLON *Salaminius* & CHILO *Lacedæmonius* ex numero *Septem Græciæ Sapientum*, qui floruerunt ſeculo ante Chriſtum *ſexto*; PLATO *Athenienſis*, Princeps Academiæ Veteris, & ARISTOTELES *Stagirita*, Princeps Peripateticorum, qui floruerunt ſeculo ante Chriſtum *quarto*; PLOTINVS, Philoſophus Platonicus celeberrimus, & PORPHYRIVS *Tyrius*, qui floruerunt ſeculo poſt Chriſtum *tertio*; MANVEL *Palæologus*, antepenultimus Imperator Conſtantinopolitanus, qui A.C. 1425 obijt:

AD CLASSEM HISTORICAM
profanam.

ANONYMI Autores num. 2, 3, 4, 5:

AD CLASSEM PHILOLOGICAM

ARISTOPHANES *Comicus*, qui floruit ſeculo ante Chriſtum *quinto*; GEORGIVS *Chœroboſcus*, qui jam ante *Imp Anaſtaſij Dicori* tempora floruit; SVIDAS *Lexicographus*, & ANONYMI num. 6, 7, 8, 9, 10, 11.

INDEX TERTIVS
RERVM OBSERVATV DIGNARVM, QVÆ RECENSIONI SVPRA' ENVMERATÆ CODICVM MANVSCRIPTORVM THEOLOGICORVM GRÆCORVM CENTVRIÆ SECVNDÆ SPARSIM INSERTÆ, AVT MARGINATIM ADNOTATÆ SVNT.

A.

AGarenorum Origo p. 203.
Allatius; vide *Leo.*
Ἀνάργυρος, Argentabſtemius, Abſtinens pecuniæ, p. 133.
S. *Anaſtaſij* Sinaitæ Quæſtiones & Reſponſiones Sacræ à recentioribus Interpolatoribus auctæ ſunt; p. 36.
Andreæ Riveti Criticus Sacer corrigitur à pag. 33 uſque ad pag. 50.
R. P. *Andreæ* Schotti S. I. Codex MStus Operũ Ioannis Climaci p. 195, 196.
Andreas Tarmarus vel Tarmarius Epidauriota p. 180 & 218.
Antonius Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis, p. 195. 196.
R. P. *Antonij* Poſſevini S. I. Apparatus Sacer & Catalogus Codicum manuſcriptorum Græcorum ſacrorũ Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, illuſtrantur corriguntur & ſupplentur p. 21, 24, 56, 160, 192, 193, 204.
Ammon vel *Ammonas*, Abbas in Thebaide regione Ægypti, & Pater ter mille monachorum, p. 139.
Apollinaris, Laodiceæ in Syriâ Epiſcopi, eruditio & Poemata p. 22
Ἀσηκρήτης ſeu Ἀσηκρῆτις, Secretarius; p. 36.

Athe-

Athenienſis Vrbis Antiquitates p. 205.

Augerij Busbeckij Codices manuſcripti Theologici Græci, de quibus in Libro quarto horum Commentariorum agitur, ſunt CXImus CXVItus, CXXIVtus, CXXVItus, CXXIXnus, CXXXIIdus, CXLmus, CXLImus, CXLIIItius, CXLVIImus, CXLIXnus CLIIdus, CLIIItius, CLVItus, CLVIImus, CLXImus, CLXIIdus, CLXXVIImus, CXCmus, CXCImus, CXCIVtus, CXCVIIIvus.

Imp. *Auguſti* Imperium, & ſub illo Res Judaicæ, p. 202.

Auguſtinus; vide *Antonius*.

Auli Gellij Noctium Atticarum Codex MStus membranaceus Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ deperditus p. 159.

B.

B*Aptiſmi* differendi conſuetudo in primitivâ Eccleſiâ Chriſtianâ p 46.

Card. *Baronij* Annales Eccleſiaſtici defenduntur contra RR. PP. Bollandum & Henſchenium S. I. p. 38, 39. Ijdem Annales corriguntur p. 40, 199.

Imp. *Baſilij* Macedonis laus p. 12.

Imp. *Baſilij* Magni locus contra Eunuchos. p. 12.

Bellarminus; vide *Robertus*.

Benures ſeu *Benavir*, Princeps Syracuſarum Saracenus, p. 9.

Beſſarionis, Archiepiſcopi Nicæni & S. R. E. Cardinalis Codices manuſcripti Theologici Græci, propriâ ipſius manu inſigniti, de quibus in quarto hoc Commentariorum Libro agitur, ſunt CXXXVtus & CLIVtus.

Card. *Beſſarionis* de Maximo Planude Teſtimonium & Iudicium p. 57.

Bibliotheca Budenſis Regis Hungariæ Matthiæ Corvini Codex manuſcriptus Theologicus Græcus de quo in Libro quarto horum Commentariorum agitur, eſt CXXIIItius.

Bibliotheca Magna Veterum Patrum, Pariſijs A. 1654 edita, corrigitur & ſuppletur p. 24, 38, 65, 130, 143, 144, 151, 157, 158, 180, 202.

Bibliotheca Magnæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis Auctariũ Combefiſianum corrigitur & ſuppletur p. 70, 71, 72, 96.

Bibliotheca Regia Pariſina p. 9.

Bignaus; vide *Margarinus*.

Billius; vide *Jacobus*.

Binius; vide *Severinus*.

Bollandus; vide *Joannes*.

Bonitus, Subdiaconus Eccleſiæ Neapolitanæ p. 125.

Budenſis Bibliotheca; vide Bibliotheca.

Busbeckius; vide *Augerius*.

Byzantina Hiſtoria; vide *Conſtantinopolitana Hiſtoria*.

Βυρετὸς ſive Byretus græco-barbarè pro Βηρυτὸς ſive Berytus; p. 68.

C.

De S. C*Æſario*, fratre S. Gregorij Nazianzeni ejúſque Dialogis ampliſſima exſtat Diſſertatio à pag. 31 uſque ad pag. 50.

S. *Cæſarij* Dialogi à recentioribus Interpolatoribus aucti ſunt; p. 36.

S. *Cæſarius* fuit apud Imp. Valentem in Oriente Comes Rerum Privatarum; p. 38, 39 & deinceps.

S. *Cæſarius* accepit ab Imp. Iuliano Apoſtatâ primum dignitatis locum inter Medicos Cæſareos p. 40, 41.

S. *Cæſarius*, ſtudio totius Philoſophiæ tàm Theoreticæ quàm Practicæ valdè deditus; p. 42, 43, 44.

S. *Cæſarius* fuit inſignis Theologus & intrepidus Religionis Chriſtianæ Confeſſor ac Propugnator; p. 44, 45, 46.

S. *Cæſarius* quando venerit Conſtantinopolim, & quanto tempore ibi commoratus ſit; p. 47.

Cæſarius Præfectus Vrbis Conſtantinopolitanæ, diverſus à S. Cæſario, fratre S. Gregorij Nazianzeni; p. 48.

48, 49, 50. Idem Cæſarius fuit ſub Imp. Theodoſio Seniore Magiſter Officiorum Sacri Palatij, & ſub Impp. Arcadio & Honorio Præfectus Prætorio Orientis; item Conſul; ibidem.
Calemara vel *Chalmana*, ſoror Caini, p. 202.
Caniſius; vide *Henricus*.
Calviſius; vide *Sethus*.
Canon Paſchalis ab A. C. 1232 uſque ad A. 1258, p. 177; item alius ab A. 1590 uſque ad A. 1609, p. 173.
Caſſianus; vide *Joannes*.
Catalogus antiquus Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis ineptus & imperfectus; p. 58.
Cedrenus; vide *Georgius*.
Chalmana vel *Calemara*, ſoror Caini, p. 202.
De *Chriſti* annis vitæ notabilis locus p. 164.
De *Chriſto* notabile Teſtimonium publicum Templi Hieroſolymitani p. 158 & 175.
Clinici p. 46.
Codex Theodoſianus emendatur p. 39, 40, 49.
Collyrium & *Collurium* differunt p. 72.
Collyrium diſſolvere, p. 72.
Combefiſius; vide *Franciſcus*.
Comes Rerum Privatarum; p. 39, 40, 41.
Comes Sacrarum Largitionum p. 39.
Imp. *Conſtantini* Magni tres Stratopedarchæ Nepotianus, Vrſus & Erpelio p. 122, 123.
Imp. Conſtantini Porphyrogeniti Pædagogus Theodorus, p. 11, 12, 13, 14, 15.
Conſtantini Harmenopuli Πρόχειρον ſive Promptuarium Iuris Græco-Romani corrigitur & illuſtratur. p. 37.
Conſtantinopolitanæ Aulæ præpotentes Eunuchi p. 15.
Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Magnus Oeconomus p. 11.
Conſtantinopolitana Ciſterna cognominata Aetij p. 81.
Conſtantinopolitanum Monaſterium τοῦ Προδρόμου, hoc eſt, *Sancti Joannis Præcurſoris* ſive *Baptiſtæ*, cognominatum *Petra* p. 81.
Conſtantinopolitanæ ſive Byzantinæ Hiſtoriæ Corpus, peculiari Supplemento poſthac augendum; p. 15, 30, 31, 73.
Conſtantinus Accubitor p. 13, 14, 15.
Conſtantinus Chartophylax p. 172.
Corvinus; vide *Matthias*.
Coſmas Epiſcopus Majumæ p. 116.

D.

DArmarius; vide *Andreas* Tarmarus vel Tarmarius.
Davidis Regis adulterium p. 202.
Dialogorum S. Cæſarij titulus græcus explicatur & corrigitur p. 37, 38, 47.
Διδάσκειν, ἐπιδεικνύναι τὴν παίδευσιν, p. 47.
Diomedes, ſcriptor Codicis CXXXIIdi, p. 83.
Dionyſij Gothofredi tranſlatio latina Promptuarij Iuris Conſtantini Harmenopuli corrigitur p. 37.
Dominica Orthodoxiæ p. 127.
Dorotheus, p. 81.

E.

E*Liæ* Metropolitæ Cretenſis Paraphraſis Orationum S. Gregorij Nazianzeni p. 45.
Eliæ Prophetæ miracula p. 8. Ejuſdem Oratorium, ibidem.
Eliſæi miracula p. 8.
Ἤπειροι ſive *Epiri* plurali numero p. 151.
Ἐπὶ σεκρέτῳ, *ſecretò* ſeu *privatim & familiariter*, p. 37. *In Secreto*, *in occulto*; ibidem.
Erpelio, Stratopedarcha Imp. Conſtantini Magni, p. 122, 123.
S. *Eucherius* Archiepiſcopus Lugdunenſis; primus Ioannis Caſſiani Opuſcula aſcetica redegit in Epitomen. p. 168.
Eunuchi Aulæ Conſtantinopolitanæ p. 15.

Eunu-

Eunuchiſmi & Eunuchorum Apologia p. 11, 12.
Euprepius Epiſcopus p. 25.
De *Eutropio* Hiſtorico notabile teſtimoniū Nicephori Gregoræ p. 56.

F.

F*Azellus*; vide *Thomas*.
Feſta Dominica p. 205.
Feſtum Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ p. 17, 150.
Feſtum Obdormitionis ſeu Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ p. 63.
Feſtum Sanctorum Luminum ſive Baptiſmatis Chriſti p. 58.
Franciſcus Combefiſius, inſolentiſſimus atque maledicentiſſimus Monachus Dominicanus Pariſienſis, p. 70, 71, 72 73. Manipulus ejus Originum Conſtantinopolitanarū plagiarius, ibidem.
Friſius; vide *Joannes* Jacobus.

G.

G*Aine* hæreſis p. 165.
Γαμβρὸς ἐπ' ἀδελφῇ, Maritus ſororis, p. 14.
Gellius; vide *Aulus*.
Geneſius, ſcriptor Codicis CVIti, p. 29.
Gennadij Maſſilienſis Liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis corrigitur p. 167.
Georgij Cedreni Hiſtoria illuſtratur p. 13, 14, 15.
Gigantes p. 110.
Gigantius Eremita p. 8.
Glycas; vide *Michael*.
Γλυκὺ, Dulce, Paſſum, p. 72.
Goltzius; vide *Hubertus*.
Gorræus; vide *Joannes*.
Gothofredus; vide *Dionyſius*.
Gotthica ſive Toletanæ literæ p. 209.
Gregoras; vide *Nicephorus*.
Gregorij Cyprij, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Orationes Panegyricæ manuſcriptæ in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſarea; p. 56.
S. *Gregorij* Nazianzeni Oratio funebris in laudem fratris ſui S. Cæſarij illuſtratur p. 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47.
S. *Gregorij* Nazianzeni Carmen de Vitâ ſuâ illuſtratur p. 38.
S. *Gregorij* Nazianzeni de fratris ſui S. Cæſarij Dialogis inſigne teſtimonium pag. 44, 45.
S. *Gregorij* Nazianzeni Opera, Pariſijs græcè & latinè edita, illuſtrantur, corriguntur & ſupplentur p. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11.
S. *Gregorij* Nazianzeni Opera, à Iacobo Billio A. 1583 Pariſijs latinè edita, corriguntur & illuſtrantur à p. 32 uſque ad pag. 50.
S. *Gregorij* Nyſſeni Opera, Pariſijs græcè & latinè edita, corriguntur & ſupplentur p. 25, 26, 27, 28, 29, 51, 52, 149. 216.
Gretſerus; vide *Jacobus*.

H.

H*Æreſes* Neſtorij, Severi, Iacobi, Gainæ & Theodoſij p. 165.
Hæreſes præcipuæ à Creatione Mundi p. 162.
Harmenopulus; vide *Conſtantinus*.
Henrici Caniſij Lectiones Antiquæ corriguntur & ſupplentur p. 24, 96, 168 169.
Henſchenius; vide *Joannes* Bollandus.
Hippocratis Coi ætas p. 141.
Hieronymus Oſorius, Silvenſis Epiſcopus Luſitanus, p. 196.
Huberti Goltzij Hiſtoria Siciliæ poſterior illuſtratur & corrigitur. p. 90, 91.

I.

J*Acobi* Billij Notæ in Opera S. Gregorij Nazianzeni refutantur p. 9.
Jacobi Billij opinio de Dialogis S. Cæſarij refellitur à pag. 31 uſque ad pag. 50.
R. P. *Jacobi* Gretſeri S. I. Opus de S. Cruce illuſtratur & ſuppletur pag. 19, 22.
R. P. *Jacobi* Gretſeri S. I. error circa

Maximi Planudis Orationem in Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, quam S. Gregorio Nyſſeno perperàm attribuit; p. 54, 55, 56, 57.
Iacobi hæreſis p. 165.
Imagines SS. Apoſtolorum Petri & Pauli p. 173.
Imaginum ſacrarum cultus p. 127, 148.
Imago Chriſti crucifixi ab Imperatrice Theodorâ Conſtantinopoli erecta. p. 30, 31.
Imago Scalæ Paradiſi p. 190.
In ſecreto, in occulto, p. 37.
Ioannes Abbas Monaſterij τοῦ Σωτῆρος τῶν Ῥαδηνῶν p. 83.
RRR. PPP. *Ioannis* Bollandi, Godefridi Henſchenij & Danielis Papebrochij Acta Sanctorum illuſtrantur p. 35, 38, 39, 64, 74, 97, 124, 125, 126, 201.
Ioannes Caſſianus fuit patriâ Romanus, p. 167. Opuſculorum ejus aſceticorum Epitomæ græcæ, ibidem & p. 168.
Ioannes Caſſianus ſcripſit latinè p. 168. Opuſcula ejus aſcetica primus in Epitomen redegit S. Eucherius Archiepiſcopus Lugdunenſis, ibid.
S. *Ioannis* Chryſoſtomi Opera, ab Henrico Savilio græcè Etonæ in Angliâ edita, corriguntur & ſupplentur p. 86, 93, 106, 107, 110, 121, 137.
Ioannis Climaci Opera, à R. P. Matthæo Radero S. I. Pariſijs græcè & latinè in folio edita, illuſtrantur & corriguntur p. 186, 188.
S. *Ioannis* Damaſceni Opera, Pariſijs A. 1619 in folio edita, corriguntur & ſupplentur p. 109, 115, 116, 117.
Ioannes Gorræus in Definitionibus ſuis Medicis confundit Collurium & Collyrium p. 72.
Ioannis Iacobi Friſij Bibliotheca Vniverſalis corrigitur p. 32, 192, 193.
Ioannis Leunclavij inconſtantia in ſcribendo nomine ſuo gentilitio, p. 32.
Ioannis Leunclavij editio Dialogorũ S. Cæſarij defenditur contra Iacobum Billium à pag. 31 uſq; ad pag. 50.
Ioannes Manclavita p. 81.
Ioannis Meurſij Gloſſarium Græcobarbarum corrigitur p. 37.
Ioannis Pici editio Pariſina Quæſtionũ Theodoreti in Pentateuchum & Librum Iudicum corrigitur & ſupپletur p. 161 & 165.
Ioannis Sambuci Codices manuſcripti Theologici Græci, de quibus in Libro quarto horum Commentariorum agitur, ſunt CImus, CVtus, CVIrus, CXIIItius, CXIVtus, CXVtus, CXVIImus, CXIXnus, CXXmus, CXXImus, CXXIIdus, CXXIIItius, CXXXmus, CXXXImus, CXXXIVtus, CXXXVItus, CXXXVIImus, CXXXVIIIvus, CXXXIXnus, CXLIVtus, CXLVtus, CXLVItus, CXLVIIIvus, CLmus, CLImus, CLIVtus, CLVtus, CLVIIIvus, CLXIIItius, CLXIVtus, CLXVtus, CLXVIImus, CLXXIVtus, CLXXVItus, CLXXIXnus, CLXXXmus, CLXXXIm°, CLXXXIVtus, CLXXXVtus, CLXXXVItus, CLXXXVIIIvus, CLXXXIXnus, CXCIIItius, CXCVtus, CXCVIImus.
Ioannis Tritbemij Liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis corrigitur p. 167, 168.
Ioannis Zonaræ Hiſtoria illuſtratur p. 13, 14.
Ioſephus Abbas Monaſterij S. Nicolai p. 123.
Iſaaci Patriarchæ nativitas, p. 202.
Imp. *Iuſtiniani* Novella quadrageſima ſexta illuſtratur p. 37.

K.

Καλλιγράφος p. 188.
Κατάθεσις & Συγκατάθεσις differunt p. 175.
Κείμενον, Contextus, Textus, p. 71.
Κολλύριον λύειν p. 72.

Lab-

L.

Labbæus; vide *Philippus*.
Langmannus; vide *Nicolaus*.
R. P. *Laurentij* Surij Carthuſiani Opus de probatis Sanctorum Hiſtorijs corrigitur & ſuppletur, p. 61, 62, 74, 97, 122, 125, 130, 138.
Lazius; vide *Wolfgangus*.
Leonis Allatij Diatriba de Georgijs & eorum Scriptis illuſtratur & corrigitur p. 21, 125, 126.
Leonis Grammatici Hiſtoria illuſtratur, corrigitur & ſuppletur p. 13, 14, 15.
Imp. *Leonis* Philoſophi ſeu Sapientis laus p. 12.
Leo Padiates, Sacerdos & Tabularius, ſcriptor Codicis CLIIItij, p. 138.
Leo Phocas p. 13, 14.
Leunclavius; vide *Ioannes*.
Litera Gotthicæ ſive Toletanæ p. 209.
Lot p. 202.
Lucianus, Presbyter Hieroſolymitanus, & reliquiarum S. Stephani Protomartyris inventor; p. 65.
Λύειν, Solvere, Diſſolvere, Diluere, vocabula medica, p. 72.

M.

SS. *Macarij* duo diverſi p. 143.
Majuma, feſtum ethnicum, p. 49.
Majuma; vel *Majoma*, Portus & Emporium Palæſtinæ, p. 117.
Mamunas; vide *Marcus*.
Μαγκλαβῖται ſive Manuclavitæ, Ianitores Aulæ Imperatoriæ Conſtantinopolitanæ, p. 81.
Marcus Mamunas Cretenſis p. 67.
Margarini Bignæi Bibliotheca Veterũ Patrum corrigitur p. 65.
Martyrologium Romanum corrigitur p. 130.
Matthiæ Corvini, Regis Hungariæ obitus p. 78.
Matthiæ Corvini, Regis Hungariæ, Bibliotheca, vide *Bibliotheca*.
Maximus p. 2.
De *Maximo* Planude Card. Beſſarionis & Raphaelis Volaterrani Teſtimonia & Iudicia p. 57.
Maximi Planudis, Monachi Conſtantinopolitani Oratio in Sepulturam Chriſti & in Planctum Beatiſſimæ Virginis Deiparæ manuſcripta in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ; p. 56.
Maximi Planudis Epiſtolæ 122, Comparatio Veris & Hyemis, & Oratio in S. Martyrem Diomedem, MS. in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ; p. 56, 57.
Mel. biſedech p. 202.
Meurſius; vide *Ioannes*.
Michael, ſcriptor Codicis CLXXVti, p. 181.
Michaelis Glyeæ teſtimonium de S. Cæſarij Dialogis illuſtratur p. 34, 35.
Michaelis Pſelli Oratio de Cruce p. 21.
Μονὴ Βύζας p. 92.
Muchammedis Pſeudo-Prophetæ Saracenorum origo p. 201.
Muchammediſmi ejurandi formula p. 117.
Muſica Græcorum Notæ p. 123.

N.

Nepotianus Stratopedarcha Imp. Conſtantini Magni p. 122, 123.
Neſtorij hæreſis p. 165.
Nicolai Langmanni de Falckenſtein Hiſtoria Deſponſationis & Coronationis Imp. Friderici V citatur ob notabile teſtimonium de Regis Hungariæ Matthiæ Corvini obitu p. 78.
Nicephori Calliſti error circa S. Cæſarium S. Gregorij Nazianzeni fratrem refutatur p. 47, 48, 49, 50, 126. Idem S. Theodorum Martyrem cognomine Ducem exercitûs perperàm confundit cum S. Theodoro Martyre cognomine Tyrone, p. 125, 126.
Nicephori Gregoræ Oratio in laudem

Imp. Conſtantini Magni, & in eâ notabile teſtimonium de Eutropio Hiſtorico, p. 56.
Nicephori Gregoræ Orationes Panegyricæ manuſcriptæ in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſarea; p. 56.
Nicephorus Tachygraphus & Anagnoſtes, ſcriptor Codicis CLXXVIII-vi, p. 187.
Nilus Hieromonachus, ſcriptor Codicis CXXXIVti, p. 84.
Notarius, ταχυγράφος, p. 124.

O.

Officium Eccleſiaſticum in honorē S. Nicolai p. 123.
Opſiciana Aſiæ Minoris Regio p. 14.
Oratio ἐπιθαλάμιος p. 206.
Oſorius; vide *Hieronymus*.
Οὗτος, ὦ σὺ, p. 4.

P.

Papebrochius; vide *Daniel*.
Petra cognomen Monaſterij Conſtantinopolitani p. 81.
R. P. *Philippi* Labbæi S. I. Diſſertatio Hiſtorica & Philologica de Scriptoribus Eccleſiaſticis corrigitur p. 34, 35, 36. Ejuſdem Hiſtorica Synopſis omnium Conciliorū illuſtratur & corrigitur, p. 199
Philippus argentarius tempore Imp. Iuſtiniani p. 158 & 175.
Philoſophorum aliquot veterum Græcorum præ cæteris illuſtrium recenſio p. 44.
Phocæ Tyranni interitus p. 201.
Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani teſtimonium de S. Cæſarij Dialogis illuſtratur & confirmatur p. 34, 35, 36.
Photij Patriarchæ CPni Bibliotheca ſuppletur, p. 151; illuſtratur p. 160, 167,
Picus; vide *Ioannes*.
Planudes; vide *Maximus*.
Politica, Meretrix publica ſive Proſtibulum populi, p. 178.
Politici verſus p. 178, 205.
Portus Gazæ, Majuma, p. 117.
Poſſevinus; vide *Antonius*.
Protopapæ dignitas & officium p. 107.
Pſellus; vide *Michael*.

Q.

Quæſtores Provinciarum ſive Præfecti Theſaurorum per Provincias p. 38, 39.

R.

Raphaelis Volaterrani ætas p. 57.
Rivetus; vide *Andreas*.
Card. *Roberti* Bellarmini Liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis illuſtratur & corrigitur p. 22, 23.
Rogerius Nortmannus; cognomine Boſſus, p. 90.
Imp. *Romanus* Lecapenus p. 13, 14, 15.

S.

Sambucus; vide *Ioannes*.
Sanctorum Sanctarúmque Vitæ & Encomia: nempe
S. *Alexij* p. 138.
S. *Anaſtaſiæ*, uxoris S. Andronici Abbatis, p. 184.
S. *Andronici* Abbatis, p. 184.
Sanctorum duodecim *Apoſtolorum*, p. 116.
S. *Barſanuphij* p. 183.
S. *Baſilij* Magni p. 26, 51, 53.
S. *Baſilij* Iunioris p. 200.
S. *Cæſarij*, fratris S. Gregorij Nazianzeni, à pag. 31 uſque ad pag. 50.
SS. *Coſmæ* & *Damiani*, Confeſſorum Aſianorum, filiorum Theodotes, p. 133.
S. *Demetrij* Proconſulis p. 133, 185.
S. *Diomedis* Martyris p. 57.
S. *Dorothei* Archimandritæ p. 183, 184.
S. *Doſithei* p. 183.
S. *Eleutherij* Epiſcopi Illyrici p. 62.
S. *Ephræm* Syri p. 29.
S. *Euphroſynæ* Virginis p. 200, 201.
S. *Euſtathij*, aliàs *Placidi* vel *Placidæ* p. 130.

S. Ge-

S. *Georgij* Martyris p. 126, 127.
S. *Gregorij* Nazianzeni p. 1, 23.
S. *Gregorij* Thaumaturgi p. 28.
S. *Jacobi* Minoris ſeu Fratris Domini p. 203.
S. *Ignatij* Martyris, Epiſcopi Antiocheni, p. 61.
S. *Joannis* Baptiſtæ p. 60, 61, 63 110.
S. *Joannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ p. 129, 130, 150.
S. *Joannis* Patriarchæ Alexandrini cognomine Eleemoſynarij p. 104.
S. *Joannis* Climaci p. 186, 187, 188, 189, 191, 192, 195.
S. *Macrinæ* ſororis S. Gregorij Nyſſeni p. 25, 52.
S. *Mamantis* Martyris p. 70.
S. *Mariæ* Virginis Deiparæ p. 56, 62, 88, 102, 111, , 127, 128, 129, 130, 131, 132, 134, 141, 150, 152, 173, 202, 205, 207.
S. *Mariæ* Ægyptiacæ p. 128.
S. *Meletij* Epiſcopi Antiocheni p. 26.
S. *Michaelis* Archangeli p. 129.
S. *Nicetæ* Gotthi p. 62.
S. *Nicolai* Epiſcopi Myrenſis p. 66, 122, 123.
Omnium Sanctorum p. 60, 147.
Omnium Sanctorum Martyrum p. 73.
S. *Panteleemonis* Martyris p. 114.
SS. *Perpetuæ* & *Felicitatis* p. 190, 191.
S. *Petri* Principis Apoſtolorum p. 103, 167.
SS. *Petri* & *Pauli* Apoſtolorũ conjunctim p. 54, 55, 56, 57, 110, 173, 174.
S. *Petri* Publicani p. 104.
S. *Philogonij* p. 114.
S. *Photinæ* Samaritanæ, filiorumq; ipſius & ſororum, p. 58, 59, 60.
S. *Placidi* vel *Placidæ*, Ducis exercitus, aliàs *Euſtathij* p. 130.
S. *Polyeucti* Martyris p. 62.
SS. *Quadraginta* Martyrũ Sebaſtenorum p. 26, 60, 74, 97, 98, 99, 100, 101.
S. *Stephani* Protomartyris p. 26.
S. *Theodori* Martyris cognomine τοῦ Στρατηλάτου ſive Ducis exercitûs p. 97, 124, 125, 126.
S. *Theodori* Martyris, cognomine Tyronis p. 26, 64, 65, 96, 97, 114.
S. *Theodoſiæ* Martyris, patriâ Conſtantinopolitanæ; p. 63.
S. *Theophanonis*, primæ Conjugis Imp. Leonis Philoſophi ſeu Sapientis, p. 61.
S. *Thomæ* Apoſtoli p. 70, 134.
Scala Paradiſi Imago. p. 190.
Scetica Ægypti eremus perperàm confunditur cum Scythiâ, p. 167, 168.
Schottus; vide *Andreas*.
Sebaſtiani Tengnagelij Codices manuſcripti Theologici Græci, de quibus in Libro quarto horum Commentariorum agitur, ſunt Clldus, CVItus, CXXmus, CXXImus, CLXVIImus, CLXXXVItus.
Seleucus p. 8, 9.
Sethi Calviſij Opus Chronologicum corrigitur p. 78.
Severi hæreſis p. 165.
De *Severiano* Gabalorum Epiſcopo inſigne teſtimonium Gennadij Maſſilienſis, p. 58.
Severini Binij Syntagma Conciliorũ illuſtratur & corrigitur p. 199.
Sigantius; vide *Gigantius*.
R. P. *Simonis* Wangnereckij S. I. Syntagma Hiſtoricum de tribus Sanctorum Anargyrorum Coſmæ & Damiani Paribus ſuppletur p. 134.
Stephanus de Vrbibus illuſtratur p. 151.
Suidæ Lexicon, ab Hieronymo Wolfio & Æmilio Porto editum, illuſtratur, corrigitur & ſuppletur p. 23, 175.
Surius; vide *Laurentius*.
Symeon Eunuchus, frater Theodori Pædagogi Imp. Conſtantini Porphyrogeniti, p. 13, 14, 15.
Synthiſmus ſeu potiùs *Syntheiſmus* p. 162.
Syracuſarum recuperatio per Rogerium Nortmannum, cognomine Boſſum, p. 90.

T.

Ταχυγράφος, Notarius, p. 124.
Tarmarus vel *Tarmarius*; vide *Andreas*.
Tengnagelius; vide *Sebaſtianus*.
Theodorus, Pædagogus Imp. Conſtantini Porphyrogeniti, p. 11, 12, 13, 14, 15. Ejus frater Symeon Eunuchus, ibidem.
Theodoſij hæreſis p. 165.
Theodoſius Princeps Iudæorum tempore Imp. Iuſtiniani p. 158 & 175.
Theſauri Imperatoris privati ſive proprij p. 39.
Theſauri Sacri ſive Publici p. 39.
Thomæ Fazelli Hiſtoria rerum Sicularum illuſtratur & corrigitur p. 90, 91.
Tituli varij variarum Dignitatū Conſtantinopoli olim uſitati p. 207.
Trithemius; vide *Joannes*.

V.

Impp. *Valentiniani* & *Valentis* Reſcriptum ad S. Cæſarium Comitem Rerum Privatarum; p. 39, 40.
Verſus politici p. 178, 205.
Volaterranus; vide *Raphael*.
Urſus, Stratopedarcha Imp. Conſtantini Magni, p. 122, 123.

W.

Wangnereckius; vide *Simon*.
Wolfgangi Lazij Commentarius in S. Methodij Martyris Revelationes ſuppoſititias p. 202.

Z.

Zoes, matris Imp Conſtantini Porphyrogeniti, laus p. 12, 13.
Zonaras; vide *Joannes*.
Zoſimi editio latina Leunclaviana corrigitur p. 49.

INDICIS TERTII LIBRI QVARTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI FINIS.



LIBRI QVARTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

APPENDIX,

QVA CONTINENTVR VARIA ADDITAMENTA, NON SOLVM AD JAM MEMORATVM LIBRVM QVARTVM, VERVM ETIAM AD PRIORES TRES, PRIMVM VIDELICET, SECVNDVM ATQVE TERTIVM, PERTINENTIA.

ADDITAMENTVM I,

pertinens ad Libri *primi* pag. 32 & 33, ubi fit mentio *Codicum manuſcriptorum V. CL. Joannis Cuſpiniani*, qui etiam nunc aſſervantur in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ.*

INter V. CL. *Joannis Cuſpiniani* præſtantiſſimos rariſſimóſq; *Codices manuſcriptos Hiſtoricos Latinos*, qui etiã nunc in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* ſalvi & incolumes aſſervantur, multas ob cauſas memorabilis in primis eſt ille, cujus R. P. *Ægidius Bucherius* Atrebas, è Societate JESV, in doctiſſimo de Doctrinâ Temporum Commentario in *Victorium Aquitanum* alióſq; antiquos Canonum Paſchalium Scriptores, Antverpiæ ex Officinâ Plantinianâ Balthaſaris Moreti A. 1634 in folio edito, Capite XIVto & XVto meminit his verbis: *Octobri anni 1632, cùm, Voluminis hujuſce typis Plantinianis edendi conſilio, Antverpiam Leodio veniſſem, P. Joannes Bollandus, Societatis noſtræ Sacerdos, Victorij noſtri illuſtrandi deſiderio, quaſdam mihi P. Heriberti Roſweydi p. m., Viri de antiquitate Eccleſiaſticâ ſanctorúmq; Patrum Vitis optimè meriti, ſchedas obtulit. Erant*

eæ è vetuſtiſſimâ membranâ fideliter exſcriptæ, quam D. Joannes Brennerus, Regius olim in Senatu Luxemburgenſi Secretarius & Actuarius, diu penes ſe habuerat, & tandem D. Aſſonuillio, Regi Catholico à privatis Bruxellæ conſilijs, dono tranſmiſerat. Ijs pluſcula ignoti quidem, ſed antiquiſſimi, & qui ſub Conſtantio Conſtantini Magni filio vixiſſe videtur, Scriptoris continebantur Opuſcula, quæ CVSPINIANVS in manibus habuiſſe ſe, pluribus Faſtorum ſuorum locis ſignificat.

Primum Opuſculum ſola Conſulum nomina cum annuis Kalendarum Januariarum Ferijs, nomine Planetarum expreſſis, Epactis, anniſq; Biſſextilibus exhibebat, à Conſulibus Antonino II & Getâ, ſeu anno Chriſti vulgari 205 uſq; ad Conſtantium Auguſtum VII & Conſtantium Cæſarem III, id eſt, annum Chriſti 354. Mox tamen rursùm poſteriora Conſulum collegia 43 repetuntur, & cum alijs Centenario Laterculo, qui Paſchales centum annorum feſtivitates exhibet, à ſecundo Conſtantini Licinijq; Conſulatu, ſeu anno Chriſti communi 312 ad annum 411 deducuntur, ut infra typis fideliter repræſentamus.

Secundum Opuſculum erat de Præfectis Vrbis Romæ, cum ſolis rursùm Conſulum nominibus, à Gallieni Imperatoris temporibus & anno Chriſti 254 uſq; ad 354; quo Conſules item notat Conſtantium Auguſtum VII & Conſtantium Cæſarem III. Hoc Opuſculum CVSPINIANVS & Onuphrius LIBELLVM DE PRÆFECTIS VRBIS appellaverunt, & in Faſtos totum feliciſſimè tranſtulerunt.

Tertium Opuſculum erat parvi inſtar Martyrologij, quo dies depoſitionis ſeu mortis, primò quorundam Pontificum Romanorum, quos, paucis fortè demptis, Autor videre potuit, tùm nonnullorum etiam Martyrum annotabantur.

Quartum Opuſculum erat brevis Romanorum Pontificum Catalogus à Sancto Petro ad Liberium, Romæ ſub eodem Conſtantio Auguſto Epiſcopum, quo quibus illi Conſulibus inierint, quibus exceſſerint, compendio referebatur.

Quintum & ultimum Opuſculum erat vetus Kalendarium, tametſi QVATVOR MENSIBVS MVTILVM, cum præcipuorum meliorúmque Cæſarum Natalibus, non ultra eundem Conſtantium Auguſtum, in cujus Conſulatu ſeptimo priorum Conſulum ſeriem concluſerat; quem proinde, ceu ſuperſtitem, DOMINVM vocat, cùm alios Imperatores jam mortuos DIVOS appellet.

Quin-

Quinq; hæc Opuſcula cùm attentiùs excuterem, & vetuſtatem agnoſcerem, (unius enim ſunt temporis; neſcio an & Autoris) ſtatim ad C V S P I N I A N I *Faſtos me contuli, ut, quid de ijs cenſuiſſet, in mentem revocarem. Nam in ijs ille* P R I M I, S E C V N D I & Q V A R T I *frequentiſſimè meminit. Ac* P R I M V M *quidem* I N T E G R V M *omninò nactus eſt à primis Romæ Conſulibus Bruto & Collatino. Quippe ad annum Vrbis conditæ* 248 *ita ſcribit: Reperi quendam vetuſtiſſimum Codicem, cujus Autor ignoratur, qui ſola nomina Conſulum ponit ab ejectis Regibus ad Gothorum tempora, & à quibuſdam cenſetur eſſe* P A V L I O R O S I I; *quem ſæpiùs in hoc Opere citabo. In quo ſemper quatuor annorum Conſules, quaſi ſub unâ Olympiade, ſcribuntur, & è regione nomina Planetarum cum quibuſdam numeris, quos neque intelligere potui, neque hactenùs, qui intellexiſſet, reperi; dehinc alio colore rubro item alij, ſub hâc ſcilicet formâ:*

	Bruto & Collatino.	*Lun.*	*XXIX.*
	Publicolâ II & Tricipitino.	*Mar.*	*X.*
	Publicolâ III & Pulvillo.	*Mer.*	*XXI.*
Rubr.	*RVFO & AQVILINO.*	*Jov.*	*II.*
	Valerio & Tuberto.	*Sat.*	*XIII.*
	Publicolâ IV & Tricipitino.	*Sol.*	*XXIV.*
	Tuberto II & Lanato.	*Ven.*	*V.*

Dehinc iterùm cum Rubricâ eodem ordine Conſules, & cæteri numeri in ſuis columnis, è quibus nonnunquam didici, qui falsò erant in hoc Opere Caſſiodori incuriâ librariorum tranſcripti. Hactenus C V S P I N I A N V S. *Qui deinceps ſæpiùs ex eodem Codice Conſulum nomina recenſet, ut ad annum Vrbis conditæ* 266, 453, 483, 495, 688, 743 & 831, *ſed ſine Planetarum nominibus & Epactis. At anno Vrbis conditæ* 789 *Conſulibus ſuis rurſum ex eodem Autore dies illos, Epactas & Biſſextos adjungit: Autor ignotus, inquit, ubi ſola nomina Coſulum cum diebus & Epactis ſcribuntur, alium ordinem continet, quem etiam non gravabor ſubdere. Incipiemus autem à*

 Gal-

Gallieno & Plautiano, qui ultimi erant in Tiberio apud Caſſiodorum. Ibi ſic ſcribuntur:

B.	Gallieno & Plautiniano.	Sol.	XI.
	Proculo & Nigrino.	Mar.	XXII.
	Juliano & Aſprenate.	Mer.	III.
	Cæſare II & Cæſiano.	Jov.	XIV.
B.	Cæſare III & Solo.	Ven.	XXV.
	Cæſare IV & Saturnino.	Sol.	VI.
	T. Claudio II & Longo.	Lun.	XVII.
	T. Claudio III & Vitellio.	Mar.	XXIX.
B.	Criſpo II & Tauro.	Mer.	IX.
	Vinitio & Corvino.	Ven.	XX.

Ita ibi CVSPINIANVS, *Conſules enumerans ab anno Chriſti vulgari 36 ad 45, ut ex ſingulis Kalendarum Januariarum Ferijs patet; fragmento, de quo jam agimus, ut & noſtræ ad Victorij Tabulam Appendici, reiq; veritati planè conformis; ut appareat, Autorem hunc, (ſi unus eſt) licet ignotum, doctiſſimè certiſſiméq; Conſules ſuos digeſſiſſe, & Victorij, Caſſiodori Proſperiq; Faſtos vel ſolum erigere poſſe, ſi* INTEGER *ad manus noſtras deveniſſet. Nunc quoniam* INTEGRVM *nanciſci* NON DVM *contigit, quod reperi, fideliter exhibebo,* CVSPINIANI HÆREDES *aut* AMICOS *priùs obteſtatus, ut ſi membranas illas adhuc habeant,* PVBLICO NON INVIDEANT, ET TANTVM ANTIQVITATIS THESAVRVM INTERIRE NE PERMITTANT. *Si quod etiam de horum Opuſculorum ætate dubium ſupereſſet, id unico illo veteri Kalendario tolli poſſet. Præcipuas enim Conſtantini Magni filijq; Conſtantij de Tyrannis Barbariſq; victorias, velut adhuc calentes exhibet, & ſuis diebus aſſignat. Quin & in Cæſarum Natalibus eundem Conſtantium non, ut reliquos Imperatores mortuos* DIVUM, *ſed, ut adhuc ſuperſtitem,* DOMINVM *appellat. Opuſculi pretium accendunt non pauca, tùm ad ſacram, tùm ad civilem hiſtoriam hîc pro-*

dita,

dita, alijs intacta, ut tute, Lector, ſtatim agnoſces. DOLENDUM, QUATUOR MENSIBUS, MARTIO, APRILI, MAIO & JUNIO TRUNCATUM *ad nos perveniſſe; plura enim hiſtorica forſitan hauſiſſemus.* MENSIUM SEPTEM FIGURÆ IMAGINESVE SUPERSUNT; *in quas* AUSONIUM *Idyllio XXmo luſiſſe, eôq; altam earum ætatem aſſerere, mox videbo.* VALENTINO *cuidam inſcribitur, mihi hactenùs ignoto, niſi quòd paulo antè Baſilicam, à Julio Pontifice viâ Flaminiâ milliario ſecundo conſtructam,* VALENTINI *appellatam notem. An idem ſit cogitandum relinquo. Sanè* VALENTINUM *illum, Baſilicâ illuſtrem,* CHRISTIANUM *fuiſſe neceſſum eſt. Contrà hujus* KALENDARII *ſolennia omnia Gentilium ſunt, nulla Chriſtianorum. Votum tamen* KALENDARII TITULO *conceptum,* VALENTINE FLOREAS IN DEO, *& literæ Dominicales Chriſtianum illum innuunt. Literæ proximè adhærentes Octonariæ, aut incluſo utroq; extremo Novenariæ, veterum Romanorum Nundinales ſunt, ut per ſe patet. Atq; hinc colligere eſt, quis Romæ per ea tempora priſcæ ſuperſtitionis, quis Fidei Chriſtianæ ſtatus extiterit.* Hucuſq; R. P. *Ægidius Bucherius.*

Hic igitur eximius Codex manuſcriptus, quem ille ibi tantopere laudat & deſiderat, ſed ferè tanquam perditum deplorat, ſupereſt etiamnunc in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* æquè integer, ut ipſe (1) *Cuſpinianus* olim eo uſus eſt, obtinétq; inter *Codices manuſcriptos Hiſtoricos Latinos* locum *quinquageſimum ſextum*; nec ea ſolùm, quæ à R. P. *Bucherio* ſuprà enumerantur, verùm etiam alia quædam egregia monumenta complectitur, quæ ad ipſius notitiam non pervenerunt, ſed diligenter & accuratè à me recenſebuntur, ſi DEUS vitam & vires mihi concesſerit, ut in Continuatione hujus Catalogi uſq; ad *Codices manuſcriptos Hiſtoricos*

(1) *Ejuſdem Codicis MSti ante* Joanné Cuſpinianum *poſſeſſor fuit* Joannes Fuchsmagius, *I. V. D &* Imp Maximiliani I *Conſiliarius, ut ipſe propriâ manu ibi teſtatur in principio. Poſt* Cuſpiniani *autem obitum, cùm idem ille præſtantiſſimus Codex à reliqua ipſius Bibliothecâ neſcio ratione avulſus eſſet, emit eundem* Joannes Faber, *Epiſcopus Vindobonenſis ſive* Wiennenſis. *Quo A. C. 1541 mortuo, pervenit idem Codex cum aliis multis præſtantiſſimis Codicibus MStis, quos jam memoratus Epiſcopus magno ſtudio & ſumptu collegerat, in* Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream.

ricos Latinos perveniam. Tunc quoq; *Faſtos* illos *Conſulares*, à *Cuſpiniano* tàm frequenter citatos, & à *Bucherio* tàm vehementer laudatos, publicabo integros, &, quantum obiter fieri poterit, neceſſarijs *Annotationibus* illuſtrabo. Interim autem nunc ſpeciminis loco hîc exhibeo totum illud ſuprà memoratum *Vetus Calendarium* unà cum omnibus eò pertinentibus *Imaginibus*, ſummâ diligentiâ ac fide delineatis & æri inciſis; quibus etiam majoris autoritatis gratiâ adjeci *Tetraſticha* illa, quibus *Auſonius Burdigalenſis*, qui A. C. 379 cum *Sexto Anicio Olybrio* fuit Conſul, eaſdem ornare ac illuſtrare dignatus eſt.

MEN-



CALENDARIVM ROMANVM ETHNICÆ VETVSTATIS, SVB IMP. CONSTANTIO, IMP. CONSTANTINI MAGNI FILIO, CIRCA ANNVM CHRISTI CCCLIV COMPOSITVM, ET VALENTINO CVIDAM DEDICATVM.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI



MENSIS IANVARIVS.



AVSONII TETRASTICHON:

Hic Iani menſis ſacer eſt: en aſpice, ut aris
Thura micent; ſumant ut pia thura Lares.
Annorum ſecliqúe caput, natalis honorum,
Purpureos faſtis qui numerat Proceres.

NAPOLI

MENSIS JANVARIVS
habet dies XXXI.

A	*A*	*A*	Kal. Jan.	*Senatus legitimus.*
	b	*b*	IIII Non.	*Dies Ægyptiacus.*
	c	*c*	III.	*Ludi. Votorum nuncupatio.*
B	*d*	*d*	prid.	*Ludi.*
	e	*e*	Non.	*Ludi.*
	f	*f*	VIII Idus.	*Dies Ægyptiacus.*
C	*g*	*g*	VII.	*Jano Patri.* CM. XXIIII.
	A	*b*	VI.	
	b	*A*	V.	*Senatus legitimus.*
D	*c*	*b*	IIII.	*Dies Carmentariorum.*
	d	*c*	III.	
	e	*d*	prid.	
E	*f*	*e*	Idib.	*Jovi Statori.* CM. XXIIII.
	g	*f*	XIX Kal. Feb.	
	A	*g*	XVIII.	*Carmentalia.*
F	*b*	*b*	XVII.	*Dies Ægyptiacus.*
	c	*A*	XVI.	*Ludi Palatini.*
	d	*b*	XV.	*Ludi.*
G	*e*	*c*	XIIII.	*Ludi.*
	f	*d*	XIII.	N. *Gordiani.* CM. XXIIII.
	g	*e*	XII.	*Ludi.*
H	*A*	*f*	XI.	*Ludi.*
	b	*g*	X.	*Senatus legitimus.* SOL AQVARIO.
	c	*b*	IX.	N. D. *Hadriani.* CM. XXIIII.
I	*d*	*A*	VIII.	N. *Chartis.*
	e	*b*	VII.	
	f	*c*	VI.	
K	*g*	*d*	V.	
	A	*e*	IIII.	
	b	*f*	III.	
A	*c*	*g*	prid.	

MENSIS FEBRVARIVS.

habet dies XXVIII.

	d	h	Kal. Feb.	N. *Herculis.* CM. XXIIII.
	e	A	IIII Non.	
B	f	b	III.	*Senatus legitimus.*
	g	c	prid.	*Ludi Gotthici.*
	A	d	Non.	*Ludi.*
C	b	e	VIII Idus.	*Ludi.*
	c	f	VII.	*Ludi. Dies Ægyptiacus.*
	d	g	VI.	*Ludi.*
D	e	h	V.	*Gotthici.* CM. XXIIII.
	f	A	IIII.	
	g	b	III.	*Genialici.* CM. XXIIII.
E	A	c	prid.	*Ludi Genialici.*
	b	d	Idib.	*Virgo Veſta parentat. Senat. legit.*
F	c	e	XVI Kal. Mar.	
	d	f	XV.	*Lupercalia.*
	e	g	XIIII.	
G	f	h	XIII.	*Quirinalia.*
	g	A	XII.	
	A	b	XI.	
H	b	c	X.	SOL PISCIBVS.
	c	d	IX.	*Feralia.*
	d	e	VIII.	*Cariſtia.*
I	e	f	VII.	*Terminalia.*
	f	g	VI.	*Regifugium.*
	g	h	V.	*Lotio.* CM. XII. *Dies Ægyptiacus.*
K	A	A	IIII.	
	b	b	III.	N. *D. Conſtantini.* CM. XXIIII.
	c	c	prid.	*Ludi votivi.*

MENSIS FEBRVARIVS.



AVSONII TETRASTICHON:

At quem cæruleus nodo conſtringit amictus.
Quique paludicolam prendere gaudet avem.
Dædala quem iactu pluvio circumvenit Iris.
Romuleo ritu Februa menſis habet.

NAPOLI



MENSIS MARTIVS.



AVSONII TETRASTICHON:

Cinctum pelle Lupæ promptum eſt cognoſcere menſem;
Mars illi nomen, Mars dedit exuvias.
Tempus ver hœdus petulans, et garrula hirundo
Indicat, et ſinus lactis, et herba virens.

NAPOLI

MENSIS MARTIVS.
habet dies XXXI.

A	*d*	*d*	Kal. Mar.	N. *Martis.* CM. XXVIII.
	e	*e*	VI. Non.	
	f	*f*	V.	*Senatus legitimus. Dies Ægyptiacus.*
B	*g*	*g*	IIII.	
	A	*b*	III.	*Iſidis navigium.*
	b	*A*	prid.	
C	*c*	*b*	Non.	*Junonalia.*
	d	*c*	VIII Idus.	
	e	*d*	VII.	*Arma ancilia movent.*
D	*f*	*e*	VI.	
	g	*f*	V.	
	A	*g*	IIII.	
E	*b*	*b*	III.	*Jovi cultori.* CM. XXIIII.
	c	*A*	prid.	*Mamuralia. Senatus legit.*
	d	*b*	Idib.	*Canna intrat.*
F	*e*	*c*	XVII. Kal. Apr.	
	f	*d*	XVI.	*Liberalici.* CM.XXIIII. SOL ARIETE.
	g	*e*	XV.	
G	*A*	*f*	XIIII.	*Quinquatria.*
	b	*g*	XIII.	*Peloſia.*
	c	*b*	XII.	N. *Minerves.*
H	*d*	*A*	XI.	*Arbor intrat.*
	e	*b*	X.	*Tubiluſtrium.*
	f	*c*	IX.	*Sanguen. Dies Ægyptiacus.*
I	*g*	*d*	VIII.	*Hilaria.*
	A	*e*	VII.	*Requetio.*
	b	*f*	VI.	*Lavatio.*
K	*c*	*g*	V.	*Initium Cajani.*
	d	*b*	IIII.	
	e	*A*	III.	
A	*f*	*b*	prid.	N. *Divi Conſtantini* CM. XXIIII.

MEN-

MENSIS APRILIS.
habet dies XXX.

	g	c	Kal. Apr.	*Veneralia. Ludi. Sen. leg.*
	A	d	IIII Non.	
B	b	e	III.	N. *Dei Quirini.* CM. XXIIII. *Dies Ægyp.*
	c	f	prid.	*Ludi Megaleſiaci.*
	d	g	Non.	*Ludi.*
C	e	b	VIII Idus.	*Ludi.*
	f	A	VII.	N. *Caſtor. & Pollucis.* CM. XXIIII.
	g	b	VI.	*Ludi.*
D	A	c	V.	*Megaleſiaci.* CM. XXIIII.
	b	d	IIII.	N. *Divi Severi,* CM. XXIIII.
	c	e	III.	*Ludi Cerealici.* CM. XXIIII.
E	d	f	prid.	
	e	g	Idib.	*Ludi. Senatus legitimus.*
F	f	b	XVIII. Kal. Mai.	*Ludi.*
	g	A	XVII.	*Ludi.*
	A	b	XVI.	*Ludi.*
G	b	c	XV.	*Ludi.*
	c	d	XIIII.	*Ludi.* SOL TAVRO.
	d	e	XIII.	*Cerealici.* CM. XXIIII.
H	e	f	XII.	
	f	g	XI.	N. *Vrbis.* CM. XXIIII. *Dies Ægyp.*
	g	b	X.	
I	A	A	IX.	
	b	b	VIII.	
	c	c	VII.	*Serapia.*
K	d	d	VI.	N. *M. Antonini.* CM. XXIIII.
	e	e	V.	
	f	f	IIII.	
A	g	g	III.	
	A	b	prid.	*Ludi florales.*

MEN-

MENSIS APRILIS.



AVSONII TETRASTICHON:

Contectam myrto Venerem veneratur Aprilis;
Lumen thuris habet, quo nitet alma Ceres.
Cereus à dextrâ flammas diffundit odoras;
Balſama nec deſunt, queîs redolet Paphie.



MENSIS MAIVS.



AVſONII TETRAſTICHON:

Cunctas veris opes et picta roſaria gemmis
Liniger in calathis, aſpice, Maius habet,
Menſis Atlantigenæ dictus cognomine Maiæ;
Quem meritò multùm diligit Vranie.

VITTORIO EMANUELE III
OLI

MENSIS MAIVS.
habet dies XXXI.

	b	*A*	Kal. Mai.	*Senatus legitimus.*
B	*c*	*b*	VI Non.	*Ludi.*
	d	*c*	V.	*Floralici.* CM. XXIIII. *Dies Ægyp.*
	e	*d*	IIII.	*Ludi Maximati.*
C	*f*	*e*	III.	*Ludi.*
	g	*f*	prid.	*Ludi.*
	A	*g*	IX Idus.	*Ludi.*
D	*b*	*b*	VIII.	*Ludi.*
	c	*A*	VII.	*Maximati.* CM. XXIIII.
	d	*b*	VI.	N. *Claudi.* CM. XXIIII.
E	*e*	*c*	V.	
	f	*d*	IIII.	*Martialici.* CM. XXIIII.
	g	*e*	III.	*Ludi Perſici.*
F	*A*	*f*	prid.	*Ludi.*
	b	*g*	Idib.	N. *Mercuri. Senatus legit.*
	c	*b*	XVII Kal. Jun.	*Ludi.*
G	*d*	*A*	XVI.	*Perſici.* CM. XXIIII.
	e	*b*	XV.	N. *Annonis.*
	f	*c*	XIIII.	*Zenziarius.*
H	*g*	*d*	XIII.	SOL GEMIN.
	A	*e*	XII.	*Dies Ægyptiacus.*
	b	*f*	XI.	
I	*c*	*g*	X.	*Macellus roſa ſumat.*
	d	*b*	IX.	
	e	*A*	VIII.	
K	*f*	*b*	VII.	
	g	*c*	VI.	
	A	*d*	V.	
A	*b*	*e*	IIII.	*Ludi. Honor & Virtus Zinza.*
	c	*f*	III.	*Ludi.*
	d	*g*	prid.	*Ludi.*

MENSIS JVNIVS.
habet dies XXX.

B	*e*	*h*	Kal. Jun.	*Fabarici* CM. XII.
	f	*A*	IIII Non.	
	g	*b*	III.	*Senatus legitimus.*
C	*A*	*c*	prid.	*Ludi in minicia.*
	b	*d*	Non.	
	c	*e*	VIII Idus.	*Coloſſus coronatur.*
D	*d*	*f*	VII.	*Veſta aperit. Dies Ægyptiacus.*
	e	*g*	VI.	
	f	*h*	V.	*Veſtalia.*
E	*g*	*A*	IIII.	
	A	*b*	III.	*Matralia.*
F	*b*	*c*	prid.	
	c	*d*	Idib.	N. *Muſarum. Senatus legitimus.*
	d	*e*	XVIII Kal. Jul.	
G	*e*	*f*	XVII.	*Veſta cluditur.* SOL CANCRO.
	f	*g*	XVI.	
	g	*h*	XV.	
H	*A*	*A*	XIIII.	*Annæ Sacrum.*
	b	*b*	XIII.	
	c	*c*	XII.	*Dies Ægyptiacus.*
I	*d*	*d*	XI.	
	e	*e*	X.	
	f	*f*	IX.	
K	*g*	*g*	VIII.	*Fortis Fortunæ. Soliſticium.*
	A	*h*	VII.	
	b	*A*	VI.	
A	*c*	*b*	V.	
	d	*c*	IIII.	
	e	*d*	III.	
B	*f*	*e*	prid.	

MEN-

MENSIS IVNIVS.



AVSONII TETRASTICHON.

Nudus membra, dehinc ſolares reſpicit horas
Iunius, ac Phœbum flectere monſtrat iter.
Idem maturas Cereris deſignat ariſtas;
Floraléſque fugas lilia fuſa docent.

NAPOLI



MENSIS IVLIVS.



AVSONII TETRASTICHON:

Ecce coloratos ostentat Iulius artus,
Crines cui rutilos ſpicea ſerta ligant.
Morus ſanguineos præbet gravidata racemos,
Quæ medio Cancri ſidere læta viret.

POLI

MENSIS JVLIVS.
habet dies XXXI.

	g	*f*	Kal. Jul.	*Senatus legitimus.*
	A	*g*	VI. Non.	
C	*b*	*b*	V.	*Fugato Licinio.* CM. XXIIII.
	c	*A*	IIII.	
	d	*b*	III.	*Ludi Apollinares.*
D	*e*	*c*	prid.	*Ludi. Dies Ægyptiacus.*
	f	*d*	Non.	*Ludi.*
	g	*e*	VIII Idus.	*Ludi.*
E	*A*	*f*	VII.	*Ludi.*
	b	*g*	VI.	*Ludi.*
	c	*b*	V.	*Ludi.*
F	*d*	*A*	IIII.	*Ludi.*
	e	*b*	III.	*Apollinares.* CM. XXIIII.
	f	*c*	prid.	
G	*g*	*d*	Idib.	*Equit. & Prob. Ludi Francici.*
	A	*e*	XVII. Kal. Aug.	*Ludi.*
	b	*f*	XVI.	*Ludi. Senatus legit.* SOL LEONE.
H	*c*	*g*	XV.	*Advent. D.* CM. XXIIII. *Dies Ægypt.*
	d	*b*	XIIII.	*Ludi votivi.*
	e	*A*	XIII.	*Francici.* CM. XXIIII.
I	*f*	*b*	XII.	*Advent. Divi.* CM. XXIIII.
	g	*c*	XI.	*Ludi.*
	A	*d*	X.	*Neptunalici.*
K	*b*	*e*	IX.	
	c	*f*	VIII.	N. *D. Conſtantini.* CM. XXIIII.
	d	*g*	VII.	*Ludi votivi.*
A	*e*	*b*	VI.	*Vict. Sarmaticas.* CM. XXIIII.
	f	*A*	V.	
	g	*b*	IIII.	
B	*A*	*c*	III.	*Vict. Marcommannas.* CM. XXIIII.
	b	*d*	prid.	

MENSIS AVGVSTVS. habet dies XXXI.				
	c	*e*	Kal. Aug.	N. *Divi Pertinacis.* CM. XXIIII.
C	*d*	*f*	IIII Non.	
	e	*g*	III.	*Senatus legitimus.*
	f	*h*	prid.	*Vict. Senati.* CM. XXIIII.
D	*g*	*A*	Non.	N. *Salutis.* CM. XXIIII.
	A	*b*	VIII Idus.	*Dies Ægyptiacus.*
	b	*c*	VII.	N. *Conſtantij.* CM. XXIIII.
E	*c*	*d*	VI.	*Ludi votivi.*
	d	*e*	V.	
F	*e*	*f*	IIII.	
	f	*g*	III.	
	g	*h*	prid.	*Lignapſia.*
G	*A*	*A*	Idib.	N. *Dianes.*
	b	*b*	XIX Kal. Sept.	
	c	*c*	XVIII.	*Senatus legitimus.*
H	*d*	*d*	XVII.	
	e	*e*	XVI.	*Tiberinalia.* SOL VIRGINE.
	f	*f*	XV.	
I	*g*	*g*	XIIII.	N. *Probi.* CM. XXIIII.
	A	*h*	XIII.	
	b	*A*	XII.	*Dies Ægyptiacus.*
K	*c*	*b*	XI.	
	d	*c*	X.	*Vulcanalici.* CM. XXIIII.
	e	*d*	IX.	
A	*f*	*e*	VIII.	
	g	*f*	VII.	
	A	*g*	VI.	
B	*b*	*h*	V.	*Solis & Lunæ.* CM. XXIIII.
	c	*A*	IIII.	
	d	*b*	III.	
C	*e*	*c*	prid.	

MEN-

MENSIS AVGVSTVS.



AVSONII TETRASTICHON:

Fontanos latices et lucida pocula vitro,
Cerne, ut demerſo torridus ore bibat
Æterno regni ſignatus nomine menſis;
Latonâ genitam quo perhibent Hecaten.

NAPOLI



MENSIS SEPTEMBER.



AVSONII TETRASTICHON:

Surgentes acinos varios, et proſecat uvas
September, ſub quo mitia poma iacent;
Captivum filo gaudens religâſse lacertam,
Quæ ſuſpenſa manu nobile ludit opus.

NAPOLI

MENSIS SEPTEMBER.
habet dies XXX.

	f	d	Kal. Sept.	*Senatus legitimus.*
	g	e	IIII. Non.	*Dies Ægyptiacus.*
D	A	f	III.	
	b	g	prid.	
	c	b	Non.	*Mammei. Vindemia.*
E	d	A	VIII Idus.	
	e	b	VII.	
	f	c	VI.	N. *Aureliani.* CM. XXIIII.
F	g	d	V.	
	A	e	IIII.	N. *Aſclepi.*
	b	f	III.	
G	c	g	prid.	*Ludi Romanorum.*
	d	b	Idib.	*Ludi. Senatus legitimus.*
	e	A	XVIII Kal. O-	*Ludi*
H	f	b	XVII. (ctob.	*Romaniani.* CM. XXIIII.
	g	c	XVI.	
	A	d	XV.	
I	b	e	XIIII.	N. *Trajani. Triumphales.* CM. XLVIII.
	c	f	XIII.	*Pij Antonini.* CM. XXIIII. *Dies Ægyp.*
	d	g	XII.	*Ludi Triumphales.* SOL LIBRA.
K	e	b	XI.	*Ludi.*
	f	A	X.	*Ludi.*
	g	b	IX.	N. *Divi Auguſti.* CM. XXIIII.
A	A	c	VIII.	
	b	d	VII.	
	c	e	VI.	
B	d	f	V.	*Profectio Divi.* CM. XXIIII.
	e	g	IIII.	
	f	b	III.	*Ludi fatales.*
C	g	A	prid.	*Ludi.*

MENSIS OCTOBER.
habet dies XXXI.

	A	*b*	Kal. Octob.	N. *Alexandri.* CM. XXIIII.
	b	*c*	VI Non.	
D	*c*	*d*	V.	*Senatus legitimus. Dies Ægyptiacus.*
	d	*e*	IIII.	
	e	*f*	III.	*Ludi Alamannici.*
E	*f*	*g*	prid.	*Ludi.*
	g	*b*	Non.	*Ludi.*
F	*A*	*A*	VIII Idus.	*Ludi.*
	b	*b*	VII.	*Ludi.*
	c	*c*	VI.	*Alamañici.* CM. XXIIII.
G	*d*	*d*	V.	
	e	*e*	IIII.	*Auguſtales.* CM. XXIIII.
	f	*f*	III.	*Ludi Jovi Liberatori.*
H	*g*	*g*	prid.	*Ludi.*
	A	*b*	Idib.	*Ludi. Equus ad nixas fit. Senat. legit.*
	b	*A*	XVII Kal. Nov.	*Ludi*
I	*c*	*b*	XVI.	*Ludi.*
	d	*c*	XV.	*Jovi Liberatori.* CM. XXIIII.
	e	*d*	XIIII.	*Ludi Solis.* SOL SCORPIO.
K	*f*	*e*	XIII.	*Ludi. Dies Ægyptiacus.*
	g	*f*	XII.	*Ludi*
	A	*g*	XI.	*Solis.* CM. XXXVI.
A	*b*	*b*	X.	
	c	*A*	IX.	
	d	*b*	VIII.	
B	*e*	*c*	VII.	
	f	*d*	VI.	
	g	*e*	V.	*Iſia. Evictio Tyranni.*
C	*A*	*f*	IIII.	*Advent. Divi.* CM. XXIIII. *Iſia.*
	b	*g*	III.	*Ludi votivi. Iſia.*
	c	*b*	prid.	*Ludi Iſia.*

MEN-

MENSIS OCTOBER.



AVSONII TETRASTICHON:

Dat prenſum leporem, cùmque ipſo palmite fœtus
October; pingues dat tibi ruris aves.
Iam bromios ſpumare lacus, et muſta ſonare
Apparet; vino vas calet ecce novo.



MENSIS NOVEMBER.



AVSONII TETRASTICHON:

Carbaſeo ſurgens poſt hunc indutus amictu
Menſis, ab antiquis ſacra Deámque colit;
A quo vix avidus ſiſtro compeſcitur anſer,
Devotúſque ſatis ubera fert humeris.

MENSIS NOVEMBER
habet dies XXX.

D	*d*	*A*	Kal. Novemb.	*Ex Senato.* CM. XXIIII. *S. L. Iſia.*
	e	*b*	IIII Non.	*Ter novena. Dies Ægyptiacus.*
	f	*c*	III.	*Hilaria.*
E	*g*	*d*	prid.	
	A	*e*	Non.	
	b	*f*	VIII Idus.	
F	*c*	*g*	VII.	
	d	*b*	VI.	N. *Nervæ & Conſtantij.* CM. XLVIII.
	e	*A*	V.	*Ludi votivi.*
G	*f*	*b*	IIII.	
	g	*c*	III.	
	A	*d*	prid.	*Ludi Plebeij. Senatus legitimus.*
H	*b*	*e*	Idib.	*Jovis Epulum.* CM. XXX.
	c	*f*	XVIII Kal. De-	*Ludi.*
	d	*g*	XVII. (cemb.	*Ludi.*
I	*e*	*b*	XVI.	*Plebeij.* CM. XXIIII.
	f	*A*	XV.	N. *Veſpaſiani.* CM. XXIIII.
	g	*b*	XIIII.	
K	*A*	*c*	XIII.	SOL SAGITTARIO.
	b	*d*	XII.	
	c	*e*	XI.	
A	*d*	*f*	X.	
	e	*g*	IX.	
	f	*b*	VIII.	*Bruma. Dies Ægyptiacus.*
B	*g*	*A*	VII.	*Ludi Sarmatici.*
	A	*b*	VI.	*Ludi.*
	b	*c*	V.	*Ludi.*
C	*c*	*d*	IIII.	*Ludi.*
	d	*e*	III.	*Ludi.*
	e	*f*	prid.	*Ludi.*

MENSIS DECEMBER.
habet dies XXXI.

D	*f*	*g*	Kal. Decemb.	*Sarmatici* CM. XXIIII.
	g	*b*	IIII Non.	*Initium muneris.*
	A	*A*	III.	*Senatus legitimus.*
E	*b*	*b*	prid.	*Munus arca. Dies Ægyptiacus.*
	c	*c*	Non.	*Munus arca.*
F	*d*	*d*	VIII Idus.	*Munus arca.*
	e	*e*	VII.	
	f	*f*	VI.	*Munus Kandida.*
G	*g*	*g*	V.	
	A	*b*	IIII.	
	b	*A*	III.	*Septimontia.*
H	*c*	*b*	prid.	*Ludi Lancionici.*
	d	*c*	Idib.	*Ludi. Senatus legitimus.*
	e	*d*	XIX Kal. Ian.	*Ludi. Dies Ægyptiacus.*
I	*f*	*e*	XVIII.	N. *Divi Veri.* CM. XXIIII.
	g	*f*	XVII.	*Ludi.*
	A	*g*	XVI.	*Ludi. Saturnalia.*
K	*b*	*b*	XV.	*Lancionici.* CM. XXIIII. SOL CAPRI-
	c	*A*	XIIII.	*Munus arca.* (CORNO.
	d	*b*	XIII.	*Munus Kandida.*
A	*e*	*c*	XII.	*Munus arca.*
	f	*d*	XI.	
	g	*e*	X.	*Munus arca.*
B	*A*	*f*	IX.	*Munus conſummat.*
	b	*g*	VIII.	N. *Invicti.* CM. XXX.
	c	*b*	VII.	
C	*d*	*A*	VI.	
	e	*b*	V.	
	f	*c*	IIII.	
D	*g*	*d*	III.	N. *Divi Titi.* CM. XXIIII.
	A	*e*	prid.	*Magiſtrati jurant.*

Hucuſ-

MENSIS DECEMBER.



AVSONII TETRASTICHON:

Annua ſulcatæ conjecta et ſemina terræ
Paſcit hyems; pluvio de Iove cuncta madent.
Aurea nunc revocat Saturni festa December;
Nunc tibi cum domino ludere verna licet.

NAPOLI

Hucuſq; *Vetus* illud *Kalendarium*, quemadmodum id in ſuprà memorato Codice MSto *Cæſareo* cum omnibus *Imaginibus* ſuis etiam nunc exſtat *integrum*. Etſi autem illi plenè explicando in præſens haud poſſim immorari, ſubjungo tamen hîc paucas nonnullas *extemporales* & obiter ſub manu natas *Annotationes*, quas velim ut candidus Lector pro ſuâ æquanimitate æqui boniq; faciat.

ANNOTATIONES AD TITVLVM.

1. Per VALENTINVM, cui *Kalendarium* hoc dedicatum eſt, videtur intelligendus eſſe VALENTINVS, *ex Primicerio Protectorum Tribunus*, & *ex Tribuno Dux Illyrici*, cujus *Ammianus Marcellinus* meminit libro decimo octavo, ubi de rebus ſub Imp. CONSTANTIO in Conſulatu *Euſebij* atq; *Hypatij* A. C. 359 geſtis agit his verbis: *Hæc dum in Gallijs cæleſtis corrigit cura, in comitatu Auguſti* (nempe CONSTANTII) *turbo novarum exoritur rerum, à primordijs levibus ad luctus & lamenta progreſſus. In domo Barbationis, pedeſtris militiæ tunc Rectoris, examen apes fecere perſpicuum; ſuperq; hoc ei prodigiorum gnaros ſollicitè conſulenti, diſcrimen magnum portendi reſponſum eſt, conjecturâ videlicet tali, quòd hæ volucres poſt compoſitas ſedes, opéſq; congeſtas, fumo pelluntur & turbulento ſonitu cymbalorum. Huic uxor erat Aſſyria nomine, nec taciturna, nec prudens; quæ, eo ad expeditionem profecto & multiplici metu ſuſpenſo, ob ea, quæ meminerat ſibi prædicta, perculſa vanitate muliebri, ancillâ adſcitâ notarum peritâ, quam è patrimonio Silvani poſſederat, ad maritum ſcripſit intempeſtivè, velut flens obteſtánſq;, ne poſt obitum CONSTANTII propinquantem, in Imperium ipſe, ut ſperabat, admiſſus, deſpectâ ſe, anteponeret Euſebiæ matrimonium tunc Reginæ, decore corporis inter multas fœminas excellentis. Quibus literis occultè, quantum fieri potuit, miſſis, ancilla, quæ domina dictante perſcripſerat, reverſis omnibus è procinctu, exemplum ferens ad Arbetionem noctis primâ quiete confugit, avidéq; ſuſcepta, chartulam prodidit: hócq; indicio ille confiſus, ut erat ad criminandum aptiſſimus, Principi detulit, atq; ex uſu, nec morâ ullâ negotio tributâ nec quiete, Barbatio epiſtolam ſuſcepiſſe confeſſus, & mulier ſcripſiſſe documento convicta non levi, cervicibus interiere præciſis. Hiſque punitis, quæſtiones longè ſerpebant, vexatiq; multi nocentes ſunt, & INNOCENTES. Inter quos etiam VALENTINVS, ex PRIMICERIO PROTECTORVM TRIBVNVS, ut conſcius inter complures alios tortus aliquoties ſupervixit, penitùs quod erat geſtum ignorans; ideóq; ad injuriæ periculíq; compenſationem, DVCIS IN ILLYRICO meruit poteſtatem.* Hæc *Ammianus Marcellinus.*

2. Per hanc notam  videtur ſignificari *Imperium Romanum in ORIENTE.*

3. TITVLARE hîc ſignificat *Librum aliquem inſignire titulo*, vel *Libri titulum picturâ exornare.* Eodem verbo utitur *Tertullianus* in Libro de Animâ cap. 13 hoc modo: *Enimvero quis non animæ dabit ſummam omnem, cujus nomine totius hominis mentio TITVLATA eſt?* Item in principio Poematis de Judicio Dei:

Quis mihi ruricolas aptabit carmine Muſas?
Et verni roſeas TITVLABIT floribus auras?

Similiter quoq; *S. Petrus Chryſologus*, qui A. C. 449 vel 450 obijt, in Sermone CLVto de Calendis Januarijs, quæ varijs ſuperſtitionibus ethnicis contaminabantur: *Quorum*, inquit, *formant adulteria in ſimulacris, quorum fornicationes imaginibus mandant, quorum TITVLANT inceſta picturis.* Vide etiam *Stephani Joannis Stephanij* Notas in *Saxonis Grammatici* Præfationem Hiſtoriæ Danicæ in principio.

AD MENSEM JANVARIVM.

1. SENATVS LEGITIMVS, cujus in hoc Kalendario frequens fit mentio, is vocabatur, qui, vel lege, vel more, certis ſemper diebus habebatur; contra autem appellabatur *Senatus indictus*, qui reliquis cujuſq; menſis diebus, dummodò ijs non haberentur Comitia, Magiſtratuum vocatu extra ordinem cogebatur.

2. De DIE ÆGYPTIACO, cujus mentio in hoc *Kalendario* paſſim occurrit, nondum mihi ſatis liquet.

3. Notam hanc C̄M̄., quæ cum adjunctis *numeris* ſæpiſſimè in hoc *Kalendario* occurrit, exiſtimat R.P. *Bucherius* interpretandam eſſe CONGIARIVM.

4. Per N̄. GORDIANI & N̄. D. HADRIANI ſignificantur *Natalis Gordiani* & *Natalis Divi Hadriani.*

5. Pro N̄. CHARTIS videtur legendum eſſe NATALIS CHARITVM, ut infrà *Natalis Herculis, Natalis Martis, Natalis Minervæ, Natalis Dei Quirini, Natalis Caſtoris & Pollucis, Natalis Mercurij, Natalis Muſarum, Natalis Dianæ, Natalis Aſclepij* ſive *Æſculapij.* De *Charitum* autem ſive *Gratiarum* ortu & cultu vide Natalis Comitis Mytholog. lib. 4. cap. 15.

6. In *Imagine* ad hunc menſem *Januarium* pertinente, quæ in R. P. *Ægidij Bucherij* Codice MSto defuit, præ cæteris maximè conſideratu dignus eſt *habitus Conſulis thus in tripode thuricremo incendentis.* Huc etiam pertinent ex *Actis S. Marcelli Papæ* hæc verba:

Defe-

Deferatur tripoda, & thurificent Majeſtatibus. Notanda etiam ibi eſt *pyxis thuraria*; ut & *Gallus*, ſymbolum *Larium* ac *vigilantiæ*.

7. *Auſonij Tetraſtichon*, ad eandem *Imaginem* pertinens, eſt hoc:

> *Hic Jani menſis ſacer eſt: en aſpice, ut aris*
> *Thura micent; ſumant ut pia thura Lares.*
> *Annorum ſeclíq; caput, natalis honorum,*
> *Purpureos faſtis qui numerat Proceres.*

Ubi notandum eſt, *Calendas Januarias* metaphoricè appellari *Natalem honorum* tanquam initium *Conſulatûs* aliorúmq; *annuorum Magiſtratuum.* Similiter & per *Proceres purpureos* ſignificantur *Conſules.*

AD MENSEM FEBRVARIVM.

1. In ipſo Codice MSto pro LVDI GOTTHICI legitur LVDI GOTTICHI; & pro LVDI VOTIVI legitur ibidem LVDI VOTIBI.

2. CARISTIA ſive CHARISTIA quid fuerint, docet *Valerius Maximus* lib. 2 cap. 1 his verbis: *Convivium etiam ſolenne majores inſtituerunt, idq; CHARISTIA appellaverunt, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur, ut ſi qua inter neceſſarios querela eſſet orta, apud ſacra menſa, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur.*

3. Pro LOTIO in ipſo Codice MSto perperàm legitur LORIO, & in *Bucherij* editione impreſſâ multo adhuc corruptiùs CORIO. LOTIO enim idem eſt atq; LAVATIO, cujus mentio fit in deſcriptione menſis Martij VI Kal. Aprilis.

4. In *Imagine* ad hunc menſem *Februarium* pertinente notabile eſt, eum ſolum repræſentari *figurâ muliebri*, cùm reliqui omnes menſes exhibeantur *figurâ virili.*

5. *Auſonij Tetraſtichon*, ad eandem *Imaginem* pertinens, eſt hoc:

> *At quem cœruleus nodo conſtringit amictus,*
> *Quiq; paludicolam prendere gaudet avem,*
> *Dædala quem jactu pluvio circumvenit Iris,*
> *Romuleo ritu Februa menſis habet.*

Ubi per *paludicolam avem* ſignificatur *Anas. Iris* autem cognominatur *dædala*, quaſi *variegata*, nempe ob *varietatem colorum*; δαιδάλλειν enim græcè ſignificat *variare. Romuleo ritu* idem eſt atq; *Romano ritu. Februa* deniq; appellantur, quæcunq; luſtrandi ſive expiandi causâ in quibuſcunq; ſacrificijs adhibentur.

AD MENSEM MARTIVM.

1. Tota hujus menſis *Martij* deſcriptio defuit in Codice MSto, quo R. P. *Ægidius Bucherius* uſus eſt.

2. N. MINERVES pro NATALIS MINERVÆ. Similiter etiam in *antiquo* illo *Numiſmate Ciceroniano*, de quo in Libro ſecundo horum Commentariorum à pag. 726 uſq; ad pag. 740 prolixè egi, legitur MINERVE pro MINERVA. Sic quoq; in eodem hoc Kalendario Idib. Auguſti ſcriptum eſt N. DIANES pro NATALIS DIANÆ; & in *Jani Gruteri* Syntagmate antiquarum Inſcriptionum pag. 699 legitur OPPIA CASSIANE pro OPPIA CASSIANA; item in *Auſonij Tetraſtichis duodecim menſium* PAPHIE pro PAPHIA, & VRANIE pro VRANIA.

3. In ipſo Codice MSto pro *Quinquatria* ſcriptum eſt *Cinquatria*, & paulo pòſt *Sanguem* pro *Sanguen*.

4. *Auſonij Tetraſtichon*, ad *Imaginem* hujus menſis pertinens, eſt hoc:

Cinctum pelle lupæ promptum eſt cognoſcere menſem;
Mars illi nomen, Mars dedit exuvias.
Tempus ver hædus petulans & garrula hirundo
Indicat, & ſinus lactis, & herba virens.

Vbi notandum eſt, *Lupum Marti* ſacrum eſſe, & per SINVM LACTIS ſignificari genus vaſis, cujuſmodi cernitur in ipsâ Imagine.

AD MENSEM APRILEM.

1. Totus hic menſis *Aprilis*, unà cum *Imagine* ad eundem pertinente, defuit in Codice MSto, quo *Bucherius* uſus eſt.

2. *Auſonij Tetraſtichon* ad *Imaginem* hujus menſis pertinens, eſt hoc:

Contectam myrto Venerem veneratur Aprilis;
Lumen thuris habet, quo nitet alma Ceres.
Cereus à dextrâ flammas diffundit odoras,
Balſama nec deſunt, queis redolet Paphie.

Vbi notandum eſt, *ſecundum* hujus Tetraſtichi *verſum* in varijs manuſcriptis & impreſſis exemplaribus variè legi: nempe

Lumen RVRIS habet, quo nitet alma Ceres,
Lumen VERIS habet, quo nitet alma Ceres,
Lumen JVRIS habet, quo nitet alma THETIS,
Lumen JVRIS habet, quo nitet alma THEMIS.

Ego autem cum (1) *Eliâ Vineto* veram & genuinam eſſe arbitror hanc noſtram lectionem:

(1) *In Commentario ad* Auſonij *Idyllia.*

Lumen

Lumen (1) *TVRIS habet, quo nitet alma CEREſ.*

Menſe enim *April* celebrabant Romani *Cerealia*, feſtum *Cereris* Deæ frugum, eiq; ſacrificabant TVRE, ut *Ovidius* libro quarto Faſtorum expreſsè teſtatur his verſibus:

Pace CERES læta eſt, & vos orate, coloni,
Perpetuam pacem pacificúmq; Ducem.
Farra Deæ, micæq; licet ſalientis honorem
Detis, & in veteres TVREA grana focos;
Et ſi TVRA aberunt, unctas accendere tædas.
Parva bonæ CERERI, ſint modo caſta, placent.

(1) *Vtroq; modo ab antiquis ſcriptum reperitur; nempe* Thus *cum aſpiratione, quaſi derivatum à græco* θύειν, *quod ſignificat* ſacrificare. *&* Tus *ſine aſpiratione, quaſi à* tundendo. *Vide* Cladj Danuſquij *Orthographiã Antiqui Novíq; Latij literâ T.*

AD MENSEM MAJVM.

1. Totus hic menſis *Majus*, unà cum *Imagine* ad eundem pertinente, defuit in Codice MSto, quo *Bucherius* uſus eſt.

2. De LVDIS MAXIMATIS, ut & de ſignificatione vocum ZENZIARIVS XIV Kal. Junij & ZINZA IV Kal. Junij, nondum mihi liquet.

3. De NATALI MERCVRII, *Idibus Maijs* celebrato, elegans hoc exſtat *Martialis* Epigramma, quod eſt Libri duodecimi ſexageſimum ſeptimum, & inſcribitur *in Natalem Maronis*:

MAIÆ MERCVRIVM creâſtis IDVS,
Auguſtis redit Idibus Diana,
Octobres Maro conſecravit Idus.
Idus ſæpè colas & has, & illas,
Qui magni celebras Maronis Idus.

4. Pro N. ANNONIS videtur legendum eſſe NATALIS AMMONIS, ita ut intelligatur *Jupiter Ammon*. *Jovem* enim apud ſe natum & ſepultum eſſe *Cretenſes* olim gloriati ſunt, ut teſtatur *Lucianus* in Libello de Sacrificijs.

5. In *Joannis Raſſij Calendario Romano ethnicæ vetuſtatis*, ex varijs antiquis Calendarijs & Autoribus collecto, & Sangalli typis Leonhardi Straub A. 1584 in quarto edito, pro MACELLVS ROSA SVMAT perperàm legitur MARCELLVS ROSA SVMAT. *Macellus* enim maſculino genere pro *Macellum* legitur etiam in Veteri Lexico græco-latino, ab *Henrico Stephano* & *Bonaventurâ Vulcanio* edito: Μάκελλος, *Macellus*. Verba ergo hæc *Macellus roſa ſumat* idem ſignificant atq; *Macellum roſis ornetur*; quemadmodum in eodem Calendario VIII Idus Junij legitur *Coloſſus coronatur*. Sic etiam eodem menſe Junio, cùm celebrarentur *Veſtalia*, *molæ* ornabantur ſertis & floribus.

6. *Auſonij Tetraſtichon*, ad *Imaginem* hujus menſis pertinens, eſt hoc:

Cunctas veris opes & picta roſaria gemmis
Liniger in calathis, aſpice, Majus habet,
Menſis Atlantigenæ dictus cognomine Majæ;
Quem meritò multùm diligit Vranie.

Ubi notandum eſt, in Codice MSto Auſonij, quo olim *Elias Vinetus* uſus eſt, pro *Liniger* perperàm & mendosè fuiſſe ſcriptum *Laniger*. *Linea* enim, non autem *lanea* veſtis, convenit menſi *Majo*, quemadmodum perfecta totius corporis nuditas duobus menſibus *Julio* & *Auguſto* propriè competit.

AD MENSEM JVNIVM.

1. Totus hic menſis *Junius*, unà cum *Imagine* ad eundem pertinente, defuit in Codice MSto, quo *Bucherius* uſus eſt.

2. In ſuprà citato *Joannis Raſſij Calendario* pro IN MINICIA legitur IN NVMICIA. Mihi autem de verâ hujus loci lectione nondum liquet, uti nec de FABARICIS.

3. VESTA APERIT. pro VESTA APERITVR. Quid autem his verbis ſignificetur, indicat *Sextus Pompejus Feſtus*: *PENVS*, inquit, *vocatur locus intimus in æde Veſtæ, ſegetibus ſeptus, qui certis diebus circa Veſtalia aperitur. Ij dies religioſi habentur.*

4. MATRALIA, *feſtum Matris Matutæ*, de quâ vide Scriptores Antiquitatum Romanarum.

5. Per ANNÆ SACRVM videtur intelligendum eſſe ANNÆ PERENNÆ SACRVM. Illud tamen in alijs antiquis Calendarijs Romanis refertur ad menſem *Martium*; ut videre eſt apud Roſinum Antiquit. Roman. lib. 2 & 4, ubi de *Annâ Perennâ* prolixè agitur.

6. *Auſonij Tetraſtichon*, ad *Imaginem* hujus menſis pertinens, eſt hoc:

Nudus membra, de hinc ſolares reſpicit horas
Junius, ac Phœbum flectere monſtrat iter.
Idem maturas Cereris deſignat ariſtas;
Floraleſq; fugas lilia fuſa docent.

In ipſa autem Imagine notandum præcipuè eſt Horologium ſolarium, & conferendum cum altero illo, quod exſtat in Libri *tertij* horum Commentariorum *Tabulâ trigeſimâ tertiâ* antiquiſſimi Codicis manuſcripti Græci Geneſeos inter pag. 10 & 11.

AD MENSEM JVLIVM.

1. In ipſo Codice MSto pro FVGATO LICINIO legitur FVCATO LICINIO. Significatur autem hîc *Fuga Imp. Licinij*, poſteaquam is A. C. 324 ab *Imp. Conſtantino Magno* apud *Hadrianopolim* victus eſt, & quidem V Nonas Julij, ut apud *Idatium* in *Faſtis Conſularibus* videre eſt.

2. De

2. De Romanorum EQVITVM ORDINARIA PROBATIONE & de eorundem *ſolenni Tranſvectione ab Æde Honoris in Capitolium*, quotannis *Idibus Julijs* fieri ſolitâ, vide *Valer. Maxim.* lib. 2. cap. 2. In ipſo autem Codice MSto Cæſareo pro EQVIT. perperàm ſcriptum eſt AEQVIT., eadémq; mendoſa ſcriptura exſtat etiam in editione *Bucherianâ* impreſsâ.

3. LVDI FRANCICI, quorum hîc fit mentio, videntur inſtituti fuiſſe in honorem *Imp. Conſtantini Magni*, quippe qui, ut *Eutropius* lib. 10 refert, *cæſis FRANCIS atq; Alemannis, Reges eorum cepit, & beſtijs, cùm magnificum ſpectaculum muneris paräſſet, objecit*

4. Per N̄. D. CONSTANTINI ſive NATALEM DIVI CONSTANTINI non intelligitur hîc *tempus nativitatis* ipſius, ſed *initium Imperij*, ut teſtatur *Idatius* in *Faſtis Conſularibus* his verbis: *Conſtantio VI & Maximiano VI. His Conſulibus diem functus Conſtantius, & poſteà levatus eſt Conſtantinus VIII Kal. Auguſti.*

5. De *Imp. Conſtantini Magni* VICTORIA SARMATICA vide *Zoſimum* lib. 2.

6. *Auſonij Tetraſtichon*, ad *Imaginem* hujus menſis pertinens, eſt hoc:

Ecce coloratos oſtentat Julius artus,
Crines cui rutilos ſpicea ſerta ligant.
Morus ſanguineos præbet gravidata racemos,
Quæ medio Cancri ſidere læta viret.

AD MENSEM AVGVSTVM.

1. VICT. SENATI pro VICTORIA SENATVS. Similiter etiam apud *Plautum, Ciceronem, Saluſtium* alióſq; antiquos claſſicos Autores *Senati* legitur pro *Senatûs*. Cujus rei exempla vide apud *Nonium Marcellum* Capite *de mutatâ declinatione*, apud *Janum Gulielmum Laurenbergium* in *Antiquario*, & apud *Ger. Joann. Voſſium* Lib. 4 *de Arte Grammaticâ* cap. 20.

2. Per N̄. CONSTANTII ſignificatur *Natalis Imp. Conſtantij*, filij *Imp. Conſtantini Magni*, ideóq; in Codice MSto, quo R. P. *Bucherius* uſus eſt, ſcriptum fuit NATALIS D. N. CONSTANTII, hoc eſt, *Natalis Domini Noſtri Conſtantij*, nempe tànquam de Imperatore adhuc vivente.

3. Pro LIGNAPSIA legitur in Bucherianâ editione LYGNAPSIA. Quare minimè dubium mihi videtur, quin re verâ legendum ſit LYCHNAPSIA. Λυχναψία autem idem eſt atq; Λυχνοκαΐα, ſive *Accenſio lucernarum*; quod fuit nomen *Feſti* alicujus apud *Ægyptios*.

ptios, de quo vide Appendicem Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 353. In *Calendario* autem hoc per *Lychnapſiam* opinor ſignificari ſolennitatem aliquam, *prid. Id. Auguſti* quotannis celebrari ſolitam, cùm primùm dies poſt Solſtitium jam adeò decreviſſet, ut ad cœnam opus eſſet *accenſis luminibus*.

4. DIANE pro DIANA, ut ſuprà in menſe Martio *Minerve* pro *Minerva*. In *Calendario* autem *Joannis Raſſij* pro *Dianes* perperàm legitur *Cianes*.

5. Poſt VULCANALICI ſubaudiendum eſt LVDI, ut aliàs ſæpè in eodem hoc Calendario.

6. *Auſonij Tetraſtichon*, ad *Imaginem* hujus menſis pertinens, eſt hoc:

Fontanos latices & lucida pocula vitro,
Cerne, ut demerſo torridus ore bibat
Æterno Regni ſignatus nomine menſis;
Latonâ genitam quo perhibent Hecaten.

Ubi notandum eſt, per *Æternum Regni Nomen* ſignificari Nomen *Imp. Auguſti*; per *Hecaten* autem intelligi *Dianam*, utpote cujus *Natalis* celebrabatur *Idibus Auguſti*.

AD MENSEM SEPTEMBREM.

1. Pro MAMMES videtur fortè legendum eſſe N̄.MAMMÆÆ, ſive, *Natalis Mammææ, matris Imp. Alexandri Severi*. Eadem in alijs antiquis monumentis etiam appellatur MAMEA per unicum M & ſimplex E; ut videre eſt in V.CL. *Caroli Patini* Numiſmatibus Imperatorum Romanorum, Argentinæ A. 1671 in folio editis, pag. 343.

2. N̄. ASCLEPI pro NATALIS ÆSCVLAPII. Quis autem *Æſculapius* ille fuerit, vide apud V. CL. *Joannem Henricum Meibomium* in Commentario doctiſſimo in *Jusjurandum Hippocratis*, capite quinto.

3. Pro LVDI ROMANORVM legitur in editione Bucherianâ *Ludi Romaniani*.

4. Per TRIVMPHALES ſignificantur *Ludi Triumphales*, inſtituti in honorem *Imp. Conſtantini Magni* ob *Licinium ad Chalcedonem debellatum* A. C. 324 XIV Kal. Octobris, ut apud *Idatium* in *Faſtis Conſulatibus*, & apud Autorem *Chronici Alexandrini* videre eſt.

5. Ante PII ANTONINI ſubaudiendum eſt NATALIS.

6. Per PROFECTIONEM DIVI videtur ſignificari *Profectio Imp. Conſtantini Magni contra Licinium*.

7. *Auſonij Tetraſtichon*, ad *Imaginem* hujus menſis pertinens, eſt hoc:

Surgentes acinos, varias & præſecat uvas
September, ſub quo mitia poma jacent;
Captivam filo gaudens religâſſe lacertam,
Quæ ſuſpenſa manu mobile ludit opus.

Ubi notandum eſt, *in Eliæ Vineti* Operum Auſonianorum editione, Burdigalæ apud Simonem Millangium A. 1580 in quarto impreſsâ, *primum* hujus Tetraſtichi *verſum* legi hoc modo: *Surgentes acinos VARIOS, & præſecat uvas*; in ultimo autem verſu pro MOBILE *ludit opus* legi NOBILE *ludit opus*. Ego autem malui hîc ſequi lectiones illas, quas V. CL. *Joſephus Scaliger* & R.P. *Ægidius Bucherius* repererunt in Codicibus manuſcriptis, quibus ipſi uſi ſunt. Eædem lectiones exſtant etiam in *Syntagmate Epigrammatum & Poematiorum veterum*, Pariſijs typis Dionyſij Duvallij A. 1590 edito in duodecimo, cujus rariſſimum pretioſiſſimúmq; exemplar, *propriâ ipſius Joſephi Scaligeri manu* multis *variantibus Lectionibus* & *Emendationibus conjecturalibus* in margine illuſtratum, adſervatur in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi*, & in Titulo ſive Frontiſpicio ſuo propriâ Ampliſſimi celeberrimiq; Viri, Dn. *Pauli Petavij*, Regij olim in Galliâ Conſiliarij, manu inſignitum eſt hoc modo: *IOSEPHO SCALIGERO, Viro ſupra dignitatem, Libellum hunc PAVLVS PETAV, Cultor ejus devotiſſimus, & in Supremâ Curiâ Conſiliarius, L. M. D. D. Auguſtæ Turonum Kalendis Julijs A. cIↄ Iↄ XCIII.*

AD MENSEM OCTOBREM.

1. Poſt N̄. ALEXANDRI, hoc eſt, *Natalis Alexandri*, ſubaudiendum eſt SEVERI, nempe ut intelligatur *Imp. Alexander Severus*, ſuprà memoratæ *Mamææ* filius.

2. Poſt AVGVSTALES ſubaudiendum eſt LVDI. Meminit horum Ludorum *Tacitus* Annalium lib. 1 cap. 15; item *Dio Caſſius* lib. 54.

3. EQVVS AD NIXAS FIT. Ita quidem in Codice MSto *Cæſareo* legitur, magis tamen mihi placet lectio Codicis MSti *Bucheriani*, EQVVS ADNIXVS FIT, hoc eſt, *Idibus Octobris EQVVS, dexter qui in Ludis equeſtribus præ cæteris maximè ADNIXVS, victoriam obtinuit, Marti Deo belli ſacer, immolatur.* FIERI enim idem hîc eſt atq; *ſacrificari*; quemadmodum apud *Ciceronem* lib. 1 ad Atticum epiſt. 10: *Credo enim te audiſſe, cùm apud Cæſarem pro Populo FIERET, veniſſe eò muliebri veſtitu virum; idq; Sacrificium cùm virgines inſtauràſſent*, &c. Plura de hac conſuetudine immolandi equum victorem Marti Idibus Octobris, & de ejuſ-

dem conſuetudinis causâ, vide apud *Plutarchum* Quæſtionum Romanarum nonageſimâ ſeptimâ, & apud *Sextum Pompejum Feſtum* in explicatione verborum *October Equus*.

4. XV KAL. NOVEMB. LVDI JOVI LIBERATORI; nempe *ob necem Sejani & Agrippinæ ſub Imp. Tiberio*. Originis horum ludorum meminit *Tacitus* Annal. lib. 6, cap. 25, his verbis: *Eodem die defunctam Agrippinam, quo biennio antè Sejanus poenas luiſſet, memoriæq; id prodendum addidit Cæſar; jactavitq;, quòd non laqueo ſtrangulata, neq; in Gemonias projecta foret. Acta ob id grates, decretúmq; ut QVINTODECIMO KAL. NOVEMBRIS utriuſq; necis die per omnes annos DONVM IOVI SACRARETVR.*

5. Per EVICTIONEM TYRANNI ſignificatur *Adactio Licinij, Nicomediæ ab Imp. Conſtantino Magno obſeſſi, ad deſperationem omnium rerum & deditionem voluntariam A. C.* 324. Quâ de re vide *Zoſimum* lib. 2. *Licinius* igitur κατ᾽ ἐξοχὴν ſive per excellentiam hîc appellatur *TYRANNVS*, itidem ut in *Codice Theodoſiano* Lib. 5 Tit. 6 *De ingenuis, qui tempore TYRANNI ſervierunt*, & Lib. 15 Tit. 14 *De infirmandis his, quæ ſub Tyrannis aut Barbaris geſta ſunt*; ubi obiter notandum eſt, in Inſcriptione *Legis primæ* de removendis *Lycinij Tyranni* Conſtitutionibus & Legibus, *Imp. Conſtantinum* Magnum perperàm vocari *Conſtantium*, & in fine ejuſdem Legis pro XVII Kal. IVN. ſive *Junij* ſcribendum eſſe XVII Kal. JAN. ſive *Januarij*; ut manifeſtè liquet ex *Idatij Faſtis Conſularibus* & hoc *Calendario*.

6. *Auſonij Tetraſtichon*, ad *Imaginem* hujus menſis pertinens, eſt hoc:

Dat prenſum leporem, cúmq; ipſo palmite fœtus
October; pingues dat tibi ruris aves.
Jam Bromios ſpumare lacus, & muſta ſonare
Apparet; vino vas calet ecce novo.

Ubi obiter notandum eſt, per *pingues ruris aves* præcipuè ſignificari *Perdices* & *Attagenas*; per *Bromios* autem *lacus* intelligi vaſa vinaria, Auſtriacè *Weinboding* dicta, quæ recipiunt muſtum prelo ex vinaceis expreſſum, ut illud inde porrò tranſmittatur & condatur in dolia.

AD MENSEM NOVEMBREM.

1. Ex SENATO pro *Ex Senatu*; uti ſuprà in menſe Auguſto *Senati* pro *Senatûs*.

2. Per NATALEM CONSTANTII, *filij Imp. Conſtantini Magni*, non intelligitur hîc *tempus Nativitatis* ipſius, ſed *initium Digni-*

Dignitatis Cæſareæ, ut videre eſt in *Idatij Faſtis Conſularibus*, ubi eâ de re hæc leguntur: *Levatus eſt Conſtantius Cæſar VI Id. Novembris.*

3. *Auſonij Tetraſtichon*, ad *Imaginem* hujus menſis pertinens, eſt hoc:

Carbaſeo ſurgens poſt hunc indutus amictu
Menſis, ab antiquis Sacra Deámq; colit.
A quo vix avidus ſiſtro compeſcitur anſer,
Devotúſq; ſatis ubera fert humeris.

Ita hoc Tetraſtichon *Elias Vinetus* inter Opera Auſonij edidit, ibidémque rectè monuit, per *Carbaſeum amictum*, ſignificari amictum *lineum*, per *Sacrum* autem *Deámq;* intelligi *Iſidem* & *Sacra Iſiaca*; nec ſolùm *Sacerdotes* ejus ob uſum lineorum veſtimentorū appellatos fuiſſe *Limgeros*, ſed & ipſam *Deam* vocatam fuiſſe *Linigeram*. Similiter quoque rectè ibidem annotatum eſt, poſt *ab antiquis* ſubaudiendum eſſe *temporibus*, eâdémque loquendi formulâ etiam *Ovidium* in Faſtis uſum eſſe. De *Siſtro* etiam, quod ibidem additur, veriſſimum eſt, illud *Iſidis* adeò fuiſſe proprium, ut & ipſius *ſimulacrum* id ferret dextrâ manu, & *Sacerdotes* alijque ejuſdem Sacris initiati ob *ſiſtri* uſum à *Martiale* in Libri duodecimi Epigrammate vigeſimo nono *Siſtrata turba* nuncupentur hoc diſticho:

LINIGERI fugiunt CALVI, SISTRATAQVE TVRBA,
Inter adorantes cùm ſtetit Hermogenes.

Quæ inſuper ibidem de *figurâ Siſtri* ex *Plutarcho* & *Apulejo* traduntur, ea nullâ ratione magis illuſtrari poſſunt, quàm ipſâ *imagine* hujus menſis *Novembris*; in quâ etiam *Sacerdotum Iſiacorum calvities* æquè manifeſtè expreſſa cernitur. Cæterùm quod attinet ad *ultimum* ſuprà exhibiti Tetraſtichi Auſoniani verſum, *Devotúſq; ſatis ubera fert humeris*, exiſtimat *Elias Vinetus*, intelligendum ibi eſſe ipſum *menſem Novembrem*, quaſi dedicatum idoneúmq; ferendis frugibus, & ſemina in ſaccis ſuper humeros portantem inſtar *Iſidis multimammiæ*. Poteſt tamen idem verſus etiam intelligi de *Anſere*, qui frugibus, cùm erumpunt, infeſtus eſt, & propter inſatiabilem aviditatem ſuam vix ſiſtri ſono alijſq; terriculamentis compeſcitur & fugatur, ideóq; ob damnum ſatis illatum *Iſidi* ſacer, & in victimam deſtinatus eſt. *Ubera* autem is dicitur *ferre humeris* ob pinguem dorſi eminentiam. Idem *Auſonianum Tetraſtichon* reperit R. P. *Ægidius Bucherius* in Codice ſuo manuſcripto magnâ ex parte diverſum hoc modo:

CARBASEOS poſt hunc artus indutus AMICTVS
MEMPHIDOS ANTIQVÆ Sacra Deámq; colit.
A quo vix avidus ſiſtro compeſcitur anſer,
Devotúſq; ſatis INCOLA MEMPHI DEIS.

In ſuprà citato autem *Epigrammatum & Poematiorum veterum Syntagmate* pag. 176 legitur idem Tetraſtichon ſic:

CARBASEO poſt hunc artus INDVCTVS AMICTV,
MEMPHIDOS ANTIQVÆ Sacra Deámq; colit.
A quo vix avidus ſiſtro compeſcitur anſer,
Devotúſq; SACRIS INCOLA MEMPHIDIIS.

AD MENSEM DECEMBREM.

1. In editione *Bucherianâ* pro MVNVS ARCA. ubivis legitur MVNVS ARCHA. In *Calendario* autem *antiquo*, ab *Hadriano Junio Medico* Baſileæ per Henricum Petri A. 1553 in octavo edito, legitur MVNVS ARCADICVM.

2. Per MVNVS KANDIDA. videtur ſignificari MVNVS CANDIDATORVM, novos honores in futurum annum petentium.

3. Pro LVDI LANCIONICI videtur legendum eſſe LVDI HALCYONICI vel HALCYONEI. Medio enim menſe Decembri ſunt *Dies Halcyonei*, quibus *Halcyon* ſive *Alcedo* avis nidificat, & *mare tranquillum* eſt. Lepidè huc alludit *Plautus* in Prologo Caſinæ his verſibus:

Eijcite ex animo curam atq; alienum æs;
Ne quis formidet flagitatorem ſuum.
LVDI ſunt; ludus datus eſt argentarijs.
Tranquillum eſt; ALCEDONIA ſunt circum forum.
Ratione utuntur; LVDIS poſcunt neminem.

4. PER NATALEM INVICTI ſignificatur dies, quo *Imp. Conſtantius, Vetranione VIII Kal. Januarij A. C. 351 depoſito, INVICTVS appellatus eſt.* Quâ de re vide *Idatij Faſtos Conſulares* anno Æræ Hiſpanicæ. 389.

5. MAGISTRATI JVRANT obſoletè pro *Magiſtratus jurant*; ut ſuprà *Senati* pro *Senatûs* & *Senato* pro *Senatu*.


6. *Auſonij Tetraſtichon*, ad *Imaginem* hujus menſis pertinens, eſt hoc:

Annua ſulcatæ conjecta & ſemina terræ
Paſcit hyems; pluvio de Jove cuncta madent.
Aurea nunc revocat Saturni feſta December;
Nunc tibi cum domino ludere verna licet.

Ubi obiter notandum eſt, *Jovem pluvium*, cujus *ſecundo verſu* fit mentio, etiam nunc Romæ eleganter inſculptum cerni *Columnæ cochlidi Imp. M. Antonini Philoſophi*, eandémq; *Jovis pluvij Imaginem*, accuratiſſimè delineatam æriq; inciſam, exſtare apud Em. Card. *Baronium* Anna-

Annalium Eccleſiaſticorum Tomo ſecundo in Actis anni Chriſti 176, num. 24.

7. In *Bucherij Imagine hujus menſis*, ruditer ligno inciſâ, loco *ſuſpenſarū aviū* cernitur *Larva* ſeu *Perſona ſcenica*, ut ex ſubjuncto apographo ſive exemplo, deditâ operâ æquè ruditer ligno inciſo, videre eſt.



In eâdem *Bucherianæ* editionis Imagine *Fritillum*, quo agitatæ & concuſſæ teſſeræ in alveolum aleatorium mittuntur, perperàm formatum eſt inſtar *tertiæ* alicujus teſſeræ. De (1) *Fritilli* autem uſu in aleâ, & de *aleæ* uſu in *Saturnalibus* menſe Decembri, inſignis exſtat locus apud *Martialem* lib. 4. Epigram. 14.

Dum blandâ vagus aleâ December
Incertis ſonat hinc & hinc FRITILLIS.

In eâdem ſuprà memoratâ *Bucherianæ* editionis Imagine omiſſa etiam ſunt omnia illa *Ornamenta rotunda*, quæ cernuntur in *veſtitu menſis Decembris.* Appellantur illa latinè à græco κάλλος, quod *pulchritudinem* & *ornatum* ſignificat, *Calliculæ*, græcè autem à rotunditate ſuâ Τροχάδες; fuerúntque ex *purpurâ, gemmis, auro, argento*, alijſque diverſis materijs; ut videre eſt in *antiquis Actis Paſſionis Sanctarum Martyrum Perpetuæ & Felicitatis*, ubi ipſa *S. Perpetua* de ſe hæc ſcribit: *Pridiè quàm pugnaremus video in horomate hoc: veniſſe Pomponium Diaconum ad oſtium carceris, & pulſare vehementer; & exivi ad eum, & aperui ei; qui erat veſtitus diſtinctam candidam, habens* MULTIPLICES CALLICULAS. Item paulo pòſt: *Et exivit vir quidam miræ magnitudinis, ut etiam excederet faſtigium Amphitheatri, diſcinctatus purpuram inter duos clavos per mediū pectus, habens* CALLICULAS MULTIFORMES *ex* AURO & ARGENTO *factas*; &c. In antiquis autem *Gloſſarijs latino-græco* & *græco-latino* à *Bonaventurâ Vulcanio* editis, colum. 321 & 640, pro *Callicula* perperàm legitur *Gallicula*: *Galliculæ*, Τροχάδες· Τροχὰς, *Gallicula*. Ejuſdem generis *Calliculæ* cernuntur etiam ſuprà in veſtitu menſis *Aprilis*, & Libro *tertio* horum Commentariorum in *antiquiſſimi Codicis manuſcripti Græci Geneſeos* Tabulâ ſextâ in veſtimento *Chanaani*; Tab. XVItâ

(1) *De differentiâ inter* Fritillū & Pyrgum *ſcribit* Claudius Salmaſius *Exercitationum Plinianarum in Solinū paginâ 70 hoc modo:* PYRGUS & FRITILLUM differebant. PYRGUS erat turris lignea in modū modij facta, quæ in parte alveoli hærebat, in ſummo aperta, & gradus intùs exciſos habens, in imo verò foramen, quo teſſeræ effundebantur in tabulā; at FRITILLUM erat pyxis, quæ manu tenebatur, & movebatur cum teſſeris, quæ inde in Pyrgum mittebantur, ut per ſcamillos intùs exciſos crebrè ſubſultantes, in tabulam demūm exciderent.

XVItâ in veſtimento Patriarchæ *Iſaaci & cujuſdam alterius*, Tab. XXVta in veſtimento *muliebri*; Tab. XXVIImâ & XXVIIIvâ in veſtimento Patriarchæ *Joſephi*, & duorum aliorum; Tab. XXIXnâ & XXXmâ in veſtimentis *Joſephi & Beniamini*; Tab. XXXIma & XXXIIdâ in veſtimento *Joſephi*; Tab. XXXIVtâ in veſtimentis *Convivarum Regis Pharaonis*; Tab. XXXVtâ & XXXVItâ in veſtimentis *Regis Pharaonis & Joſephi*; Tab. XLmâ in veſtimento *Beniamini*; Tab. XLImâ & XLIIdâ in veſtimento *Beniamini*; & Tab. XLVtâ in veſtimentis *Joſephi, Ephraim & Manaſſe*; quibus omnibus locis *Callicula* illæ ſive *Trochades* repræſentantur per *rotundas maculas nigras*; uti etiam in æquè vetuſtis *Romæ Subterraneæ* Imaginibus, & quidem præcipuè *Tabulâ decimâ Sepulcrorum Cœmeterij S. Calliſti Papæ & aliorum Sanctorum Martyrum*, pag. 331 Tomi Primi editionis Colonienſis A. 1659 in folio.

ADDITAMENTUM II,

pertinens ad Libri primi paginam 135, ubi fit mentio *Orationis Georgij Archiepiſcopi Nicomediæ de Cruce.*

DE hâc *Georgij Archiepiſcopi Nicomedienſis Oratione MStâ in ſanctam Magnam Paraſceven & in Chriſti crucifixionem*, quam A.C. 1665, cùm Librum *primum* horum Commentariorum ederem, in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* nondum repereram, vide Librum *quartum* horum Commentariorum pag. 21, ubi agitur de *Codice manuſcripto Theologico Græco centeſimo ſecundo*, num. 3. Vide etiam in fine hujus Appendicis *Errata reſidua Libri primi.*

ADDITAMENTUM III,

pertinens ad Libri primi pag. 169, 170, 174, 175 & 181, ubi fit mentio *Annorum Hegiræ*, quibus *Arabes, Turcæ*, cæteriq; *Muchammedani* utuntur in ſupputatione temporum.

ANni illi *Hegiræ* ſunt *anni merè lunares*, conſtántque diebus 354, horis 8, & minutis 48. Quàm difficilis autem ſit accurata eorundem *annorum Arabicorum* accommodatio ad *annos Æræ Chriſtianæ vulgaris*, abundè apparet ex diverſis ejus rei *methodis*, quæ exſtant apud *Joſephum Scaligerum* Libro ſecundo de Emendatione Temporum, apud *Sethum Calviſium* Iſagoges Chronologicæ Capite decimo tertio, apud *Ubbonem Emmium* Libro primo Rerum Chronologicarum, apud *Nicolaum Mulerium* in Diatribâ de Anno Arabico, quæ *Ubbonis Emmij* Libro quarto Rerum Chronologicarum in fine annexa eſt, apud R. P. *Dionyſium Petavium* S. J. Libri ſecundi de Doctrinâ Temporum cap. 50, 51, 52, 53, 54, & Libri ſeptimi cap. 22,

ac deniq; apud *Reinboldum Franckenbergerum* in Compendio Chronologiæ Scaligero-Petavianæ, capite undecimo Sectionis quartæ Libri ſecundi. Secundùm methodum igitur & ſupputationem ſuprà memorati celeberrimi Chronologi *Sethi Calviſij Annus Hegiræ 658*, cujus Libri *primi* horum Commentariorum pag. 169 fit mentio, cœpit A. C. 1259 d. 18 Decembris, feriâ quintâ. *Annus Hegiræ* 870, cujus ejuſdem Libri *primi* pag. 170 fit mentio, cœpit ſecundùm eundem *Calviſium* A. C. 1465 d. 23 Auguſti, feriâ ſextâ. *Annus Hegiræ* 896, cujus ejuſdem Libri *primi* pag. 174 fit mentio, cœpit ſecundùm eundem *Calviſium* A. C. 1490 d. 14 Novembris, feriâ primâ. *Annus Hegiræ* 655, cujus ejuſdem Libri *primi* pag. 175 fit mentio, cœpit ſecundùm eundem *Calviſium* A. C. 1257 d. 19 Januarij, feriâ ſextâ. *Annus* denum *Hegiræ* 572, cujus ejuſdem Libri *primi* pag. 181 fit mentio, cœpit ſecundùm eundem *Calviſium* A. C. 1176. d. 10 Julij, feriâ ſeptimâ.

ADDITAMENTVM IV,

pertinens ad Libri ſecundi pag. 79, 82, 83, 84 & 88, ubi agitur *de Fundatione Inclytæ Academiæ Vindobonenſis ſive Wiennenſis per Summos Pontifices Vrbanum V & Vrbanum VI.*

QVamvis ad refutandum *Wolfgangi Lazij, Georgij Ederi,* (1) *Jacobi Middendorpij* aliorúmq; vulgarem & inveteratum errorem de *fundatione Inclytæ Academiæ Vindobonenſis* per *Imp. Fridericum II* abundè ſufficiant *Diplomata* illa *duo Summorum Pontificum Vrbani Vti* & *Vrbani VIti*, quæ Libri *ſecundi* horum Commentariorum Capiti quinto unà cum *antiquis ejuſdem Academiæ Statutis & Privilegijs* inſerta ſunt, ſuperpondij tamen inſtar exhibeo hîc de eâdem re inſigne teſtimonium *Æneæ Sylvij* ſive *Papæ Pij Secundi*, deſumptum ex *Epiſtolâ* ejus *centeſimâ ſexageſimâ quinta*, quæ pars eſt (2) *Hiſtoriæ ipſius Auſtriacæ imperfectæ & hactenus ineditæ*, cujus *Exemplaria duo autographa* in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* etiam nunc adſervantur. Illud igitur in Operum *Æneæ Sylvij* editione Baſileenſi, typis Henricpetrinis A. 1571 in folio impreſsâ, paginâ 718 legitur hoc modo: *Schola quoque hîc eſt liberalium Artium ac Theologiæ & Juris Pontificij, NOVA tamen & ab VRBANO* (3) *SEXTO PAPA conceſſa. Magnus ſtudentium numerus eò* (4) *perfluit ex Vngariâ & Almaniæ partibus ſuperioribus. Duos hîc claruiſſe compertum habeo præſtantes Theologos, Henricum de Haſſiâ, qui Pariſijs edoctus, huc in principio Vniverſitatis advolavit, primuſq; Cathedram rexit, ac plurima Volumina*

(1) *Libro quinto de Academijs celebribus univerſi terrarum Orbis*, pag. 299 editionis Colonienſis apud Goſuinum Cholinum A. 1602 in octavo.

(2) *Vide Librum ſecundum horũ Commentariorũ* pag. 4, 7, 8, 473, 474, 972, 973.

(3) *Ille enim per* conceſſionem Generalis Studij Theologicæ Facultatis *implevit*, *quod* Papa Vrbanus Quintus *inchoaverat* per conceſſionem Generalis Studij omnium Facultatum licitarum præterquam Theologiæ. *Vide Librum* ſecundum *horum Commentariorum pag.* 84 & 88.

(4) Perfluit *pro* confluit.

mina notatu digna conſcripſit. Alter fuit Nicolaus de Dinkelſpühel Suevus, vitâ bonâ & doctrinâ multâ clarus, cujus Sermones hodiè avidè à doctis leguntur. Eſt & (1) ille hodie Thomas Haſelbach non incelebratus Theologus, quem ſcribere Hiſtorias non inutiles ajunt; cujus ego doctrinam laudarem, niſi duos & viginti annos Eſaiæ primum capitulum legiſſet, neq; adhuc ad calcem veniſſet. Maximum autem hujus Gymnaſij vitium eſt, quòd nimis diutinam operam in Dialecticâ, nimiúmque temporis in re non magni fructûs terunt. Qui Magiſterij Artium titulo decorantur, hâc unâ in Arte maximè examinantur. Cæterùm neque Muſicæ, neque Rhetoricæ, neque (2) Arithmeticæ curam gerunt; quamvis metra quædam & epiſtolas ab alijs editas imperitè (3) exhibentem Magiſtrandum compellant. Oratoria & Poetica apud eos penitùs incognita, quibus omne ſtudium in elenchis eſt vaniſque cavillationibus; ſolidi haudquaquam multum. Qui libros Ariſtotelis & aliorum Philoſophorum habeant, raros invenies; Commentarijs plerumque utuntur. Cæterùm ſtudentes ipſi voluptati operam præbent, vini cibique avidi. Pauci emergunt docti, neque ſub cenſurâ tenentur; die noctúque vagantur, magnaſque civibus moleſtias inferunt. Adhæc mulierum procacitas mentes eorum alienat. Hæc ibi *de Academia Vindobonenſis fundatione & ſtatu Æneas Sylvius.* Idem *Æneæ Sylvij* locus ijſdem verbis & cum eâdem *Papæ Urbani Sexti* expreſsâ mentione exſtat etiã in *Alberti de Bonſtetten hactenùs ineditâ Hiſtoriâ Auſtriacâ*, A. C. 1491 compoſitâ, cujus autographum exemplar adſervatur in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ.* Cæterùm quandoquidem jam citatus locus in ſuprà memoratæ *Hiſtoriæ Auſtriacæ imperfectæ duobus Exemplaribus Cæſareis*, propriâ ipſius *Æneæ Sylvij* manu exaratis, non mediocriter variat, ſubjungo hîc *Lectiones utriuſque Exemplaris*, ſibi invicem è regione collocatas, unà cum *Lectionibus in utroque Exemplari* ab ipſo *Æneâ Sylvio*, ut inter componendum fieri ſolet, *inductis* & *deletis*; quæ ad differentiam aliarum hîc repræſentantur non ſolùm *diverſo charactere*, ſed & *ſignis parentheſeωs*, ſive duobus ſemicirculis ſibi invicem oppoſitis, à reliquo contextu ſeparatæ.

(1) *In ipſo* Æneæ Sylvij *autographo pro* ille *legitur* illic.

(2) *Ibidẽ pro* Arithmeticæ *legitur* Artis metricæ.

(3) *Ibidem pro* exhibentem *legitur* recitare.

Lectio Exemplaris primæ compoſitionis.	Lectio Exemplaris ſecundæ compoſitionis.
Schola quoque hic eſt liberalium Artium ac Theologiæ & Juris Pontificij, nova tamen & (4) poſt Colonienſem Pragenſemq; inſtituta. Magnus eò ſtudentium numerus confluit ex Hungariâ, Bohemiâ, Theutoniâ. Duos	*Schola quoque hic eſt liberalium Artium ac Theologiæ & Juris Pontificij, nova tamen & ab (5) - - - Papâ conceſſa. Magnus ſtudentium numerus eò confluit ex Hungariâ & Alamaniæ partibus ſuperioribus.*

(4) *Errat hoc loco* Æneas Sylvius, *dum ſcribit*, Academiam Vindobonenſem *ſive* Wiennenſem *inſtitutam eſſe poſt* Academiam Colonienſem. *Contrarium enim exſtat apud* Jacobum Middendorpium, *Academiæ Colonienſis Procancellarium, Libri quinti de Academijs celebribus univer-*

Duos hic claruiſſe compertum habeo præſtantes Theologos, (6) *Henricum de Haſſiâ, qui apud Pariſios edoctus, primus in hâc Scholâ cathedram rexit, ac plurima volumina edidit; vir ſanctus avo ſuo habitus: alter fuit Johannes* (8) *Tinghesſpullius, natione Suevus, vitâ bonâ & doctrinâ multâ clarus, cujus ſcripta à doctis hodiè avidè leguntur. Fuit quoq; ætate noſtrâ Thomas* (9) *Aſſelbachius, non incelebratus Theologus, quem vivere adhuc ferunt, hiſtoriáſq; non inutiles ſcribere. Cujus & nos doctrinam laudaremus, niſi duos & viginti annos in exponendo commentandóq; Iſaiæ primo capitulo abſumpſiſſet, neq; veniſſet ad calcem. In Jure autem Pontificio excelluit apud eam Scholâ* (10) *Johannes Aich, qui poſteà ad Eiſtetenſem Eccleſiam aſſumptus eſt. Maximum verò vitium hujus* (11) *Gymnaſij eſt, quod nimiam operam in Dialecticâ, nimiúmq; temporis in re non magni fructûs terunt. Qui Magiſterium in Artibus aſſequuntur, hâc unâ in Arte potiſſimùm examen ſubeunt, quaſi, qui eam norit, omnes norit;* (cæterùm) *neq; Rhetorica, neq; Muſica, neq; Artis metricæ curam gerunt: Poeticam verò prorsùs ode-*

bus. Duos hic claruiſſe compertum habeo præſtantes Theologos, (6) *Henricum de Haſſiâ, qui* (7) *Pariſius edoctus, huc in primordio Vniverſitatis advolavit, primúſq; cathedram rexit,* (ſcripſitq;) *ac plurima volumina notatu digna conſcripſit; alter fuit Johannes* (8) *Tinghesſpul Suevus, vitâ bonâ & doctrinâ* (gravi) *multâ clarus, cujus Sermones hodiè avidè à doctis leguntur. Eſt & illic hodiè Thomas* (9) *Aſſelbach non incelebratus Theologus, quem ſcribere hiſtorias non inutiles ajunt. Cujus ego doctrinam laudarem, niſi duos & viginti annos* (Iſaiæ primum capitulum legiſſet) *in Iſaiæ primo capitulo lectitando conſumpſiſſet, neq; adhuc ad calcem veniſſet. Maximum autem hujus* (11) *Gymnaſij vitium eſt, quòd nimis diutinam operam in Dialecticâ* (ponunt) *nimiúmq; temporis in re non magni fructûs* (ponunt) *terunt. Qui Magiſterij Artium titulo decorantur, hâc unâ in Arte maximè examinantur. Cæterùm neq; Muſica, neq; Rhetorica, neq; Artis metricæ curam gerunt; quamvis metra quædam & epiſtolas, ab alijs* (non peritè) *editas, imperitè recitare Magiſtrandum compellant. Oratoria*

univerſi terrarum Orbis pag. 141 & 142, ſupponite ubi iis eâ de re ſic ſcribit: Tandem Vrbanus Sextus, Pontifex Maximus, A. 1388, XI Kal. Julij, ut Coloniæ publicam omnium doctrinarum Academiam, qualis Lutetiæ Pariſiorum exſtabat, habere, honorúmque ſcholaſticorum gradus conferre liceret, pro ſuo erga eam veterem florentémque Rempublicam, & adeò præclaram Populi Romani Coloniam amore, non ſolùm libenter permiſit, ſed eadem quoque Privilegia, quæ Mater ipſius Lutetiæ Pariſiorum habebat, indulſit, ut ex ipſius Reſcripto, apertè colligitur, quo diſertis verbis ſignificat, cupere ſe illam Vrbem, quæ multis præclariſſimis ornamentis referta erat, ſapientiâ etiam cæteris Vrbibus prælucere, & longè quàm hactenùs celebriorem ſtudijs liberalibus fieri. Decernit etiam, ut & vetera illa ſtudiâ amplificentur, & publica poſthac omniũ diſciplinarum Academia cenſeatur. Quocirca anno Domini 1389 in profeſto Epiphaniæ in Domo Capitulari Eccleſiæ Metropolitanæ, præſente Clero & Senatu, Gerhardus Calcarienſis primò omnium prælegit Caput ſexageſimum Eſaiæ Prophetæ: Surge, illuminare Hieruſalem. In Annalibus Colonienſibus ſcriptum reperitur, quòd anno Domini 1388 pro impetrandâ Academiâ ad Vrbanum Papam Sextum miſſi fuerint monachi quatuor Ordinum mendicantium, quódq; prima lectio fuerit habita in Sacrâ Theologiâ per Theologum Pragenſem in Domo Capitulari Eccleſiæ Majoris; quòd etiam Cancellarius Vniverſitatis fuerit deſignatus Præpoſitus Colonienſis, primum verò Academiæ Rectorem creârint Hertlinum de Marca. *Hucuſq;* Middendorpius. *Hinc igitur manifeſtè apparet,* Academiam Colonienſem *ſine ullâ controverſiâ juniorem eſſe* Academiâ Vindobonenſi *ſive* Wiennenſi, *quippe quæ partim à* Papâ Vrbano Quinto *A.C.* 1365, *partim autem & præcipuè à* Papâ Vrbano Sexto *A. C.* 1384 *fundata & inſtituta eſt.* (5) *Ita ibi hic locus ab ipſo* Æneâ Sylvio *tribus punctis notatus, & nomen* Papæ Vrbani Sexti, *quaſi de eo tunc temporis illi nondum ſatis conſtiterit, de induſtriâ omiſſum eſt.* (6) *Tempus mortis* Henrici de Haſſiâ *& Epitaphium vide Libri* ſecundi *horum Commentariorum pag.* 125. (7) Pariſius *indeclinabile pro* Pariſijs. *Vide Libri* ſecundi *horum Commentariorum pag.* 243, 331 *&* 854. (8) Tinghesſpullius *&* Tingeſpul *pro* de Dinckelsbühel *vel* Dinckelſpühel. (9) Aſſelbachius *&* Aſſelbach *pro* de Haſelbach. (10) Hic eſt ille Joannes ab Aich, *quinquageſimus Epiſcopus* Eichſtetenſis, *qui A.C.* 1464 *obijt, & poſt mortem à* Papâ Pio II Aurea corporis Eccleſiæ Columna *appellatus eſt. Vide etiam ejuſdem* Æneæ Sylvij *ſive* Papæ Pij Secundi *Librum de Moribus Germaniæ, pag.* 1041 *&* 1042 *ſuprà citatæ editionis Baſileenſis, ubi ejuſdem* Joannis ab Aich *æquè honorifica fit mentio.* (11) *In utroq;* Æneæ Sylvij *autographo pro* Gymnaſij *perperàm legitur* Gignaſij.

oderunt; quamvis metra quadam & epiſtolas ab alijs compoſitas recitare eum compellunt, cui Magiſtri nomen tradituri ſunt. Omne hujus Scholæ ſtudium in elenchis eſt vaniſq; cavillationibus; ſolidi haudquaquam multum. Libros Ariſtotelis aliorúmq; Philoſophorum apud raros ſcholares invenies; Commentarijs fermè omnes utuntur. Cæterùm ſtudentes ipſi voluptati inſervientes, vini cibiq; avidi, pauci emergunt docti; die noctúq; vagantur, magnáſq; civibus moleſtias inferunt: cum quibus ſæpè levibus de cauſis contendentes, ad arma prorumpunt, (juſtiq; belli faciem) *ac velut in juſto bello aciem dirigunt. Ad quam rem plurimum eos inſtigat mulierum procacitas*, (quarum libertas) *quibus &* (dicendi) *loquendi quæ velint, & eundi quò velint, libertas eſt; neq; adeò pudicæ ſunt quàm formoſæ. Senatum* &c.

toria & Poetica apud eos penitùs incognita (eſt), *quibus omne ſtudium in elenchis eſt vaniſq; cavillationibus, ſolidi haudquaquam multum. Qui* (textus) *Libros Ariſtotelis aliorúmq; Philoſophorum habeant, raros invenies. Commentarijs plerumq; utuntur. Cæterùm ſtudentes ipſi voluptati operam præbent; vini cibiq; avidi, pauci emergunt docti. Neq; ſub cenſurâ tenentur; die noctúq; vagantur, magnaſq; civibus moleſtias inferunt. Adhæc mulierum procacitas mentes eorum alienat.* (In Civitate magnus eſt populus) *Civitatis populus* &c.

ADDITAMENTVM V,

pertinens ad Libri *ſecundi* pag. 299, 1003 & 1004, ubi fit mentio *pervetuſti Codicis manuſcripti Cæſarei*, in quo *S. Gregorij Magni Libro Sacramentorum Benedictionale* ejuſdem ſeparatim ſubjunctum eſt.

POſtquam *S. Gregorij Magni Librum Sacramentorum*, à Fr. *Hugone Menardo*, Monacho Congregationis S. Benedicti, aliàs Cluniacenſis & S. Mauri, ex Miſſali MSto Sancti Eligij Bibliothecæ Corbejenſis correctiorem & locupletiorem editum, & Pariſijs apud Dionyſium Moreau A. 1642 in quarto impreſſum, peculiari quodam ſtudio nuper accuratè pervolvi, tantam inter illum & ſuprà memoratum *pervetuſtum Codicem MStum Cæſareum* inveni differentiam, ut ea non obiter & paucis verbis poſſit indicari, ſed ampliſſimâ graviſſimâq; *Diſſertatione* indigeat. Cui elaborandæ cùm in præſens non vacem, neceſſariò illa eouſq; differenda eſt, donec in *Continuatione Catalogi Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* ad *Codices manuſcriptos Theologicos Latinos* pervenero. Interim autem in anteceſſum moneo, in ſuprà memoratâ *Libri Sacramentorum editione Menardinâ Benedictionale* non exſtare, ut in *pervetuſto* illo *Codice MSto Cæſareo*, tanquam *ſeparatum* aliquod *Opuſculum* & inſtar *Appendicis Libri Sacramentorum*, ſed eidem reſpectu temporis & argumenti *ſingularum Benedictionum* ſparſim inſertum & permixtum eſſe. Ubicunq; igitur hoc *Benedictionale*, tùm in his *de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Commentarijs*, tùm

tùm in (1) *Diario Sacri Itineris Cellenſis*, à me vocatur *bactenùs ineditum*, non ſimpliciter ea appellatio accipienda, ſed vel reſpectu modi editionis reſtrictè interpretanda, vel potiùs omninò delenda eſt. Vide etiam infrà *Errata reſidua Libri ſecundi*.

(1) *Vide ibi pag.* 85 *&* 268, *ut & Inducem litera G., colum.* 2 *verſ.* 21.

ADDITAMENTVM VI,

pertinens ad Libri *ſecundi* pag. 740, ubi agitur *de duorum veterum Numiſmatum argenteorum M. Tullij Ciceronis Inſcriptione MINERVE.*

EXiſtimavi olim, nomen MINERVE, quod in averſo *Numiſmatis Ciceroniani* latere legitur, monetali laborare mendo, legendúmq; eſſe caſu *dativo* MINERVAE, nunc autem, mutatâ ſententiâ, *nominativum* eſſe arbitror MINERVE pro MINERVA; quemadmodum (2) ſuprà in antiquo ethnicæ vetuſtatis Kalendario legitur *Natalis MINERVES* pro *Natalis MINERVÆ*, & *Natalis DIANES* pro *Natalis DIANÆ*; item in *Auſonij* Tetraſtichis duodecim Menſium PAPHIE pro PAPHIA & VRANIE pro VRANIA. Similiter apud *Janum Gruterum* in Syntagmate Inſcriptionum antiquarum pro *Oppia CASSIANA*; legitur *Oppia CASSIANE* ibidémq; plura occurrunt ejuſdem generis exempla alia.

(2) *Vide ſuprà pag.* 292, 294 *&* 296.

ADDITAMENTVM VII,

pertinens ad Libri *ſecundi* pag. 994, ubi fit mentio *Codicis manuſcripti Budenſis Poematum Jani Pannonij*, ſive *Joannis Epiſcopi Quinque-Eccleſienſis*, qui tempore Regis Hungariæ *Matthiæ Corvini* claruit.

DE hujus *Jani Pannonij*, ſive *Joannis Epiſcopi Quinque-Eccleſienſis* ſecundâ & adverſâ fortunâ, quam is in Regis Hungariæ *Matthiæ Corvini* Aulâ expertus eſt, lectu & obſervatu digniſſimus exſtat locus apud *Joannem Pierium Valerianum* Libro primo politiſſimi Opuſculi *de Literatorum Infelicitate*, Venetijs A. 1620 apud Jacobum Sarzinam in octavo impreſſi, quem certas ob cauſas integrum hîc exhibeo. Ibi igitur pag. 15 *Joannes Antonius Pollio* introducitur loquens his verbis: *Hæc Pontificum tot tàm Summorum, quàm Inferiorum commemoratio admonuit me JANI QVINQVE-ECCLESIENSIS ANTISTITIS, quem quia vobis ignotum arbitror, qui res Pannonicas haud ita fortè curaveritis, quia tamen is Vir admodùm probus fuit & literarum principatum in eâ Provinciâ tenuit, quod mihi ſuperiore Legatione meâ à Leone Decimo demandatâ ſatis exploratum eſt, inſignem quandam hominis calamitatem recitare, à ſermonis, quem jam inchoavimus, ſerie alienum non erit. Nihil enim ejus morte miſerabilius, nihil ejus fortunâ fuit unquam infelicius. Quippe*

is latinas literas acquiſiturus ab extremis uſq; Pannonijs in Italiam tranſmigravit, Guarinum Veronenſem non incelebrem eo tempore Grammaticum nactus, ſub eo ita profecit, ut Elegiarum ſcriptor non inelegans haberetur, in patriam demùm ad MATTHIAM Pannoniæ Regem ſe contulit, paucíſq; pòſt diebus beneficentiſſimi in Literatos omnes Regis voto Quinque-Eccleſienſi eſt Eccleſiæ præfectus. Sed diebus multo pòſt paucioribus vehementer quoſdam expertus eſt invidere dignitati ſuæ; à quibus cùm fœdè calumniatus eſſet, Regi Viro alioqui optimo, ſed nimiùm credulo, ſuſpectus adeò eſſe cœpit, ut pro delato nuper honore vita hominis depoſceretur. Quod periculum JANUS cùm impendere ſibi perſpexiſſet, fortunámq; non ſolùm adverſam, ſed funditùs everſam intelligeret, declinaturus Regis ferociam, ſperanſq; diem veritatis parentem meliora paraturam, apud amicum, collegiatæ cujuſdam Eccleſiæ Præpoſitum, inſtituit deliteſcere, ibiq; omnibus ornamentis atq; præſidijs privatus, ijſq; amiſſis, quæ erat maximis & laboribus & vigilijs adeptus, miſerabili ſolitudine ita contabuit, ut plenus timoribus & miſerijs, nulli deinceps neq; cognitus, neq; viſus, gravi diuturnâq; dyſenteriâ vexatus occubuerit; clanculúmq; ab hoſpite in arcam pice oblitam incluſus, per duos fermè annos inſepultus adſervatus eſt. Neq; perpetua tamen fuit MATTHIÆ Regis indignatio, qui aliquo pòſt tempore, cùm furor ille deferbuiſſet, de JANO demùm cogitare cœpit; mirificum enim huic ſucceſſerat JANI deſiderium, diúq; de homine percontatus, cùm inveniri nuſquam reperiſſet, præmium etiam indici propoſuit; fortéq; accidit, ut Rex rei ſacræ ergò templum id inviſeret, cui JANI hoſpes præfectus erat; qui ad Regis pedes accedens, veniam priùs deprecatus eſt, quòd tanti Regis exulem apud ſe recepiſſet. Quâ impetratâ, Si vis, inquit, O Rex, JANUM tuum invenire, diætas noſtras inviſere ne graveris; ibi enim JANUM apud me latitantem deprehendes. Nihil cunctatus Rex, contiguas templo hoſpitis hujus ædes ingreditur, qui oſtenſo illi ligneo conditorio pice perlito, & in arcæ familiaris ſpeciem fabrefacto, Illic, inquit, JANUS tuus jam biennium deliteſcit, & Tui, & Regum omnium ſecurus. Quare te obſecro, ut promiſſi præmij loco patiare tantùm cadaver ejus, ut Præſulem decet, honorificè ſepeliri. Converſum eſt Regis gaudium in apertiſſimam mæſtitiam atq; miſericordiam, & Æedituo non tantùm indulſit, ut JANUM ſepeliret, verùm pro officio & pietate, quam erga JANUM exhibuerat, eum in ejuſdem Eccleſiæ, cui JANUS præfectus fuerat, Epiſcopum ſurrogari procuravit. Eóq; tunc demùm tempore JANUS Regis ſui judicio honeſtatus eſt, quo nullo honorum ſenſu affici poterat, nullâ rerum humanarum voluptate deliniri.

ADDI-



TABVLA TRIGESIMA QVARTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Iconiſmus hic pertinet ad Libri quarti Commentariorum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi Appendicem, et est inſerendus è regione paginæ 309.


BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

ADDITAMENTVM VIII,

pertinens ad Libri *ſecundi* pag. 1009 & Libri *tertij* pag. 10, ubi agitur *de antiquiſſimi Codicis manuſcripti Græci Geneſeos Tabulâ trigeſimâ quartâ*, quâ repræſentatur *Convivium Pharaonis Regis Ægypti.*

ORdo accumbendi *in Sigmate tetraclino*, ſive, *in* (1) *Stibadio Semicirculari, quatuor accumbentes capiente*, eſt ibi talis:

Cornu ſiniſtrum.



Cornu dextrum.

1. Locus *primus* ſeu (2) *ſummus*, debitus *Convivæ* reſpectu dignitatis *primo* & *præcipuo.*
2. Locus *ſecundus*, debitus *Convivæ* reſpectu dignitatis *ſecundo.*
3. Locus *tertius*, debitus *Convivæ* reſpectu dignitatis *tertio*, idémque reſpectu quidem Convivarum inter ſe *imus* ſeu *ultimus*, ſuper *Dominum* tamen *Convivij* à ſiniſtro latere.
4. Locus (3) *Regis Pharaonis*, debitus *Domino Convivij*, idémque reſpectu Convivarum *imus* ſeu *ultimus*; ut videlicet *Dominus Convivij* nec cuiquam Convivarum ullam moleſtiam exhiberet, nec ipſe à quoquam turbaretur, ſed DEXTERAM & *vocem liberam* haberet atque *expeditam*; teſte *Plutarcho* Libri primi Sympoſiacωn ſive Convivalium Diſputationum Quæſtione tertiâ: *Cur ille Convivij locus, qui* Ὑπατικὸς *ſive* (4) *Conſularis dicitur, in honore habeatur.*

Similis *Ordo accumbendi* fuit adhuc ſervatus A.C. 461, *Dagalaipho* & *Severino* Conſulibus, in Convivio *Imp. Majoriani*, Arelate in Gallia Narbonenſi celebrato, quod *Sidonius Apollinaris*, Arvernorum Epiſcopus, qui eidem *nondum* quidem *Epiſcopus*, ſed in ſeculari ſtatu tantùm

(1) Stibadium *propriè dicitur torus ſive cubile ex herbis & frondibus, à græco* ςιβάς. *Vide* Petri Cicconij *Librum de Triclinio cum* Fulvij Vrſini *Appendice, & Joan.* Guilielmi Stuckij *Antiquitates Convivales, lib.* 2 *cap.* 34.

(2) *Huc pertinet illud* Plauti *in Sticho Act.* 3 *Sce.* 2. Haud poſtulo equidem SVMMO IN LECTVLO accumbere; *item in Perſâ Act.* 5 *Scen.* 1: Age, age ergò tu Sagariſtio, accumbe IN SVMMO.

(3) *Huc etiam pertinet, quod de* Imp. Hadriano Dio Caſſius *Hiſt. Roman. lib.* 69 *refert his verbus:* Ἀεί τε περὶ ἑαυτὸν καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ἔξω τοὺς ἀρίστους εἶχε, καὶ συνῆν σφίσι καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ΤΕΤΑΡΤΟΣ πολλάκις ἐνωχεῖτο. *Hoc eſt*: Semper circa ſe & Romæ & foris Optimates habuit, ac interfuit etiam eorũ convivijs; ideóque & ipſe eos convivio ſæpè excepit, & tanquam Dominus convivij in dextro Stibadij tetraclini cornu QVARTVS ſive ultimus accubuit. *Ita enim hic* Dionis *locus græcè legendus & latinè interpretandus eſt; vulgò autem pro* ἐνωχεῖτο *perperàm legitur* ὠχεῖτο, *hoc eſt ſecundùm pravam* Joannis Leunclavij *verſionem latinam marginalem*: ac propterea quartus quoque ſæpenumerò VEHEBATVR. (4) *Nam etiam in* Conſularibus Epulis Conſul, *Populo Epulum dans, accumbebat tanquam* Dominus Convivij imo *ſeu* ultimo *loco in* dextro Cornu *Stibadij.*

tùm adhuc *Comes honorarius*, interfuit, Libri primi Epiſtolâ undecimâ pereleganter deſcribit his verbis: *Poſtridie juſſit Auguſtus* (nempe Imp. MAIORIANVS) *ut epulo ſuo Circenſibus ludis intereſſemus.* (1) *PRIMVS jacebat CORNV SINISTRO Conſul ordinarius SEVERINVS, Vir inter ingentes Principum motus atq; inæqualem Reipublicæ ſtatum gratiæ ſemper æqualis.* (2) *Juxta eum MAGNVS, olim Ex-Præfecto, nuper Ex-Conſule, par honoribus perſona geminatis; recumbente* (3) *poſt ſe CAMILLO filio fratris, qui duabus dignitatibus & ipſe decurſis, pariter ornaverat Proconſulatum patris, patrui Conſulatum. PÆONIVS hinc propter; atq; hinc ATHENIVS, homo litium temporúmq; varietatibus exercitatus. Hunc ſequebatur GRATIANENSIS, omni ab infamiâ Vir ſequeſtrandus, qui Severinum ſicut honore poſtibat, ita favore præceſſerat. VLTIMVS* (4) *EGO jacebam, quâ PVRPVRATI* (nempe Imp. MAIORIANI) *LÆVUM LATVS in DEXTRO MARGINE porrigebatur. Edulium multâ parte finitâ, Cæſaris ad Conſulem ſermo dirigitur, iſq; ſuccinctus; inde devolvitur ad Conſularem; cum quo ſæpè repetitus, quia de literis factus, ad Virum Illuſtrem Camillum ex occaſione transfertur, in tantum ut diceret Princeps: Verè habes patruum, frater Camille, propter quem me familiæ tuæ Conſulatum unum gratuler contuliſſe. Tunc ille, qui ſimile aliquid optaret, tempore invento, Non unum, inquit, Domine Auguſte, ſed primum. Summo fragore, ut nec Auguſti reverentia obſiſteret, excepta ſententia eſt. Inde neſcio quid Athenium interrogans, SVPERIECTVM Pæonium compellatio Auguſta præterijt; caſu an induſtriâ ignoro. Quod cùm turpiter Pæonius ægrè tuliſſet, quod fuit turpius, compellato tacente reſpondit. Subriſit Auguſtus, ut erat, autoritate ſervatâ, cùm ſe communioni dediſſet, joci plenus: per quem cachinnum non minùs obtigit Athenio vindicta, quàm contigiſſet injuria. Colligit itaq; ſeſe* (5) *trebaciſſimus ſenex, & ut ſemper intrinſecùs æſtu pudoris excoquebatur, cur ſibi Pæonius anteferretur, Non miror, inquit, Auguſte, ſi mihi ſtandi locum præripere conetur, qui Tibi invadere non erubeſcit loquendi. Et Vir Illuſtris Gratianenſis, Multus, inquit, Satyricis hoc jurgio campus aperitur. Hîc IMPERATOR CERVICE AD ME CONVERSA, Audio, inquit, Comes Sidoni, quòd Satyram ſcribas; & ego, inquam, hoc audio Domine Princeps. Tunc Ille, ſed ridens, Parce vel Nobis. At ego, inquam, quòd ab illicitis tempero, mihi parco. Poſt quæ Ille: Et quid faciemus his, inquit,* qui


(1) *Diligenter hîc notãdũ eſt,* ſummum in Cornu ſiniſtro locum *expreſsè appellari* PRIMVM; *quemadmodum etiam apud* Petroniũ Arbitrũ, *ubi refert, omnibus jã diſcumbentibus,* Trimalchioni locum NOVO MORE PRIMVM *fuiſſe ſervatum, hoc eſt,* SVMMVM in Cornu ſiniſtro, *cùm illi, tanquam* Domino Convivij *more antiquo & ordinario deberetur* locus imus *ſive* ultimus in Cornu dextro. *Huc etiam pertinent verba* Chriſti *apud* S. Lucam *cap.* 14 *verſ.* 8, 9 *&* 10, *quibus monet, ne quis invitatus ad nuptias,* diſcumbat in PRIMO loco, *ſed* recumbat in NOVISSIMO loco, *Græcè enim* PRIMVS locus *ibi vocatur* πρωτοκλισία, NOVISSIMVS *autem ſive* VLTIMVS τόπος ἔσχατος. *Notabile etiam eſt,* duo *illa* loca *ibi ita appellari non reſpectu* Domini Convivij, *ſed reſpectu* τῶν συνανακειμένων *ſive* Convivarum inter ſe. (2) Juxta eum *pro* Infra eum *vel* ſub eo. (3) Poſt ſe *pro* ſub ſe. (4) Ultimus *nempe* Convivarum, *non autem* ultimus in Convivio, *quippe qui fuit* Dominus Convivij, *Imperator videlicet* Majorianus. (5) Trebaciſſimus *pro* tribaciſſimus, *hoc eſt,* exercitatiſſimus, *à græco* τρίβαξ.

qui te laceſſunt? Et ego: Quiſquis eſt iſte, Domine Imperator, publicè accuſet; ſi redarguimur, debita luamus ſupplicia convicti: cæterùm objecta ſi non improbabiliter caſſaverimus, oro ut indultu Clementiæ Tuæ, præter juris injuriam, in accuſatorem meum, quæ volo, ſcribam. Ad hoc Ipſe (1) *Pæonium conſpicatus, nutu cœpit conſulere nutantem, placerêtne conditio. Sed cùm ille confuſus reticuiſſet, Princépsq; conſuleret erubeſcenti, ait: Annuo poſtulatis, ſi hoc ipſum è veſtigio verſibus petas. Fiat, inquam; RETRORSVMQVE* (2) *CONVERSVS, TANQVAM AQVAM POSCEREM MANIBVS, tantúmq; remoratus, quantum STIBADII* (3) *CIRCVLVM CELERANTIA MINISTERIA PERCVRRVNT,* (4) *CVBITVM TORO REDDIDI. Et Imperator: Spoponderas te licentiam ſcribendæ Satyræ verſibus ſubitis poſtulaturum. Et ego:*

Scribere me Satyram qui culpat, maxime Princeps,
Hanc, rogo decernas, aut probet, aut timeat.

Secutus eſt fragor, niſi quod dico jactantia eſt, par Camillano; quem quidem non tàm carminis dignitas, quàm temporis brevitas meruit. Et Princeps: Deum teſtor & ſtatum publicum, me de cætero nunquam prohibiturum, quin, quæ velis, ſcribas; quippe cùm tibi crimen impactum probari nullo modo poſſit: ſimul & perinjurium eſt, ſententiam (5) *Purpurati tribuere privatis hoc ſimultatibus, ut innocens ac ſecura nobilitas propter odia certa crimine incerto periclitetur.* Hucuſq; *Sidonius Apollinaris.* Ordo igitur accumbendi apud *Imp. Majorianum in Sigmate* (6) *octaclino,* ſive *in Stibadio ſemicirculari, octo accumbentes capiente,* fuit talis:

Cornu ſiniſtrum.



Cornu dextrum.

1. *Severinus*, Conſul ordinarius.
2. *Magnus*, Ex-Conſule ſive Conſularis.
3. *Camillus*, Vir illuſtris, filius fratris Magni.
4. *Pæonius*, Diffamator Sidonij clancularius.
5. *Athenius*, homo litium temporúmq; varietatibus exercitatus.
6. *Gratianenſis*, Vir illuſtris.
7. *Sidonius Apollinaris*, Comes honorarius.
8. *Imp. MAIORIANVS*, Dominus Convivij.

Eun-

(1) Pæonius *enim* Sidoniū Apollinarem *tanquam* Satyrographū *clanculò diffamaverat.* (2) *Nempe* ad Servū ad pedes ſtantem, & aqualim manu tenentem, *ut in ſuprà memoratâ antiquiſſimi Codicis manuſcripti Græci Geneſeos Tabula XXXIVtâ videre eſt. Ad ejuſmodi* ſervos, pedibus adſtantes, *alludit* Martialis *hoc diſticho*: Omnia cùm retrò pueris obſonia tradas, Cur non menſa tibi ponitur à pedibus? *Præterea etiam obiter hic notandum eſt, uſitatum olim fuiſſe apud Romanos, ut in Convivijs manus lavarent ad* ſingulos miſſus, *ſive, quoties mutaretur menſa.* (3) Circulus Stibadij *impropriè pro* margine Stibadij ſemicirculari. (4) *Huc pertinet*

tinet illud Horatij *Lib. 2 Satyr. 4:* Languidus IN CVBITVM jam ſe conviva reponet; *item Lib. 1 carmin. Ode 27:* Impium lenite clamorẽ ſodales, & CVBITO remanete PRESSO. *Apulejus hoc vocat* accumbere menſæ SVFFIXO CVBITO.

(5) Purpuratus *pro* Imperatore, *ut ſuprà.*

Eundem ſuprà citatũ *Sidonij Apollinaris* locũ illuſtravit etiã R. P. *Jacobus Sirmondus* S.I.eruditis Annotationibus (1),quarũ præcipuã cùm alias ob cauſas, quæ in margine indicabuntur, integram hîc exhibeo, tùm præcipuè, quia ibidem rectè monet, ſimilem *accumbendi ordinem* ſervatum quoq; fuiſſe non ſolùm *in Convivio Maximi Tyranni*, A. C. 386 *Auguſtæ Trevirorum* celebrato, cui *S. Martinus* Epiſcopus Turonenſis, ut *Sulpicius Severus* in ipſius Vitâ refert,interfuit, verùm etiam *in ſupremâ Cœnâ CHRISTI Domini.* Ipſa doctiſſimi *Sirmondi* verba ſunt hæc: *Operæ pretium eſt, quo quiſq; loco jaceat obſervare, ut hoc exemplo doceamur, qui olim ACCVMBENDI ORDO fuerit in SIGMATE, hoc eſt, in STIBADIO ſeu LECTO SEMIROTVNDO. In SIGMATE enim fuit epulum Majoriani. SIGMATIS porrò DVO erant extrema velut CORNVA. Cùm igitur in DEXTRO Stibadij CORNV collocet MAIORIANVM, in SINISTRO Conſulem Severinum, dubium non eſt, quin (2) PRIMVS ille locus habitus ſit, quem occupat IMPERATOR, proximus quem Conſul. Neq; in his opinor eſt, quod miremur. Hi duo etiam apud nos primi & eximij accubitus. SVMMA CORNVA Juvenco lib. 3:*

Si vos quiſq; vocat cœnæ convivia ponens,
CORNIBVS in SVMMIS devitat ponere membra,
Quiſq; ſapit.

Id novum potiùs videri queat, & ab uſu noſtro remotius, quòd (3) tertius, quartus ac reliqui deinceps illum ordine ſubſequantur, qui PRIMVS eſt in CORNV SINISTRO. Nam poſt Severinum Conſulem ſequitur Magnus ex Conſule, tùm Camillus, Pæonius, Athenius, Gratianenſis, (4) ultimuſq; Sidonius ad DEXTRVM CORNV vergens, in quo jacebat MAIORIANVS. Itaq; in pleno Stibadio (5) ultimus primo proximus erat, à primo eodem remotiſſimus ex adverſo ſecundus. Nec alius ordo fuit in Maximi convivio, cui interfuit S. Martinus, apud Sulpicium Severum & alios. In DEXTRO enim CORNV (6) Maximus Auguſtus, in SINISTRO Conſul Euodius

(6) *De hujuſmodi* Sigmate octaclino *exſtat peculiare* Martialis *Epigramma, quod eſt libri decimi quarti octogeſimũ ſeptimũ:* Accipe lunatâ ſcriptũ teſtudine Sigma: OCTO CAPIT; veniat, quiſquis amicus erit.

(1) *In Notis ad* Sidonij *Opera, Pariſijs typis Nivellianis A.* 1614 *in octavo edita, pag.* 38, 39, 40. (2) Primus locus, *ut paulò ſuprà non ſolùm* Petronij, *ſed & ipſius* Sidonij *teſtimonio demonſtravi, fuit* ſummus in ſiniſtro cornu, *ubi jacebat Conviva primæ dignitatis, qualis in hoc* Imp. Majoriani *convivio fuit Conſul ordinarius* Severinus. *Etſi igitur* Majorianus, *tanquam* Imperator, *non ſolùm reliquos omnes convivas, verùm etiã ipſum Conſulẽ* Severinũ *dignitate anteceſſerit, more tamẽ ordinario* in dextro Stibadij cornu ultimum *ſive* imum *locum obtinuit tanquam* Dominus Convivij. *Vice versá ſi* Imp. Majorianus *Conſulis Severini vel alterius cujuſdam ſuorum Convivarum fuiſſet Conviva, obtinuiſſet is reſpectu dignitatis ſuæ* primum locum in ſiniſtro Cornu Stibadij, *& contrà* Dominus Convivij, *licet* Imperatore *reſpectu dignitatis longè minor, Jacuiſſet* in dextro Stibadij cornu loco imo *ſive* ultimo; *qui ob hoc ipſum, quòd ſemper* ſoli Domino Convivij *competeret, itidem ut* primus locus in ſiniſtro cornu *fuit honoratiſſimus.* (3) *Imò* ſecundus, tertius ac reliqui deinceps. (4) Vltimus, *nempe reſpectu reliquorũ* Convivarũ *ſuper ſe accumbentiũ, non autẽ reſpectu* Domini Convivij *infra ſe accumbentis.* (5) *Malim:* ultimus Convivarum Domino convivij proximus erat, primus autem Conviva ab eodem Domino Convivij ex adverſo remotiſſimus. (6) *Non tanquã* Imperator, *ſed tanquã* Dominus Convivij,

us, dein Comites Maximi frater ac patruus, & reliqui ordine Proceres deſcribuntur, atq; inter hos medius Presbyter Martini; extra Stibadium verò in ſellâ Martinus ad DEXTRAM *Maximi. Paulinus lib. 3 de Vitâ Martini, cùm Proceres commemoráſſet :*

Hos inter medius, quà SIGMA *flectitur orbe,*
Presbyter accubuit; dextrâ lævâq; potentum
Ordo Ducum, membris ſuper AVREA FVLCRA *locatis,*
Preſſit ſubjectum pretioſi velleris oſtrum.
Ad DEXTRAM *Regis ſancto venerabilis ore*
Conſedit Senior (nempe S. Martinus).

Qui profectò ad DEXTRAM *Maximi ſedere non poterat, niſi Maximus in* DEXTRO CORNV *accumberet. Honoratiſſimus ergò Stibadij locus* (1) CORNV DEXTRVM, *ut diximus, proximus* (2) SINISTRVM. *Quare apud Gregorium Turonenſem lib. 1 Miraculorum cap. 80 Arianus ille, qui* DEXTRÆ PARTIS CORNV *occupat, & Catholicum ſacerdotem hoſpitem ſuum in* SINISTRO *ſtatuit,* (3) *ludibrio illum, hac etiã in re, ut in cæteris habet. Sed admonet nos* STIBADII *mentio & ordo accumbentium, ut de* CHRISTI *quoq; Domini* SVPREMA CÆNA *diſquiramus, quam in* STIBADIO *itidem ſtrato celebratam conſtat.* Ἐπὶ ςιβάδος, *ut loquitur Chryſoſtomus Homiliâ XXVII in 1 ad Corinthios; ſive* IN LECTVLO, *ut Tertullianus de Coronâ: Agnoſcam, inquit, neceſſe eſt &* RECVMBENTEM IN LECTVLO CHRISTVM. *Recubuiſſe autem in eâ* CHRISTVM *non in* MEDIO, *ſtipantibus latera hinc inde Apoſtolis, ut* (4) *noſtri vulgo pictores repræſentant, ſed* DEXTRO *in* CORNV, *quo loco* MAXIMVM MAIORIANVMq; *jacentes vidimus, tùm alia in libris tabulíſq; antiquis monimenta oſtendunt, tùm muſivum* CAPVÆ *opus, à Deſiderio Caſinenſi Abbate, qui Victor* (5) *Secundus poſteà fuit, dedicatum. Quæ quidem ſi ad veram imaginem expreſſa ſunt, (nec certè apparet, cur videri non debeant) haud difficile fuerit intelligere, cur aut* JOANNES, *qui per ætatem fortaſſe ultimus erat,* CHRISTO *proximus in ejus* SINV *accubuerit, aut* PETRVS, *qui remotior, innuiſſe* JOANNI *dicatur, ut* CHRISTVM *de proditore interrogaret.* Hæc R. P. *Sir-*

Rr *mon-*

(1) *Reſpectu* Domini Convivij, *non autem reſpectu* Convivarum, *& ipſius* Stibadij. (2) *Honoratiſſimus fuit ille locus reſpectu* Convivarum *&* *ipſius* Stibadij, *quia* ſummus *locus honorabilior eſt* imo. (3) Nullū *ibi fuit ludibrium, ſed revera locus ille,* Sacerdoti Catholico *aſſignatus,* primus *fuit in Convivio; nec alium* Dominus convivij hæreticus *occupavit locum, quàm quem jure ac more debuit. Quòd autem* uxorem *ſuam catholicam* ad lævam *Sacerdotis catholici in ſellulâ collocavit, id contra ordinariam fecit conſuetudinem propter concordiam religionis; alioqui enim debuiſſet ea ſedere* ad dextram mariti ſui, *in dextro Stibadis cornu accumbentis, quemadmodum ſuprà* S. Martinus *in Convivio* Maximi. (4) *Eodem vitio laborant etiam* duæ Imagines Sacræ Cœnæ, *quæ exſtant apud* Hieronymum Mercurialem *lib. 1 de Arte Gymnaſticâ cap 11, & apud* Hieronymum Pradum *atq;* Joan. Bapt. Villalpandum *è S.I. in Explanatione verſûs quadrageſimi primi capitis decimi tertij* Ezechielis *Prophetæ:* Sediſti in lecto pulcherrimo, & menſa ornata eſt ante te. (5) *Imò* Victor Tertius, *qui in Summum Pontificem invitus electus eſt A. C.* 1086, *eodémq; anno poſt ſeptem circiter menſes obijt.*

mondus; quæ quatenus probem vel improbem, breviter in margine indicatum eſt. Unum tantummodò, quod propter anguſtiam loci non ſatis commodè ibi collocari potuit, ſeparatim hîc ſubjungo; nempe quæ mea ſit ſententia *de ordine accumbendi*, *ſervato in ſupremâ Cœnâ Chriſti Domini*. Ut primò igitur certò conſtat, *Chriſtum* in ſupremâ Cœnâ fuiſſe *Dominum Convivij* ſeu *Epuli*, ita quoq; minimè dubium eſt, quin is locum obtinuerit *Domino Convivij* debitum, ideóq; in *dextro Stibadij cornu imo* ſive *ultimo loco* accubuerit. Similiter quoq; certiſſimum eſt, *S. Petrum*, cujus nomen in Sacrâ Scripturâ, (1) quotieſcunq; *duodecim Apoſtoli* recenſentur, ſemper *primo loco* collocatur, tanquam primarium & præcipuum Convivam in *ſiniſtro Stibadij cornu primo* ſive *ſummo loco* accubuiſſe, ideóq; à *Chriſto* ex-adversùm accumbente fuiſſe remotiſſimum. Eodem modo etiam loca accubitûs *Judæ proditoris* & *S. Joannis Apoſtoli atq; Evangeliſtæ* certiſſima ſunt. *Judas* enim *proditor*, tanquam Convivarum undecimus & ultimus, *proximè ſuper Chriſtum* à lævo Ipſius latere accubuit, quemadmodum ſuprà *Sidonius Apollinaris* in Convivio *Imp. Majoriani*; ſanctus autem *Joannes*, adhuc (2) adoleſcens, & præ cæteris Apoſtolis à Chriſto dilectus, (3) accubuit *in ſinu Chriſti*, hoc eſt, *proximè infra Chriſtum* à dextro ipſius latere, non velut *conviva*, ſed tanquam *filius*. Ita nempe tunc moris fuit, (4) ut *Dominus Convivij uxorem ſuam* aut *liberos ſuos*, vel alias perſonas, *uxoris aut liberorum inſtar chariſſimas*, in Convivio *infra ſe*, hoc eſt, *in ſinu ſuo* collocaret; idémq; fuit *infra aliquem cubare*, & *in ſinu ejus recumbere*. Sic etiam in (5) *cœleſti* illo *Convivio*, quod apud *S. Lucam* cap. 16 verſ. 23 Dives ille immiſericors in Inferno vidit, Patriarcha *Abrahamus* tanquam *Dominus Convivij* jacuit in dextro Stibadij cornu, & *in ipſius ſinu*, hoc eſt, *proximè infra ipſum* mendicus *Lazarus*. Quamvis ergò hinc ſatis clarè appareat, quomodo (6) *S. Petrus S. Johanni* potuerit *innuere*, ut Chriſtum interrogaret de proditore, quomodo (7) *S. Joannes*, cervice reflexâ, & capite *ad Chriſti pectus* amantiſſimè applicato, Ipſum de proditore interrogaverit, quomodo (8) *Judas Iſcariotes*, cum Chriſto *manum potuerit intingere in unâ eâdem paropſide*, & quomodo (9) *Chriſtus* cum *Judâ Iſcariote* adeò ſubmiſsè potuerit colloqui, ut reliqui *Apoſtoli* præſentes, quid inter illos actum eſſet, non perceperint, majoris tamen adhuc perſpicuitatis causâ ſubjungo hîc ſequens (10) Diagramma:

(1) *Vide* S. Marc. *cap.* 3 *verſ.* 16, *&* S. Luc. *cap.* 6 *verſ.* 14. *Conſule etiam* Card. Baron. *Annal. Eccleſ. Tom.* 1, *an.* 32 *num.* 6, *&* Joach. Camerar. *Hiſtoriam Vitæ Chriſti & duodecim Apoſtolorum*, *pag.* 109.

(2) *Vide* S. Marc. *cap.* 14 *verſ.* 51.


(3) *Vide* S. Joan. *cap.* 13 *verſ.* 23.

(4) *Vide* Petri Cicconij *Librum de Triclinio pag.* 27 *&* 49, *&* Card. Baron. *Annal. Eccleſ. Tom.* 1, *an.* 34 *num.* 40.

Cornu

(5) *Vide* S. Matth. *cap.* 8 *verſ.* 11. (6) *S.* Joan. *cap.* 13 *verſ.* 24. (7) *Ibid. verſ.* 25. (8) S. Matth. *cap.* 26 *verſ* 23. (9) S. Joan. *cap.* 13 *verſ.* 28 *&* 29. (10) Duodecim Apoſtoli *in hoc Diagrammate eo ordine collocati ſunt, quo recenſentur à* S. Lucâ *cap.* 6 *verſ.* 14, 15, 16, 17; *excepto ſolo* S. Joanne, *qui ibi collocatur poſt fratrem* Jacobum. *In ſupremâ autem Chriſti Cœnâ* S. Joannes *primum amoris locum obtinuit, ut* S. Petrus *primum locum honoris.*

Cornu ſiniſtrum.



Cornu dextrum.

1. *S. Petrus*, Princeps Apoſtolorum.
2. *S. Andreas*, frater *S. Petri.*
3. *S. Jacobus* cognomine *Major*, filius *Zebedæi* & frater *S. Joannis.*
4. *S. Philippus*,
5. *S. Bartholomæus.*
6. *S. Matthæus*, Apoſtolus & Evangeliſta.
7. *S. Thomas*,
8. *S. Jacobus* cognomine *Minor* & *Frater Domini.*
9. *S. Simon* cognomine *Zelotes.*
10. *S. Judas* cognomine *Thaddæus.*
11. *Judas Iſcariotes*, proditor Chriſti.
12. *CHRISTVS Dominus.*
13. *S. Joannes*, Apoſtolus & Evangeliſta, frater *S. Jacobi Majoris.*

Ex hoc igitur Diagrammate liquet, quomodo corrigendæ ſint *Imagines Cœnæ ſupremæ Chriſti Domini*, quæ (1) V. CL. *Hieronymi Mercurialis* capiti undecimo Libri primi de Arte Gymnaſticâ & RR.PP. *Hieronymi Pradi* atq; *Joannis Baptiſtæ Villalpandi* è S. J. Tomo primo Explanationum in Ezechielem inſertæ ſunt. Corrigendæ etiam ibidem ſunt *Imagines Convivij*, à *S. Lucâ* cap. 7 verſ. 36 memorati, quo *Chriſtus* à *Simone Phariſæo* exceptus eſt. Perperàm enim ibi *Chriſtus* repræſentatur accumbens *in dextro Stibadij cornu loco imo* ſive *ultimo*, cùm is, tanquam *præcipuus Conviva*, reverâ accubuerit *in ſiniſtro Stibadij cornu loco primo* ſive *ſummo*. Contrà autem *Simon Phariſæus*, tanquam *Paterfamilias* & *Dominus Convivij*, re verâ accubuit *in dextro Stibadij cornu loco imo* ſive *ultimo*.

(1) *Vide ſuprà pag.* 313.

ADDITAMENTVM IX,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 41, ubi fit mentio *Imaginum quatuor Evangeliſtarum & SS. Apoſtolorum Petri atq; Pauli*, quibus Codex manuſcriptus Theologicus Græcus *vigeſimus octavus* exornatus eſt.

QVandoquidem ex *quinque* illis *antiquis Imaginibus*, quibus *Codex manuſcriptus Theologicus Græcus vigeſimus octavus* exornatus eſt, *quartam*, quæ *S. Prochorum*, Evangelium *S. Joannis* ex dictantis

ore excipientem, repræſentat, Libro *ſecundo* horum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Commentariorum inter pag. 570 & 571 jam pridem inſerui, publico nunc etiam reliquas *quatuor*, nempe *primam, ſecundam, tertiam* & *quintam*, eâdem diligentiâ, quâ præcedentem, delineatas & æri inciſas. Quæ licet omnes varias ob cauſas conſideratu digniſſimæ ſint, præcipuè tamen *ultima* illa, quæ *SS. Apoſtolos Petrum & Paulum* exhibet.

Primò, enim notandum eſt, has *SS. Apoſtolorum effigies* ſatis benè congruere cum eorundem deſcriptione, quæ exſtat apud *Nicephorum* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 2 cap. 37 his verbis: Εἰκόνα γε μὴν τῆς θέσεως τῆς μορφῆς καὶ τοῦ σώματος οἱ θεῖοι οὗτοι Ἀπόστολοι, ὡς ἐν τύπῳ διαλαβεῖν, οὕτως. Ὁ μὲν θεῖος ΠΕΤΡΟΣ τὴν ἡλικίαν μέτριος ἦν, ἐπὶ τὸ ὄρθιον ἔχων αὐτὴν ἀναβαίνουσαν· ὕπωχρος δὲ τὴν ὄψιν καὶ μάλα λευκός· ΟΥΛΟΣ ΤΑΣ ΤΡΙΧΑΣ ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΗΣ καὶ τοῦ πώγωνος καὶ ΔΑΣΥΣ, οὐ μὴν καὶ καθειμένας ἔχων αὐτάς· ὑφαίμους ὥσπερ καὶ οἰνωποὺς περιβάλλων τοὺς ὀφθαλμούς· ἀνεσπακὼς τὰς ὀφρῦς· καὶ τὴν ῥῖνα, μακρὰν μὲν, οὐ μὴν δὲ καὶ εἰς ὀξὺ καταλήγουσαν, ἀλλ᾽ ὡσανεὶ σιμὴν κεκτημένος. Ὁ δέ γε θεσπέσιος ΠΑΥΛΟΣ μικρὸς ἦν καὶ συνεσταλμένος τὸ τοῦ σώματος μέγεθος καὶ ὥσπερ ἀγκύλον αὐτὸ κεκτημένος· σμικρὸν δὲ κεκυφώς· τὴν ὄψιν λευκός· καὶ τὸ πρόσωπον προφερής· ΨΙΛΟΣ ΤΗΝ ΚΕΦΑΛΗΝ· χαροποὶ δὲ αὐτῷ ἦσαν οἱ ὀφθαλμοί· κάτω δὲ καὶ τὰς ὀφρῦς εἶχε νευούσας· εὐκαμπῆ καὶ ῥέπουσαν ὅλῳ τῷ προσώπῳ τὴν ῥῖνα· τὴν ὑπήνην δασεῖαν καὶ καθειμένην ἀρκούντως ἔχων· ῥαινομένην δὲ ταύτην καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ πολιαῖς ταῖς θριξίν. Ὁρώμενοι δὲ καὶ ἄμφω οἱ Χριστοῦ μαθηταὶ θεοειδεῖς τινὲς ἦσαν, Πνεύματός τε ἁγίου καὶ θείας χάριτος ἔμπλεω, ὡς καὶ τοῖς ὁρῶσι πιστοῖς κἂν μόνης θέας, ἀοράτως ἐνιέναι χάριν αὐτοῖς, ὥστε ῥυθμίζειν τὸν μετὰ πίστεως βίον, καὶ πρὸς τὸ βέλτιον ἄγειν. Hoc eſt *Joanne Lango* interprete: *Staturam autem & corporis formam Divi Apoſtoli, quantum per deſcriptionem ſimpliciorem aſſequi licet, talem habuere PETRVS equidem non craſſâ corporis ſtaturâ fuit, ſed mediocri, & quæ aliquanto eſſet erectior; facie ſubpallidâ & albâ admodùm: CAPILLI & CAPITIS & barba* (1) *CRISPI ET DENSI, ſed non admodùm prominentes fuere; oculi quaſi ſanguine reſperſi & nigri, ſupercilia ſublata; naſus autem longior ille quidem, non tamen in acumen deſinens, ſed preſſus ſimúſq; magis. PAVLVS autem corpore erat parvo & contracto, & quaſi incurvo atq; paulùlum inflexo, facie candidâ, annoſ-*

(1) Nota S. Petrū non fuiſſe CALVVM, ut vulgò perperàm creditur, ſed S. Paulū.







nóſq; plures præ ſe ferente, & CAPITE (1) CALVO: oculis multa inerat gratia; ſupercilia deorſum verſùm vergebant; naſus pulchrè inflexus, idémq; longior; BARBA denſior & SATIS PROMISSA, eáq; non minùs quàm capitis coma, canis etiam reſperſa erat. Ambo autem Chriſti diſcipuli cùm inſpicerentur, divinum quiddam præ ſe ferebant, Spiritu Sancto & divinâ gratiâ ita referti, ut qui eos viderent fideles, ex aſpectu ſolo arcanam quandam & latentem conciperent gratiam, moreſq; & vitam unà cum fide ritè conformarent, & in melius converterent. Hucuſque *Nicephorus.* Confer etiam eandem hanc deſcriptionem cum *Capitibus SS. Apoſtolorum Petri & Pauli* in (2) *plumbeis Summorum Pontificum Sigillis*, & ibi quoque videbis ſimilem congruentiam. Quòd autem *Nicephoriana* illa *SS. Apoſtolorum deſcriptio* non ſit conjecturalis vel commentitia, ſed antiquâ & verâ nitatur traditione, inde ab ipſis *SS. Apoſtolorum temporibus* ad nos fideliter propagatâ, certò conſtat ex *Euſebij Pamphili*, ſub *Imp. Conſtantino Magno* Cæſareenſis in Palæſtinâ Epiſcopi, inſigni teſtimonio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 7 cap. 14, ubi poſt narrationem de *ſtatuâ Chriſti*, à muliere, (3) ſanguinis fluxum patiente, erectâ & à ſe viſâ, mentionem quoq; *Imaginum SS. Apoſtolorum Petri & Pauli* ſubjungit hoc modo: Ἀλλ' ἐπειδὴ τῆσδε τ. πόλεως (τῆς Φιλίππου Καισαρείας, ἣν Πανεάδα Φοίνικες προσαγορεύουσι) εἰς μνήμην ἐλήλυθα, οὐκ ἄξιον ἡγοῦμαι παρελθεῖν διήγησιν καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς μνημονεύεσθαι ἀξίαν. Τὴν γὰρ αἱμορροοῦσαν, ἣν ἐκ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοῦ πάθους εὑρέσθαι ἀπαλλαγὴν μεμαθήκαμεν, ἐνθένδε ἔλεγον ὁρμᾶσθαι· τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐπὶ τῆς πόλεως δείκνυσθαι, καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰς αὐτὴν εὐεργεσίας θαυμαστὰ τρόπαια παραμένειν· ἑστάναι γὰρ ἐφ' ὑψηλοῦ λίθου πρὸς μὲν ταῖς πύλαις τοῦ αὐτῆς οἴκου γυναικὸς ἐκτύπωμα χάλκεον ἐπὶ γόνυ κεκλιμένον, καὶ τεταμέναις ἐπὶ τὸ πρόσθεν ταῖς χερσὶν, ἱκετευούσῃ ἐοικός· τούτου δὲ ἄντικρυς ἄλλο τῆς αὐτῆς ὕλης ἀνδρὸς ὄρθιον σχῆμα, διπλοΐδα κοσμίως περιβεβλημένον, καὶ τὴν χεῖρα τῇ γυναικὶ προτεῖνον, οὗ παρὰ τοῖς ποσὶν ἐπὶ τῆς στήλης αὐτῆς ξένον τι βοτάνης εἶδος φύειν, ὃ μέχρι τοῦ κρασπέδου τῆς τοῦ χαλκοῦ διπλοΐδος ἀνιὸν, ἀλεξιφάρμακόν τι παντοίων νοσημάτων τυγχάνει. Τοῦτον δὲ τὸν ἀνδριάντα εἰκόνα τοῦ Ἰησοῦ φέρειν ἔλεγον· ἔμενε δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς, ὡς καὶ ὄψει παραλαβεῖν ἐπιδημήσαντας αὐτοῦ τῇ πόλει. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν τοὺς πάλαι ἐξ ἐθνῶν εὐεργετηθέντας πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ταῦτα πεποιηκέναι, ὅτε καὶ ΤΩΝ ἈΠΟΣΤΟΛΩΝ ἈΥΤΟΥ ΤΑΣ ἘΙΚΟΝΑΣ ΠΕΤΡΟΥ καὶ ΠΑΥΛΟΥ, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ ΧΡΙΣΤΟΥ διὰ χρωμάτων

(1) *Nota S. Paulũ fuiſſe CALVVM, non autem S. Petrum, ut vulgò perperàm creditur.*

(2) *Vide paulò poſt Sigilla Summorũ Pontificum* Nicolai V, Leonis X & Vrbani VIII.

(3) S. Matth. *cap. 9. verſ.* 20.

ἐν γραφαῖς σωζομένας ἱςορήσαμεν, ὡς εἰκὸς τῶν παλαιῶν ἀπαραλλάκτως οἷα σωτῆρας ἐθνικῇ συνηθείᾳ παρ' ἑαυτοῖς τοῦτον τιμᾶν εἰωθότων τὸν τρόπον. Τὸν γὰρ Ἰακώβου θρόνον τοῦ Ἀποςόλου, τοῦ πρώτου τῆς Ἱερουσολύμων ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν πρὸς αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος καὶ τῶν Ἀποςόλων ὑποδεξαμένου, ὃν καὶ ἀδελφὸν χρηματίσαι τοῦ Χριςοῦ οἱ θεῖοι λόγοι περιέχουσιν, εἰς δεῦρο πεφυλαγμένον οἱ τῇδε κατὰ διαδοχὴν περιέποντες ἀδελφοὶ σαφῶς τοῖς πᾶσιν ἐπιδείκνυνται, ὅσον περὶ τοὺς ἁγίους ἄνδρας τοῦ θεοφιλοῦς ἕνεκεν οἵ τε πάλαι καὶ εἰς ἡμᾶς ἔσωζόν τε καὶ ἀποσώζουσιν ἀξιόχρεον σέβας. Hoc eſt *Joanne Chriſtophorſono* interprete: *Sed quoniam in hujus Civitatis (Cæſareæ Philippi, quam Phoenices Paneada vocant) mentionem incidi, operæ pretium arbitror, hiſtoriam hoc loco extare, quæ digna planè videtur, quam memoriæ ad poſteritatem commendemus. Mulierem illam ſanguinis profluvio afflictatam, quam ſanctorum Evangeliorum teſtimonio à Servatore noſtro morbi remedium inveniſſe cognovimus, ex eâ Civitate ortundam, illúſq; domum ibi oſtendi, & admirabilia quædam Servatoris in eam beneficij monimenta & quaſi trophæa ad hoc tempus durare memorant. Pro foribus enim domûs illius æneam mulieris effigiem genibus flexis, & manibus inſtar ſupplicantis in anteriorem partem extenſis, ſuper editum lapidem collocatam: huic è regione Viri erectam Imaginem ex eâdem materiâ conflatam, veſtitu ad talos demiſſo decenter ornatam, & manum mulieri porrigentem; ad cujus pedes in ipsâ baſi peregrinam quandam & inuſitatam herbæ ſpeciem enaſci, quam quidem, ubi ad ænei veſtitûs fimbriam excreverit, morbis cujuſq; generis medicandi vim & facultatem habere. Hanc ſtatuam effigiem JESV exprimere dicunt; quam ad noſtram uſq; ætatem manentem, ipſi ad eam Civitatem profecti, oculis cernebamus. Nec planè mirum, eos, qui ex gentilibus prognati, à Servatore, dum inter homines vivebat, beneficijs affecti fuiſſent, iſta effeciſſe, cùm & nos PETRI & PAVLI APOSTOLORVM, & CHRISTI etiam ipſius IMAGINES in picturis, colorum varietate expreſſas conſervatáſq; aſpexerimus; idq; propterea, ſicut veriſimile eſt, quod majores noſtri ad gentilis conſuetudinis ſimilitudinem quàm proximè accedentes, eos, qui tanquam ſervatores illis fuiſſent, id eſt, qui illis aliquid ſalutis & ſubſidij attuliſſent, apud ſe honore ad hunc modum afficere conſueverant. Jacobi enim Apoſtoli CATHEDRAM, (qui primus erat ad Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum à Servatore & cæteris eius Apoſtolis delectus, quémq; Fratrem Chriſti nuncupatum divina perhibent eloquia,) ad iſtud tempus ſervatam, Epiſcopi, qui illic ordine*

ſuc-



NAPOLI



Hi tres Iconiſmi pertinent ad Libri quarti Commentariorum de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi Appendicem, et ſunt inſerendi inter pag. 318 et 319.

ſucceſſerunt, permagno æſtimant; unde declarant perſpicuè, quemadmodum veteres Patres ad noſtram uſq; ætatem ſanctis Viris, ob eorum veram erga Deum pietatem, debitam venerationem & tribuerint, & adhuc tribuere non ceſſent. Hucuſq; *Euſebius Pamphili.*

Secundò notandum eſt, *S. Paulum* non ſtare, ut primo intuitu videtur, *à dextrâ S. Petri*, quaſi loco honoratiori, ſed reverâ tantùm ſtare *è regione S. Petri*, velut *auſcultantem*, & modeſtiæ ac reverentiæ causâ *dextrum brachium* (1) *pallio cohibentem*, cùm contrà *S. Petrus* loco ſtet ſuperiori, &, Primatûs indicandi causâ, tanquam *benedicens*. Eodem modo interpretanda etiam ſunt *Sigilla plumbea* Summorum Pontificum Romanorum, *Capitibus SS. Apoſtolorum Petri & Pauli* inſignita; utpote ubi itidem locus (2) *ſiniſter* loco *dextro* dignior eſt atq; honoratior. Quâ de re vide ampliſſimam doctiſſimámq; Diſſertationē in V. CL. *Leonis Allatij* eximio Opere de *Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione*, Lib. 1 Cap. 6, ubi totum illud argumentum ex profeſſo accuratiſſimè pertractatur. Quo faciliùs etiam & rectiùs ea intelligi poſſint, quæ ibi de Summorum Pontificum *Sigillis plumbeis* memorantur, exhibeo hîc *tria eorum exempla*, ſummâ diligentiâ & fide delineata atq; æri inciſa. Horum *primum* deſumptum eſt ex *authentico Sigillo plumbeo Diplomatis Papæ NICOLAI QVINTI, Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo duodecimo, Kal. Junij, Pontificatûs anno quarto* promulgati, quo permittitur *MVLIERIBVS DE POENITENTIA nuncupatis in Domo ſitâ apud Capellam Sancti Hieronymi* (3) *WIENNENSEM, ut qualibet ſibi idoneum Confeſſarium eligere poſſit, qui ipſam ab omnibus peccatis & cenſuris in mortis articulo abſolvere queat, conceſſâ etiam Indulgentiâ plenariâ. Secundum* exemplum deſumptum eſt, ex *authentico Sigillo plumbeo Diplomatis Papæ LEONIS DECIMI, Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, quarto decimo Kal. Julij, Pontificatûs anno quinto* promulgati, quo *Ordini Fratrum Minorum S. Franciſci per biennium conceditur Commiſſariatus Indulgentiarum per totam Provinciam Auſtriæ ad collectionem eleemoſynæ in uſum novæ ædificationis Baſilicæ S. Petri Principis Apoſtolorum in Vaticano.* Utrumq; jam memoratum authenticum Diploma perbenignè mecum communicavit Admodùm Reverendus Pater *Narciſſus*, Ordinis Minorum S. Franciſci Reformatorum Venerabilis Conventûs Wiennenſis ad D. Hieronymum *Guardianus* digniſſimus, cui meritò hâc de causâ non ſolùm privatim, ſed & publicè maximas habeo agóq; gratias. *Tertium* deniq; exemplum deſumptum eſt ex *authentico Sigillo plumbeo Diplomatis Papæ VRBANI OCTAVI*,

(1) *Vide V. CL.* Octavij Ferrarij *de Re Veſtiariâ Part. II lib. 4 cap. 5, ubi varijs veterū Autorum pereruditè demonſtrat, quid fuerit co*hibere *ſeu* continere brachium pallio.

(2) *Huc etiam pertinent, quæ ſuprà de* Sigmatis *ſive* Stibadij ſemicircularis duobus cornibus ſiniſtro *&* dextro *dicta ſunt.*

(3) *Ita ibi rectè ſcriptum eſt; nempe* Wiennēſem *per W, nō autē* Viennenſem *per V. Quâ de re vide Librū* ſecundum *horū Commentariorum pag. 1, 2, 3, 4 & paſſim alibi.*

VI, Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octavo, tertio Non. Martij, Pontificatûs anno ſexto promulgati, quo *Avunculo meo Lucæ Holſtenio Præpoſitura Eccleſiæ Cathedralis Hamburgenſis conceditur, ejúſq; aſſequendæ & retinendæ defenſio S. Sedis Apoſtolicæ in partibus Inferioris Germaniæ commoranti Nuncio, & Venerabilium Epiſcoporum Hildesheimenſis atq; Oſnabrugenſis Officialibus, Apoſtolicâ autoritate demandatur.* Ultimum autem hoc Diploma authenticum, à Parentibus meis acceptum, ipſe nunc poſſideo; ideóq; per hanc occaſionem moneo, literam ſingularem S, quæ nomini *S. Petri* in ſuprà citato *Papæ Leonis Decimi Sigillo* ſuperimpoſita eſt, non ſolùm ibi de induſtriâ deletam eſſe, uti in apographo æri inciſo videre eſt, verùm etiam in alijs Diplomatum ejuſdem Papæ *Urbani* VIII, ut & Papæ *Innocentij* X & Papæ *Alexandri* VII, pluſquam *viginti Sigillis*, quæ partim *in S. Caſ. Majeſtatis Imperiali Archivo aulico*, partim apud ſuprà laudatos *Fratres Minores Wiennenſes* eam ob rem ſummo ſtudio contemplatus ſum. Cauſa verò inſcriptionis iſtius ita mutilandæ haud alia fuiſſe videtur, quàm quòd primus ejus reformator exiſtimaverit, literas

S
P P
A E

interpretandas eſſe SIGILLVM PAPAE. Cujus opinionis, etſi eam non probet, meminit tamen ſuprà citato loco (1) etiam *Leo Allatius.*

(1) *Vide ibi columnâ* 102.

Tertiò notandum eſt, per *Volumen conſtrictum*, quod *S. Petrus* ſiniſtrâ manu tenet, ſignificari VOLVMEN LEGIS, tanquam ſymbolum *Veteris Teſtamenti* & inſigne *Apoſtolatûs Judæorum*, per *Librum* autem more etiam nunc uſitato compactum, quem tenet *S. Paulus* ſignificari CODICEM EVANGELII, velut ſymbolum *Novi Teſtamenti* & inſigne *Apoſtolatûs Gentium.* Cæterùm nec illud hîc obiter ſilentio prætereundum eſt, ad hujuſmodi *Volumina conſtricta*, quale *S. Petrus* ſiniſtrâ manu tenet, pertinere Epigramma *Martialis*, quod eſt Libri decimi quarti trigeſimum ſeptimum, ubi *Scrinium librarium* introducitur loquens hoc modo:

CONSTRICTOS niſi das mihi LIBELLOS,
Admittam tineas trucéſq; blattas.

Minimè igitur audiendi ſunt, qui veram hanc & genuinam hujus Epigrammatis lectionem temerè vellicant, & pro CONSTRICTOS opinantur legendum eſſe CONSTRVCTOS. Ejuſdem generis *Scrinium librarium* cum *Voluminibus* ſive *Libellis conſtrictis* vide etiam juxta *Imaginem S. Lucæ Evangeliſtæ*, Acta Apoſtolorum in Volumine exaran-



Hi quatuor Iconiſmi pertinent ad Libri quarti Commentariorum de Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi Appendicem, et ſunt inſerendi inter pag. 370 et 371 (**)







NAPOLI

Hi quatuor Iconiſmi pertinent ad Libri quarti Commentariorum de Auguſtiſsimā Bibliothecā Cæſareā Vindobonenſi Appendicem, et ſunt inſerendi inter pag. 320 et 321 (**)



rantis, quæ Libro *ſecundo* horum Commentariorum inter pag. 570 & 571 inſerta eſt.

ADDITAMENTVM X,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 42, ubi fit mentio *Imaginum quatuor Evangeliſtarum*, quibus *Codex manuſcriptus Theologicus Græcus vigeſimus nonus* exornatus eſt.

Cùm etiam hæ *quatuor antiquæ Imagines* propter *veſtitum* & *ſcribendi rationem*, aliáſq; varias ob cauſas conſideratu digniſſimæ ſint, exhibeo hîc illas ſummâ diligentiâ & fide delineatas atq; æri inciſas, ut quiſq; ſuo arbitratu de ijs judicet. Utinam verò etiam ipſos colores cùm harum, tùm aliarum omnium *vetuſtarum Imaginum*, quas hiſce Commentarijs jam inſerui aut deinceps inſerturus ſum, æquè ac delineationes æri inciſas, doctorum Virorum oculis poſſem ſubijcere, vel ſaltem verbis ſatis clarè & diſtinctè exprimere! magna profectò & multiplex lux Antiquitati tùm ſacræ tùm profanæ inde affulgeret. Sed hoc quidem facilè optari poteſt, re autem ipsâ præſtari non itidem. Cæterùm inter alia multa, quæ in Tabulâ hâc, de quâ in præſens agitur, ſingularem obſervationem merentur, notabilis præcipuè eſt *Adtonſio capitis S. Lucæ Evangeliſtæ*, ſive, *Corona* ejuſdem *Clericalis* ſeu *Monaſtica*; quippe quæ itidem cernitur non ſolùm in *alterâ* illâ ejuſdem Imagine, quæ Libro *ſecundo* horum Commentariorum inter pag. 570 & 571 jam inſerta eſt, verùm etiam in *tertiâ* ejuſdem Imagine, quæ in proximè ſequenti Additamento *undecimo* ſimiliter æri inciſa exhibebitur. Quamobrem exiſtimo in *Imagine quartâ* ejuſdem *S. Lucæ Evangeliſtæ*, quæ in ſuprà memorato Codice manuſcripto Theologico Græco *vigeſimo octavo* exſtat, *Coronam* iſtam ſive *Adtonſionem capitis* negligentiâ aut imperitiâ pictoris perperàm omiſſam eſſe. Vide etiam Appendicis Libri *tertij* horum Commentariorum Additamentum *duodecimum*.

ADDITAMENTVM XI,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 47, ubi fit mentio *Imaginum quatuor Evangeliſtarum*, quibus *Codex manuſcriptus Theologicus Græcus trigeſimus* exornatus eſt.

Has etiam *quatuor antiquas Imagines*, pari, ac præcedentes, diligentiâ & fide delineatas atq; æri inciſas, publicè hîc exhibeo, cùm propter *veſtitum* & alia non pauca, quæ in ijs notatu digna ſunt, tùm præcipuè ob *Coronam* ſive *Adtonſionem capitis S. Lucæ Evangeliſtæ*, de quâ paulo antè, nempe in proximè præcedente *Additamento decimo*, curſim atq; breviter mentio facta eſt.

ADDITAMENTVM XII,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 96, ubi fit mentio *Libri S. Joannis Damaſceni contra Neſtorianos.*

LIber hic *S. Joannis Damaſceni* contra *Neſtorianam hæreſin* exſtat impreſſus in *Henrici Caniſij Antiquæ Lectionis Tomo quarto*, Partis primæ paginâ 212 & deinceps uſq; ad pag. 231, ſed tantùm *latinè*, interprete R. P. *Franciſco Turriano* Societatis Jeſu. Principium ejus ibi eſt hoc: *Contra eos, qui cum Neſtorio ſentiunt, ſic exordiendum eſt: Dicite nobis vos; Quem concepit Sancta Virgo*, &c.

ADDITAMENTVM XIII,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 151 & 255, ubi fit mentio *Precationis ad Beatiſſimam Virginem Deiparam*, inſcriptæ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ ſive *CALLISTI.*

OLim quidem *Precationem* hanc *Nicephoro CALLISTI filio*, cognomine *Xanthopulo*, aſſeveranter (1) attribui, in præſens autem certas ob cauſas lubens fateor, nondum mihi eâ de re ſatis liquere; ideóq; in medio relinquo, utrum ibi jam memoratus *Nicephorus* CALLISTI intelligendus ſit, an potiùs CALLISTVS *Patriarcha Conſtantinopolitanus*, cujus *variæ Precationes ſacræ* exſtant in *Euchologio Græcorum*, à R. P. *Jacobo Goar* O. P. Pariſijs A. 1647 græcè & latinè in folio edito, pag. 821 & deinceps uſq; ad pag. 831.

(1) *Credidi enim culpâ librarij ante* Καλλίςυ *omiſſum ibi eſſe* Νικηφόρυ *τῦ*. *Confirmavit me etiam in eâdem opinione ſimilitudo* alterius *cujuſdam* Precationis Nicephori Calliſti, *quæ ibidem pag.* 255 *citatur in margine.*

ADDITAMENTVM XIV,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 165, 166, 246, 247 & 255, ubi fit mentio *Capitum undecim de Orthodoxâ Fide, totidémq; Anathematiſmorum contra JOANNEM Philoſophum, origine & cognomine ITALVM, compoſitorum à NICETA, Archidiacono Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ & Chartophylace.*

OB ſimilitudinem *nominis* & *dogmatum hæreticorum*, ex *Pythagoræ* potiſſimùm & *Platonis* Philoſophiâ deſumptorum, credidi quidem olim per JOANNEM PHILOSOPHVM cognomine ITALVM, contra quem ſuprà memorati *undecim Anathematiſmi* compoſiti ſunt, ſignificari JOANNEM cognomine PHILOPONVM, *Grammaticum & Philoſophum Alexandrinum*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſexto* (2) ſub Imppp. *Anaſtaſio Dicoro, Juſtino Thrace* & *Juſtiniano I* ſive *Magno* floruit; ſed nunc (ut plerúmque (3) poſteriores cogitationes ſolent eſſe ſapientiores) opinionem illam improbans, ingenuè fateor,

(2) *Fuit enim is æqualis* Severi Epi*ſcopi Antiocheni &* Simplicij *Philoſophi. Quâ de re vide Librum* tertium *horum Commentariorum pag.* 44 *&* 246, *& Librum hunc* quartum *pag.* 176 *&* 215. (3) Cicero *in Philippicis oratione* 12*mâ.*

fateor, re verâ ibi intelligendum eſſe JOANNEM PHILOSOPHVM *origine & cognomine* ITALVM, qui ſeculo poſt Chriſtum *undecimo* ſub Impp. *Michaele Ducâ* & *Nicephoro Botaniatâ* beneficio Dialecticæ & Sophiſticarum cavillationum adeò inclaruit, ut poſt *Michaelem Pſellum*, cujus (1) diſcipulus & æmulus fuerat, (2) Φιλοσοφίας ἁπάσης Διδάσκαλος καὶ ὝΠΑΤΟΣ ΤΩ͂Ν ΦΙΛΟΣΟ΄ΦΩΝ, hoc eſt, *Philoſophiæ univerſæ Profeſſor & Princeps omnium Philoſophorum*, publicè declaratus ſit. Idem enim ille *Joannes Italus* varijs hæreticis dogmatibus, & præcipuè quidem de *Pythagoricâ Metempſychoſi* ſive *Tranſmigratione animarum* & de *Ideis Platonicis*, graviſſimas in Eccleſiâ Orientali excitavit turbas, ideóque A. C. 1084 ſub *Imp. Alexio Comneno* per Judicium Eccleſiaſticum Conſtantinopolitanum tanquam *hæreſiarcha* ſolenniter condemnatus & anathemate percuſſus eſt; ut *Anna Comnena*, ipſius *Imp. Alexij Comnenij filia*, fusè latéque narrat *Alexiados* ſive Rerum à Patre ſuo vel ejuſdem tempore geſtarum libro quinto, pag. 143, 144, 145, 146, 147, 148 & 149 editionis græco-latinæ Pariſinæ R.P. *Petri Poſſini* S.J. in folio. Quæ narratio cùm longior ſit, quàm ut commodè hîc poſſit græcè & latinè integra inſeri, pauca tantùm ejus fragmenta, quæ præ cæteris ad rem præſentem maximè faciunt, eruditorum oculis ſubijcio. *Primò* videlicet notandum eſt, *Joannem* illum *Italum* ibi ſemper, ſuppreſſo nomine *Joannis*, ſimpliciter & κατ᾽ ἐξοχὴν ſive per excellentiam tantùm vocari ITALVM, ſimul etiam ſtatim in principio iſtius narrationis expreſsè indicari, quòd is ex *Italiâ* fuerit oriundus, licet adhuc puer cũ patre ſuo militãte in *Siciliâ* diu cõmoratus ſit, & ibidẽ fundamenta eruditionis nõ in ſcholâ, ſed in caſtris poſuerit. Ipſa *Annæ Comnenæ* verba eâ de re ſunt hæc: (3) Οὗτος δὲ ὁ ἸΤΑΛΟΣ ὥρμητο μὲν ἐξ Ἰταλίας, καὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ ἐφ᾽ ἱκανὸν διέτριψε. ἦσος ᾗ ἄυτῃ &c. *Secundò* notandũ eſt, eundẽ *Joannẽ Italũ*, cùm in *Siciliâ*, & poſteà in *Longobardiâ* aliquãdiu cõmorat⁹ eſſet, veniſſe *Conſtantinopolim*, atq; ibi didiciſſe *Logicã*; deinde etiã *Michaeli Pſello* dediſſe operã, ſed contumaciter & ſuperbè illi Magiſtro ſuo ſe oppoſuiſſe, & *Dialecticâ* unicè fretũ, ſophiſticis ſuis cavillationibus nõ tantùm apud plebẽ, verùm etiã apud ipſum *Imp. Michaelem Ducam* admirationem ſibi & plauſum acquiſiviſſe. Ipſa *Annæ Comnenæ* verba ſunt hæc: (4) Ἐμβαθύνας δὲ τῇ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗ͂, μεθημερινοὺς θορύβους ἐν πανδήμοις συνελεύσεσιν ἐποιεῖτο, ΣΟΦΙΣΤΙΚΑΣ συνείρων ἘΡΕΣΧΕΛΙ΄ΑΣ &c. *Tertiò* notandum eſt, eundem *Joannem Italum*, cùm *Michaeli Pſello* in primariâ Profeſſione Philoſophiæ *Conſtantinopoli* ſucceſſiſſet, ad autoritatem ſuam magis ſtabiliendam, ſtatim coepiſſe publicè explicare Scripta *Platonis*, *Ariſtote-*

(1) *Vide Annæ Comnenæ Alexiad. lib. 5, pag. 144 & 145.*

(2) *Hæc ſunt ipſa verba Annæ Comnenæ lib. 5, pag. 145.*

(3) *Pag.* 143.

(4) *Pag.* 144.

ſtotelis, Porphyrij, Jamblichi & *Procli Diadochi.* Ipſa *Anna Comnena* verba ſunt hæc: (1) Ἔνθα καὶ τοῦ Ψελλοῦ μεταχωρήσαντος Βυζαντόθεν μετὰ τὴν ἀπόκαρσιν, αὐτὸς φιλοσοφίας ἁπάσης προέστη Διδάσκαλος, ΥΠΑΤΟΣ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ χρηματίσας, καὶ τάς τε ἈΡΙΣΤΟΤΕΛΙΚΑ'Σ βίβλους καὶ τὰς ΠΛΑΤΩΝΙΚΑ'Σ ἐξηγεῖσθαι ἐσπούδαζεν &c. Item aliquanto poſt: (2) Καὶ γὰρ τά τε ΠΡΟ'ΚΛΟΥ καὶ ΠΛΑ'ΤΩΝΟΣ, καὶ τὰ φιλοσόφων ἀμφοῖν ΠΟΡΦΥΡΙ'ΟΥ τε καὶ ἸΑΜΒΛΙ'ΧΟΥ ἀνεκάλυπτε δόγματα, &c. *Quartò* notandum eſt, ab eodem *Joanne Italo* ipſum *Patriarcham Conſtantinopolitanum* (3) EVSTRATIVM GARYDAM, cui, ut ab hæreticis ſuis dogmatibus ad orthodoxam Fidem retraheretur, in cuſtodiam traditus fuerat, ſpecioſis ſophiſmatibus ſeductum, & in eoſdem errores præcipitatum eſſe. Ipſa *Anna Comnena* verba ſunt hæc: (4) Πρόεδρος ὄντος τῆς ἐκκλησίας τηνικαῦτα ΕΥΣΤΡΑΤΙ'ΟΥ ΤΟΥ̃ ΓΑΡΥΔΑ̃, ὃς τοῦτον παρακατέχε περὶ τὰς οἰκοδομὰς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἵνα τάχα πρὸς τὸ κρεῖττον μεταποιήσαι· ἀλλὰ μικροῦ θᾶττον ἂν ἈΥΤΟ'Σ τῆς ἐκείνου μετέσχε κακίας, &c. *Quintò* notandum eſt, VNDECIM *Capitum de orthodoxâ Fide, totidémque* ANATHEMATISMORVM contra eundem *Joannem Italum* compoſitorum, expreſſam ibidem fieri mentionem his verbis: (5) Εἰς ἝΝΔΕΚΑ' τινα ΚΕΦΑ'ΛΑΙΑ τὰ δογματισθέντα κακῶς παρὰ τοῦ ἸΤΑΛΟΥ συνεκεφαλαιώσαντο, καὶ τῷ Βασιλεῖ ἐξαπέστειλαν· ὁ δὲ Ἀυτοκράτωρ αὐτὰ ταῦτα τὰ ΚΕΦΑ'ΛΑΙΑ τὸν ἸΤΑΛΟ'Ν ἀναθεματίσαι ἐπ' ἄμβωνος ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐκέλευσεν ἀνακεκαλυμμένῃ τῇ κεφαλῇ, τοῦ πλήθους ἅπαντος ἀκροωμένου, καὶ λέγοντος αὐτοῖς τὸ ἀνάθεμα. ὡς οὖν ἐγένετο ταῦτα, &c. Hoc eſt: *In VNDECIM igitur CAPITA pravam ITALI doctrinam redegerunt, atque Imperatori* (Alexio Comneno) *ea tranſmiſerunt. Imperator autem ITALVM juſſit hæc ipſa CAPITA in Magnâ Eccleſiâ ex ambone capite nudo anathematizare, audiente univerſo populo, & poſt uniuſcujuſque capitis lectionem itidem clamante Anathema. Sextò* deniq; notandum eſt, ex illis dogmatibus hæreticis, quæ idem *Joannes Italus* poſt veram reſipiſcentiam ſuam propriâ ſponte improbavit ac revocavit, ſpeciatim & præcipuè ibi commemorari *Pythagoricam Metempſychoſin* ſive *Tranſmigrationem animarum ex uno corpore in aliud*; ſimul & *contemptum ſacrarum Imaginum*, atq; *falſas opiniones de Ideis Platonicis.* Ipſa *Annæ Comnenæ* verba ſunt hæc: Ἠρνεῖτο δὲ καὶ τὰς μετεμψυχώσεις, καὶ τὸ ὑβρίζειν

τὰς

(1) Pag. 145.

(2) Pag. 147.

(3) Is ab Em. Card. Baronio *Annal. Eccleſ. Tom. XI bis perperàm vocatur EVSTATHIVS GARIDES,* & initium Patriarchatûs *ejuſdem minùs rectè refertur ad annũ Chriſti* 1086, *cùm tamẽ ex Annæ* Comnenæ Alexiade *certò conſtet, ipſum jam anno Chriſti* 1084, *quo hæreſiarcha* Joannes Italus *damnatus eſt,* Patriarcham *fuiſſe.*

(4) Pag. 148 & 149.

(5) Pag. 149.

τὰς σεπτὰς εἰκόνας τῶν ἁγίων, καὶ τὸν περὶ τῶν ἰδεῶν λόγον μεθερμηνεύειν πῶς πρὸς τὸ ὀρθόδοξον ἔσπευδε. Cùm igitur certò conſtet, *Italum* illum, cujus *Anna Comnena* jam citatis locis meminit, prorsùs eundem eſſe, qui in *Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Codice manuſcripto Theologico Græco ſeptuageſimo ſeptimo*, num. 74, vocatur *Joannes Philoſophus* ὁ Ἰταλὸς, neceſſitas poſtulat, ut porrò indicem, quomodo loca illa Libri *tertij* horum Commentariorum, ubi is cum *Joanne Philopono* perperàm confunditur, corrigenda atq; reformanda ſint. Paginâ videlicet 165 verſu 25 pro *contra Joannem Philoponum* legendum eſt *contra Joannem Philoſophum, origine & cognomine Italum.* Ejuſdem paginæ 165 verſu 36 & deinceps uſq; ad paginæ 166 verſum 31 delenda ſunt omnia illa, quæ ibi memorantur *de Joanne Philopono*, quaſi is eſſet *Joannes Italus*. Alioqui enim ea, quæ ibi de *Joannis Philoponi Libris & dogmatibus hæreticis* ex *Photio, Nicephoro, Prateolo* & *Baronio* traduntur, veriſſima ſunt, luculentéq; ex ijſdem apparet, *Joannem Italum* in fingendâ & formandâ ſuâ hæreſi fuiſſe *Joannis Philoponi ſimium*. Ibidem pag. 247 verſ. 3, 4 & 5 delenda ſunt hæc verba: *Recenſio & Refutatio variorum errorum & librorum hæreticorum ejuſdem Joannis Philoponi exſtat in Codice LXXVIImo.* Paginæ demum 255 verſu 37 pro *contra Joannem Philoponum* legendum eſt *contra Joannem Philoſophum, origine & cognomine Italum.* Cæterùm, ut & hoc obiter addam, meminit ejuſdem *Joannis Itali* etiam V. CL. *Leo Allatius* in præclaro Opere de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione lib. 2 cap. 10 § 3, ibidémq; monet, ſuprà memoratos *VNDECIM ANATHEMATISMOS recitari in Eccleſiâ Græcâ die Orthodoxiæ ſacro, editóſq; eſſe in Græcorum Triodio,* (1) Vide ejuſdem Allatij Diſſertationem primâ de Libris Eccleſiaſticis Græcorū, pag. 68, 69, 70 & deinceps uſq; ad pag. 77.
(1) quod eſt Liber Eccleſiaſticus à *Canonibus* ſive *Canticis ſacris trium Odarum* ita appellatus, qui continet *Officium* à *Septuageſimâ*, quam illi vocant Dominicam Publicani & Phariſæi, uſq; ad *Sabbatum ſanctum* in Eccleſijs eorum recitari ſolitum. Quoddeniq; ad *Joannis Itali ſcripta*, quæ etiamnunc ſuperſunt, attinet, reperi jam in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* inter eos *Codices manuſcriptos Philoſophicos Græcos*, qui nondum accuratè perluſtrati, nec certis numeris notati ſunt, *Commentarium in Librum ſecundum, tertium & quartum Topicorum Ariſtotelis*; cujus titulus & principium: ΙΩΑ'ΝΝΟΥ Ὑπάτου καὶ Διδασκάλου τῶν Φιλοσόφων ΤΟΥ ἸΤΑΛΟΥ Ἔκδοσις εἰς τὸ β' τῶν Τοπικῶν. Εἰς μὲν δὴ τόπος, τὸ ἐπιβλέπειν, εἰ τὸ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον ὑπάρχον, ὡς συμβεβηκὸς ἀποδέδωκεν. Ἐνταῦθα φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης σκοπεῖν δεῖν, εἰ τὸ ὡς συμβεβηκὸς τινὶ, ὡς γένος ἢ ὡς ἄλλό τι, ἀποδέδωκε· &c. Minimè etiam dubito, quin inter eoſdem paulo

antè

antè memoratos Codices manuſcriptos Philoſophicos Græcos, nondum ſatis diligenter perluſtratos, plura ejuſdem *Joannis Itali* Opuſcula inventurus ſim. Interim moneo, in *Joannis Jacobi Friſij* Bibliothecâ Vniverſali de eodem Autore fieri mentionem his verbis: *JOANNIS ITALI PHILOSOPHI varia ad Logicen pertinentia græcè ſuperſunt apud D. Dieg. Venetijs.* Item in R. P. *Philippi Labbæi* S. I. Novâ Bibliothecâ Manuſcriptorum Librorum Pariſijs apud Joannem Henault A. 1653 in quarto editâ, pag. 113 & 383 hoc modo: *JOANNIS ITALI Expoſitiones in diverſas Quæſtiones Logicas, quæ incipiunt* Πολλοὶ μὲν πολλαχῶς τῶν ἀρχαίων *&c, deſinunt autem* πιθανῶς διείλεκται, *exſtant in Codice Naudæano 16. In MSS. O. ejuſdem in Libros duos de Interpretatione ſuccincta Expoſitio & de figuris Syllogiſmorum, ac de eo quod eſt in noſtrâ poteſtate ſecundùm Ariſtotelem.* In *Catalogo* quoq; nonnullorum *Codicum manuſcriptorum Græcorum venalium*, paucis ab hinc ſeptimanis ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino Abbate *Dominico Federici*, pro S. Cæſ. Majeſtate apud Sereniſſimam Rempublicã Venetam Reſidente, ad Ipſam S. Cæſ. Majeſtatem tranſmiſſo, & ab Eâdem clementiſſimè mecum communicato, fit ejuſdem ſuprà memorati Autoris mentio his verbis: *JOANNIS ITALI Reſponſio ad multas Interrogationes Philoſophicas, græcè in folio.* Quale autem hoc ſit Opus, accuratiùs poſthac indicabo, ſi illud, ut ſpero, unà cum reliquis iſtis Codicibus manuſcriptis Græcis venalibus, benigniſſimâ S. Cæſ. Majeſtatis liberalitate in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* pervenerit.

ADDITAMENTUM XV,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 194 & 220, ubi fit mentio *Barlaami Calabri*, qui ſcripſit Librum hæreticum *contra Primatum Papæ.*

DE hujus *Barlaami, Monachi Calabri,* vitâ, ſtudijs, moribus, & variâ fortunâ ſub ſeculi poſt Chriſtum *decimi quarti* Imperatoribus Conſtantinopolitanis *Andronico Palæologo* II ſive *Juniore* & *Joanne Cantacuzeno*, prolixè & copioſè agit ipſe *Imp. Joannes Cantacuzenus,* ſub nomine *Joaſaphi Chriſtoduli* Monachus, Hiſtoriæ Byzantinæ ſui temporis lib. 2 cap. 39 & 40, lib. 3 cap 98, atq; lib. 4 cap. 23 & 24. Notabile autẽ ibi in primis eſt, & maximè ad rem præſentẽ pertinet initiũ iſtius narrationis, utpote ubi *Librorum* ab ipſo *contra Latinos* compoſitorum expreſſa fit mentio his verbis: ΜΟΝΑΧΌΣ τις ὁρμώμενος ἘΚ ΚΑΛΑΒΡΊΑΣ, τοῖς Λατίνων ἤθεσι καὶ νόμοις ἐντραφεὶς, ὄνομα ΒΑΡΛΑΆΜ, ἄλλως δὲ νοῆσαί τε ὀξὺς, καὶ τὰ νοηθέντα ἐξη-

ἐξηγῆσαι ἱκανώτατος, καὶ τὰ Εὐκλείδου, καὶ Ἀριστοτέλους, καὶ Πλάτωνος ἐκμελετήσας, καὶ διαβόητος περὶ ταῦτα ὤν, ἐπὶ κακῷ τῇ Ῥωμαίων ἐπεδήμησε βασιλείᾳ· πολλῶν γὰρ ἐνέπλησε καὶ μεγάλων στάσεων εἰρήνην ἄγουσαν τὴν ἐκκλησίαν. ὑποκρινάμενος γὰρ ΤᾺ ΛΑΤΊΝΩΝ ἈΠΟΣΕΙΈΣΤΑΙ, ΛΌΓΟΥΣ ΤΕ ΣΥΝΕΓΡΆΦΕΤΟ ΚΑΤ᾽ ἈΥΤΩ͂Ν, καὶ ἀπεδείκνυε λογικῶς περὶ τὴν πίστιν σφαλλομένους, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἔχαιρεν ἤθεσι καὶ νόμοις, καὶ ὅλως σαφεῖς ἐδόκει παρέχεσθαι τὰς ἀποδείξεις τοῦ κατεγνωκέναι ΤᾺ ΛΑΤΊΝΩΝ ἀληθῶς. Hoc eſt: *MONACHVS quidem E CALABRIA oriundus, Latinorum moribus & legibus educatus, nomine BARLAAM, acutus alioqui & perſpicax, & ad ea, quæ intellectu perceperat, explicanda diſertiſſimus, inſuper in Euclide, Ariſtotele & Platone volutatus, & ob id illuſtri famâ, ad calamitatem Romani Imperij Theſſalonicam advenit; quippe qui Eccleſiam pacatã multis & magnis implevit ſeditionibus. Simulans enim SE LATINORVM DOGMATA PROFLIGATVRVM, LIBRIS CONTRA ILLOS COMPOSITIS, concluſione rationum demonſtrabat, eos in doctrinâ religionis hallucinari ac errare, noſtriſq; gaudebat inſtitutis ac legibus, & omninò manifeſta videbatur dare indicia, ſe LATINORVM dogmata atq; cæremonias verè & ex animo damnare.* Hæc *Joaſaphus Chriſtodulus*, ſive *Joannes Cantacuzenus* ex Imperatore Monachus. Multo etiam plura de eodem *Barlaamo* ex varijs aliorum recentiorum Græcorum monumentis doctiſſimè accuratiſſiméq; refert V. CL. *Leo Allatius* in præſtantiſſimo Opere *de Eccleſiâ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione* lib. 2 cap. 16 § 3 & 5, & cap. 17 § 1, 2, 3; ubi inter alia quoque *Catalogum omnium ſcriptorum ipſius* à ſe perlectorum exhibet, ſimul & ſolide demonſtrat, quomodo unus idémque *Barlaamus* diverſis temporibus atque locis & pro *Græcis* contra *Romanam Eccleſiam*, & pro *Romanâ Eccleſiâ* contra *Græcos* ſcripſerit, quódq; *Barlaamus Monachus*, in Vrbe Calabriæ *Seminariâ*, ex reliquijs *Tauriani* clarâ, natus, haud diverſus ſit à *Barlaamo*, in eâdem Calabriâ *Epiſcopo Hieracij*; quæ Vrbs olim *Locri Epizephyrij* dicta, edito atque ſaluberrimo, ac naturâ munitiſſimo loco inter duos amnes *Mericum* & *Novitum* ſita eſt.

ADDITAMENTVM XVI,

pertinens ad Libri quarti pag. 36, 37 & 38, ubi agitur de ſignificatione verborum ἘΠΙ᾽ ΣΕΚΡΈΤΩ.

EAdem verba ἘΠΙ᾽ ΣΕΚΡΈΤΩ aliàs apud Scriptores Græcobarbaros ſæpè etiam idem ſignificant atq; IN SECRETARIO, ut

ut multis exemplis demonſtrat *Joannes Meurſius* in Gloſſario Græcobarbaro, ubi agitur de Explicatione vocis Σέκρετον. Eodem ſenſu quoque apud *Anaſtaſium* Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarium in *Collectaneis*, quæ is in gratiam *Joannis Diaconi*, cùm Hiſtoriam Eccleſiaſticam meditaretur, è Græcis verſa concinnavit, & à R. P. *Jacobo Sirmondo* Soc. JESV Presbytero Pariſijs apud Sebaſtianum Cramoiſij A. 1620 in octavo edita ſunt, pag. 114 leguntur hæc: *Relatio facta motionis inter Domnum Maximum Monachum & ſocium ejus corā Principibus IN SECRETARIO.* Vide etiam *Ger. Joan. Voſſium* de Vitijs Sermonis & Gloſſematis Latino-barbaris lib. 3, cap. 48.

ADDITAMENTVM XVII,

pertinens ad Libri *quarti* pag. 159 & 160, ubi agitur de *Codice manuſcripto Theologico Græco centeſimo ſexageſimo primo*, quo præter *S. Auguſtini Libros quindecim de Trinitate, à Maximo Planude in græcam linguam tranſlatos*, etiam alia nonnulla, quæ ibi omiſſa ſunt, continentur; nempe

SEcundò, & quidem fol. 198 pag. 1 *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Epiſtola ad Joannem Epiſcopum Antiochenum*, cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου πρὸς Ἰωάννην Ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας· ἐγράφη δὲ μετὰ τὸ ἀπολογήσασθαι τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον πρὸς τὰς κατὰ τῶν ιβʹ κεφαλαίων μέμψεις Θεοδωρήτου. Ὁ πάντα σοφῶς πρυτανεύων Θεὸς, καὶ τῆς ἡμετέρας προμηθούμενος ὁμοιοίας, &c.

Tertiò, & quidem fol. 198 pag. 2, *Ex S. Joannis Damaſceni Capite (1) octavo Operis de Orthodoxâ Fide Fragmentum de Proceſſione Spiritûs Sancti*, cujus titulus & principium: Ἐκ τοῦ η Κεφαλαίου τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Τὸν δὲ Υἱὸν οὐ λέγομεν ἀναίτιον, οὐδὲ Πατέρα· λέγομεν δὲ αὐτὸν καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ Υἱὸν τοῦ Πατρός. τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγομεν, καὶ Πνεῦμα Πατρὸς ὀνομάζομεν. ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν, Πνεῦμα δὲ Υἱοῦ ὀνομάζομεν. εἴ τις γὰρ &c.

Quartò, & quidem fol. 198 pag. 2 & fol. 199 pag. 1, *Maximi Planudis, Monachi Conſtantinopolitani, de Proceſſione Spiritûs Sancti Argumentationes (2) tres contra Latinos*; quarum *prima* inſcribitur atq; incipit hoc modo: Τοῦ σοφωτάτου Κυροῦ Μαξίμου τοῦ Πλανούδη περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ κατὰ Λατίνων. Ἐρωτητέον πότερον

(1) *In Operum S. Joannis Damaſceni editione Billianâ Pariſienſi anni 1619 in folio eſt hoc* Libri primi Caput undecimum, *& inſcribitur* De trium Perſonarum diſtinctione, ac de re & ratione.

(2) *Hæ ſunt illæ ipſæ* tres Argumentationes, *quarum* Raphael Volaterranus *Libro decimo ſeptimo Commentariorum Vrbanorum meminit, ut ſuprà pag. 57 videre eſt.*

πότερον ἡ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπόρευσις ἄλλη καὶ ἄλλη ἐστὶν, &c.

Quintò, & quidem fol. 199 pag. 2. *Ex S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini duodecim contra Neſtorium Capitibus Anathematiſmus* (1) *nonus*; cum *Antirrheſi* ſive *Contradictione Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis* & *Apologiâ S. Cyrilli*. Agitur autem & ibi de *Proceſſione Spiritûs Sancti*.

(1) Vide Conciliorū Generaliū editionem græco-lat. Romanam Tō. 1 pag. 529, 530, 531, 532.

Sextò, & quidem fol. 199 pag. 2 & fol. 200 pag. 1, *quarta Maximi Planudis Argumentatio contra Latinos de Proceſſione Spiritûs Sancti*; cujus titulus & principium: Τοῦ Πλανούδη κυροῦ Μαξίμου. Ὅτι καὶ ἐν ἅπασι τοῖς οὖσιν ἡ Τριὰς θεωρεῖται· καὶ γὰρ πᾶν ὅτιοῦν τῶν ὑπὸ τὴν ὄψιν πιπτομένων, &c.

ADDITAMENTVM XVIII,

pertinens ad Libri *quarti* pag. 162, ubi fit mentio *hæreſeos*, quæ vocatur *Scythiſmus*.

IPſa *Codicis manuſcripti Theologici Græci centeſimi ſexageſimi quarti* verba, quibus ibi pag. 287 *Scythiſmi* fit mentio, ſunt hæc: Εἰπέ μοι σοφέ· πόσαι αἱρέσεις ἐγένοντο ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως κόσμου; Ἀπόκρισις· α' Βαρβαρισμὸς, β' ΣΚΥΘΙΣΜΟΣ, γ' Ἑλληνισμὸς, δ' Ἰουδαϊσμὸς, ε' Σαμαρειτισμὸς, ς' Χριστιανισμός. Paulo pòſt autem de SCYTHISMO ſpeciatim agitur hoc modo: Ἐρώτησις· Ὁ ΣΚΥΘΙΣΜΟΣ τίς ἦν ἄρα; Ἀπόκρισις· Ὁ ΣΚΥΘΙΣΜΟΣ ἐγένετο μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, ὅτι προσεκύνησαν οἱ ἄνθρωποι τοῖς κτίσμασι παρὰ τὸν κτίσαντα· μετὰ γὰρ τὸ μερισθῆναι τοὺς υἱοὺς τοῦ Νῶε, οἱ μὲν τὸν ἥλιον, οἱ δὲ τὴν σελήνην, οἱ δὲ τὰ ἄστρα, οἱ δὲ ἄλλα τινα εἶπον εἶναι θεοὺς, καὶ προσεκύνησαν αὐτοῖς, καὶ ἐκράτησεν ἡ θρησκεία ἐκείνη ἔτη φ'. Plura de hoc *Scythiſmo* vide apud *S. Epiphanium* in principio *Panarij* ſive Operis adverſus Hæreſes, pag. 8 editionis græco-latinæ Pariſienſis, ubi vocatur Σκυθικὴ τις διαδοχὴ καὶ ἐπίκλησις, & apud *S. Joannem Damaſcenum* in principio Libri de Hæreſibus.

APPENDICIS LIBRI QVARTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI FINIS.

APPENDICIS LIBRI QVARTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA INDEX.

A.

Academia Colonienſis junior eſt Academiâ Vindobonenſi ſive Wiennenſi p. 304, 305.
Academiæ Colonienſis fundatio per Papam Vrbanum VI p. 305.
Academia Vindobonenſis ſive Wiennenſis non eſt ab Imp. Friderico II fundata, ſed à PP. Vrbano V & Vrbano VI p. 303, 304, 305.
Academiæ Vindobonenſis ſive Wiennenſis fundatio p. 303, 304. Ejuſdem deſcriptio per Æneam Sylvium p. 304, 305, 306.
R. P. *Ægidij* Bucherij S. J. Commentarius in Victorij Aquitani Canonẽ Paſchalem illuſtratur & augetur; p. 271 & deinceps uſq; ad pag. 302.
Ægyptiacus dies p. 290.
Æneæ Sylvij Hiſtoria Auſtriaca imperfecta p. 303, 304, 305, 306.
Æneæ Sylvij locus de fundatione & ſtatu Academiæ Vindobonenſis ſive Wiennenſis illuſtratur, corrigitur & ſuppletur p. 303, 304, 305, 306.
Æſculapius; vide *Aſclepius*. p. 296.
ab *Aich*; vide *Joannes*.
Alamanni p. 295.
Alcedo; vide *Halcyon*.
Alcedonia p. 300.
Ammianus Marcellinus illuſtratur p. 289.
Anas, avis paludicola, p. 291.
Annæ Perennæ Sacrum p. 294.
Anni Hegiræ ſunt merè lunares p. 302.
Annorum Hegiræ accommodatio ad Æram Chriſtianam vulgarem pag. 302 & 303.
Anſer Iſidi ſacer p. 299.
Apoſtolatus Judæorum & Apoſtolatus Gentium, p. 320.
SS. *Apoſtolorum* Petri & Pauli Imagines antiquæ p. 315, 316, 317, 318, 319, 320.
Apoſtolorum duodecim ordo & ſeries apud S. Lucam Evangeliſtam p. 314, 315.
Athenius, homo litium temporúmque varietatibus exercitatus, p. 310, 311.
Attagenæ & Perdices, pingues ruris aves, p. 298.
Auguſti nomen æternum p. 296.
Auſonij Burdigalenſis ætas, Conſulatus, & Tetraſticha in antiquas Imagines duodecim menſium cum Annotationibus; p. 275, 276 & deinceps uſque ad pag. 302.

B.

Barlaami Monachi Calabri ætas & ſcripta contra Latinos p. 326, 327.
Card. *Baronij* Annales Eccleſiaſtici corriguntur & illuſtrantur. p. 324.
Bucherius; vide *Ægidius*.

C.

C pro G p. 294.
Calendarium Romanum ethnicæ vetuſtatis ab Hadriano Junio Medico

dico A. 1553 editum; p. 300.
Calendarium Romanum ethnicæ vetuſtatis à Joanne Raſſio A. 1584 editum, corrigitur & illuſtratur p. 293.
Calendarium Romanum ethnicæ vetuſtatis, à R. P. Ægidio Bucherio S. J. A. 1634 editum illuſtratur, corrigitur & augetur pag. 289 & deinceps uſque ad pag. 302.
Calendarium Romanum ethnicæ vetuſtatis cum antiquis Imaginibus duodecim Menſium, Auſonij Tetraſtichis, & Annotationibus; p. 276 & deinceps uſque ad pag. 302.
Calendæ Januariæ, Natalis honorum; p. 291.
Callicule, ornamenta rotunda veſtium, p. 301.
Calliſtus Patriarcha CPnus p. 322.
Calvities Sacerdotum Iſiacorū p. 299.
Camillus, Vir Illuſtris, p. 310, 311.
Capuana antiqua Imago ſupremæ Cœnæ Chriſti Domini p. 313.
Carbaſeus amictus, p. 299.
Cariſtia ſive *Chariſtia* p. 291.
Cerealia p. 295.
Chriſti ſtatua ænea antiquiſſima Cæſareæ Philippi, p 317, 318.
Chriſti ſuprema Cœna, & in eâ ordo accumbendi p. 313, 314, 315.
Circulus Stibadij p. 311.
Codex Theodoſianus illuſtratur & corrigitur p. 298.
Colonienſis Academia; vide *Academia*.
Coloſsi coronatio ſolennis pag. 293.
CM. Congiarium p. 290.
Imp. *Conſtantini* Magni Initium Imperij p. 295.
Imp. *Conſtantini* Magni Victoria de Francis & Alamannis p. 295. Item de Sarmatis, ibid.
Conſtricta Volumina, Conſtricti Libelli, p. 320.
Conſulare Epulum p. 309.
Conſularis habitus p. 290.
Conſularis locus in Convivio p. 309.
Conſules, Purpurei Proceres, p. 291.
Convivæ primi & ultimi loca p. 309 & deinceps uſq; ad p. 315.
Convivij locus primus ſeu ſummus p. 309, 310 & deinceps uſque ad pag. 315.
Convivij locus noviſſimus p. 310.
Convivij locus imus ſeu ultimus p. 309 & deinceps uſq; ad p. 315
Convivij ſeu Epuli Dominus p. 309 & deinceps uſque ad p. 315.
Convivium Chriſti ſupremum cum duodecim Apoſtolis, & ordo in eo accumbendi, p. 313, 314, 315.
Convivium, quo Chriſtus à Simone Phariſæo exceptus eſt, & ordo in eo accumbendi, p. 315.
Convivium Imp. Majoriani & ordo in eo accumbendi p. 309, 310, 311, 312, 313.
Convivium Maximi Tyranni, cui S. Martinus interfuit, p. 312, 313.
Convivium Pharaonis Regis Ægypti p. 309.
Cubitus ſuffixus, Cubitus preſſus, p. 312.
Cuſpinianus; vide *Joannes*.
S. *Cyrilli* Archiepiſcopi Alexandrini Anathematiſmus nonus contra Neſtorium p. 329.

D.

Dædalus à δαιδάλλειν p. 291.
Diane pro Diana p. 292, 296.
Dies Ægyptiacus p. 290.
de *Dinckelspübel*; vide Joannes.
Dionis Caſſij locus de Imp. Hadriani accubatione in Sigmate ſive Stibadio tetraclino emendatur & illuſtratur p. 309.
Divus, titulus Imperatoris jam mortui; *Dominus*, titulus Imperatoris adhuc ſuperſtitis; p. 295.
Domini Convivij ſeu Epuli locus p. 309 & deinceps uſq; ad p. 315.

E.

E pro A; p. 29.
E pro Æ p. 296.
Ederus; vide *Georgius*.
Eliæ Vineti Notæ in Auſonij Tetraſticha duodecim Menſium illuſtrantur

tur & corriguntur p. 292, 294, 297, 299.
Ἐπὶ Σηκρήτῳ In Secretario, p. 327, 328.
Equitum Romanorum Probatio ſolennis p. 295.
Equus Marti ſacer p. 297.
Evangelij Codex, ſymbolum Novi Teſtamenti & Apoſtolatûs Gentium, p. 320.
Euſtratius Garydas, Patriarcha Conſtantinopolitanus perperàm à Card. Baronio vocatur Euſtathius p. 324.

F.

Fabariei p. 294.
Faber; vide *Joannes*.
Faſti Conſulares, à Joanne Cuſpiniano frequenter citati, exſtant manuſcripti, & quidem integri, in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ; p. 275, 276.
Franci p. 295.
Fritillum p. 301.
Fuchſmagius; vide *Joannes*.

G.

Gallus, ſymbolum Larium & vigilantiæ; p. 291.
Georgij Archiepiſcopi Nicomedienſis, Oratio de Cruce p. 302.
Georgij Ederi Catalogus Rectorum & Profeſſorum Academiæ Vindobonenſis corrigitur p. 303.
Gloſſaria antiqua græco-latinum & latino-græcum corriguntur & illuſtrantur p. 301.
Gratianenſis, Vir Illuſtris, p. 310, 311.
S. *Gregorij* Magni Liber Sacramentorum & Benedictionale p. 306, 307.
S. *Gregorius* Turonenſis illuſtratur p. 313.
Gymnaſium barbarè Gignaſium p. 305.

H.

Imp. *Hadriani* Convivium in Stibadiotetraclino p. 309.
Halcyon, Halcyonei dies, Halcyonei Ludi, p. 300.
Haſelbachius; vide *Thomas*.
de *Haſſiâ*; vide *Henricus*.
Hecate, Diana, p. 296.
Hegira; vide *Anni* Hegiræ.
Henricus de Haſſia p. 303, 305.
Hieracium, Vrbs Calabriæ, p. 327.
Hieronymi Mercurialis Opus de Arte Gymnaſticâ corrigitur & illuſtratur, p. 313, 314, 315.
R. P. *Hieronymi* Pradi S. I. Explanatio Prophetiæ Ezechielis corrigitur & illuſtratur p. 313, 314, 315.
Holſtenius; vide *Lucas*.
Horologij ſolarij antiquæ duæ Imagines p. 294.

I.

S. Apoſtoli *Jacobi* Minoris Cathedra Epiſcopalis Hieroſolymis, p. 318.
Jacobi Middendorpij locus de fundatione Academiæ Vindobonenſis corrigitur p. 303.
R. P. *Jacobi* Sirmondi S. I. Notæ in Sidonium Apollinarem corriguntur & illuſtrantur p. 312, 313, 314, 315.
Janus Pannonius; vide *Joannes*.
Imagines SS. Apoſtolorum Petri & Pauli p. 315, 316, 317, 318, 319, 320.
Imagines quatuor Evangeliſtarum p. 315, 316, 321.
Infra aliquem accumbere, Sub aliquo cubare, In ſinu alicujus recumbere, p. 309 & deinceps uſq; ad p. 315.
Invictus, titulus Imp. Conſtantij, p. 300.
Joaſaphus Chriſtodulus; vide *Joannes* Cantacuzenus.
S. *Joannes* Evangeliſta in ſupremâ Cœnâ Chriſti Domini primum amoris locum obtinuit, p. 314, 315.
Joannes ab Aich, Epiſcopus Eichſtetenſis, p. 305.
Imp. *Joannes* Cantacuzenus ſub nomine Joaſaphi Chriſtoduli monachus p. 326.
Joannes de Dinckelſpühel p. 305.
Joannes Faber, Epiſcopus Vindobonenſis, p. 275.
Joannes Fuchſmagius p. 275.
Joannis Cuſpiniani Codices manuſcripti

pti Hiſtorici Latini in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ; p. 271.
S. Joannis Damaſceni notabilis locus de Proceſſione Spiritûs Sancti, p. 328.
S. Joannis Damaſceni Liber contra Neſtorianos p. 322.
Joannis Itali ætas, vita, ſtudia, hæreſis, damnatio, & ſcripta; p. 322, 323, 324, 325, 326.
Joannis Itali Commentarius græcus in Librum ſecundum, tertium & quartum Topicorum Ariſtotelis; p. 325.
Joannis Leunclavij verſio latina Hiſtoriæ Dionis Caſſij corrigitur & illuſtratur p. 309.
Joannis Pannonij, Epiſcopi Quinq;-Eccleſienſis, eruditio & apud Regem Hungariæ Matthiam Corvinum varia fortuna p. 307, 308.
Joannes Philoponus diverſus à Joanne Italo p. 322, 323, 324, 325.
Joannis Philoponi ætas p. 322.
R.P. *Joannis* Baptiſtæ Villalpandi S. I. Explanatio Prophetiæ Ezechielis corrigitur & illuſtratur p. 313, 314, 315.
Joſephus Scaliger p. 297.
Iris dædala p. 291.
Iſis, Dea Linigera, Iſiaci Sacerdotes Linigeri, p. 299. Iſiacorum Sacerdotum calvities ibidem. Iſidis Siſtrum & Siſtrata turba, ibid. Iſidi ſacer eſt Anſer, ibidem. Iſis multimammia, ibid.
Italus; vide *Joannes*.
Jupiter Ammon p. 293.
Jupiter pluvius p. 300.

K.

K Alendarium; vide *Calendarium*.

L.

L Acus Bromij, Weinboding, p. 298.
Larva ſeu Perſona ſcenica p. 301.
Lavatio manuum in Convivijs ad ſingulos miſſus p. 311.
Lazius; vide *Wolfgangus*.
Legis Volumen conſtrictum, ſymbolum Veteris Teſtamenti & Apoſtolatûs Judæorum, p. 320.
Leonis X Papæ Diploma de Indulgentijs p. 319.
Leunclavius; vide *Joannes*.
Imp. *Licinij* fuga p. 294; debellatio p. 296; deditio voluntaria p. 298.
Linigera Dea, Iſis, p. 299.
Linigeri Calvi, Sacerdotes Iſiaci, p. 299.
Locri Epizephyrij Vrbs Calabriæ, p. 327.
Lotio, Lavatio, p. 291.
Lucas Holſtenius, Præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis Hamburgenſis, p. 320.
S. *Lucæ* Evangeliſtæ Adtonſio capitis ſive Corona Clericalis ſeu Monaſtica p. 321.
Ludi Auguſtales p. 297.
Ludi Francici p. 295.
Ludi Gotthici p. 291.
Ludi Halcyonici ſeu Halcyonei p. 300.
Ludi Jovi Liberatori p. 298.
Ludi Maximati p. 293.
Ludi Romanorum, Ludi Romaniani, p. 296.
Ludi Triumphales p. 296.
Ludi Vulcanalici p. 296.
Lupus Marti ſacer p. 292.
Lychnapſia p. 295, 296.
Λυχναψία, feſtum Ægyptiorum, p. 295.

M.

M Acelli coronatio ſolennis p. 293.
Macellus pro Macellum p. 293.
Magiſtrati pro Magiſtratus p. 300.
Magnus Ex-Conſul p. 310, 311.
Imp. *Majoriani* Convivium & ordo in eo accumbendi p. 309, 310, 311, 312, 313.
Majus liniger p. 294
Mammæa, Mamæa, Mamea, p. 296.
Margo Stibadij ſemicircularis p. 310, 311.
Martialis Epigramma illuſtratur & defenditur p. 320.
Matralia p. 294.
Matthias Corvinus, Rex Hungariæ, p. 308.

Maximi Tyranni Convivium p. 312, 313.
Maximi Planudis, Monachi Conſtantinopolitani, Argumentationes quatuor contra Latinos de Proceſſione Spiritûs Sancti; p. 328, 329.
Memphis & Memphidia Sacra p. 299, 300.
Mercurialis; vide *Hieronymus*.
Mericus, amnis Calabriæ, p. 327.
Michaelis Pſelli ætas p. 323.
Minerve pro Minerva p. 292, 307.
Munus Arcadicum p. 300.
Munus Candidatorum p. 300.

N.

NAtales variorum Deorum & Dearum p. 290.
Natalis pro Initio Imperij p. 295; item pro Initio Dignitatis Cæſareæ p. 298; item pro die Victoriæ p. 300.
Natalis Æſculapij p. 296.
Natalis Imp. Alexandri Severi p. 297.
Natalis Imp. Antonini Pij p. 296.
Natalis Charitum p. 290.
Natalis Imp. Conſtantij p. 295.
Natalis Dianes p. 292, 296.
Natalis Imp. Gordiani p. 290.
Natalis Imp. Hadriani p. 290.
Natalis Jovis Ammonis p. 293.
Natalis Mammææ p. 296.
Natalis Mercurij p. 293.
Natalis Minerves p. 292.
Nicephorus Calliſti diverſus à Calliſto Patriarchâ CPno p. 322.
Nicephori Calliſti traditio de ſtaturâ & formâ corporis SS. Apoſtolorum Petri & Pauli illuſtratur & defenditur. p. 316, 317, 318, 319, 320.
Niceta, Archidiaconi Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ & Chartophylacis, Capita undecim de Orthodoxâ Fide totidéq; Anathematiſmi contra Joannem Italũ, p. 322, 324.
Nicolai V Papæ Diploma p. 319.
Novitus, amnis Calabriæ, p. 327.

O.

OCtober Equus p. 298.

P.

PÆonius, diffamator Sidonij Apollinaris clancularius, p. 310, 311.
Papa Sigillum plumbeum p. 319, 320.
Pariſius pro Pariſijs p. 305.
S. *Paulus* fuit calvus, non autem S. Petrus, p. 317.
S. *Paulus* à dextrâ S. Petri p. 319, 320.
Paulus Petavius p. 297.
S. *Petri* Apoſtoli Primatus p. 314, 315, 316, 319.
S. *Petrus* in ſupremâ Cœnâ Chriſti Domini primum honoris locum obtinuit; p. 314, 315.
S. *Petrus* non fuit calvus, ſed S. Paulus, p. 316.
S. *Petrus* à ſiniſtrâ S. Pauli p. 319, 320.
Pharaonis Regis Ægypti Convivium & ordo in eo accumbendi p. 309.
Pradus; vide *Hieronymus*.
Πρωτοκλιςία p. 310.
Pyrgus aleatorius p. 301.

Q.

QUinquatria, Cinquatria, p. 292.

R.

RAſtius; vide *Joannes*.
Roma Subterranea illuſtratur p. 302.
Romuleus, Romanus, p. 291.

S.

SArmata p. 295.
Saturnalia menſis Decembris p. 301.
Scaliger; vide *Joſephus*.
Scrinium librarium cum Voluminibus ſive Libellis conſtrictis p. 320.
Σίκρετον, Secretarium, p. 329.
Seminaria, Vrbs Calabriæ, p. 327.
Senati pro Senatûs & Senato pro Senatu p. 295. 298.
Senatus legitimus & Senatus indictus differunt; p. 290.
Servi ad pedes in Convivijs p. 311.
Severinus Conſul p. 310, 311.
Sidonius Apollinaris, Comes honorarius

rius, & poſteà Epiſcopus Arvernorum, p. 309, 310, 311.
Sidonius Apollinaris, Satyrographus, p. 310, 311.
Sidonij Apollinaris locus de Convivio Imp. Majoriani illuſtratur p. 309 & deinceps uſq; ad pag. 315.
Sigilla plumbea Summorum Pontificum Romanorum, capitibus SS. Apoſtolorum Petri & Pauli inſignita, p. 317. 319, 320.
Sigma octaclinon p. 311, 312.
Sigma tetraclinon p. 309.
Simplicij Philoſophi ætas p. 322.
Sinus lactis p. 292.
Sirmondus; vide *Jacobus*.
Siſtrum Iſidis & Siſtrata turba p. 299.
Stibadij duo cornua, ſiniſtrum & dextrum, p. 309 & deinceps uſq; ad p. 315.
Stibadium ſemicirculare, quatuor accumbentes capiens p. 309.
Stibadium ſemicirculare, octo accumbentes capiens, p. 311, 312.
Summus locus, in ſummo lectulo accumbere p. 309.
Super aliquem accumbere p. 309 & deinceps uſq; ad p. 315.
Συνανακείμενοι p. 310.
Syntheiſmus, cultus divinus variarum creaturarum loco Creatoris p. 329.

T.

Taurianum, Vrbs Calabriæ, p. 327.
Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis Epiſtola ad Joannem Epiſcopum Antiochenum p. 328.
Thomas de Haſelbach p. 304, 305.
Thuris uſus in ſacrificijs p. 290, 291, 293.
Thuris ſeu Turis ſcriptura & etymologia p. 293.
Titulare, Librum aliquem inſignire titulo, vel Libri titulum picturâ exornare; p. 290.
Trebaciſſimus, Tribaciſſimus, p. 310.
Triodium, Liber Eccleſiaſticus Græcorum, p. 325.
Tripos thuricremus p. 290, 291.
Τρυχάλια, Calliculæ, p. 301.

V.

Valentini Baſilica p. 275.
Valentinus ſub Imp. Conſtantio ex Primicerio Protectorum Tribunus & ex Tribuno Dux Illyrici; p. 289.
Vbera ferre humeris; p. 299.
Veſta aperitur, Veſta cluditur, p. 294.
Victor III Papa p. 313.
Vienna Auſtriæ perperàm pro Wienna Auſtriæ p. 319.
Viennenſis Academia; vide *Vindobonenſis*, *Wiennenſis*, & *Academia*.
Vindobonenſis ſive Wiennenſis Academia; vide *Academia*.
Vindobonenſium ſive Wiennenſium mulierum procacitas p. 306.
Villalpandus; vide *Joannes* Baptiſta.
Vinetus; vide *Elias*.
Volumen conſtrictum p. 320.
Vrbani VIII Papæ Diploma, quo Lucæ Holſtenio conceſſit Præpoſituram Eccleſiæ Cathedralis Hamburgenſis, p. 319, 320.
Vrbanus V & Vrbanus VI Papæ, fundatores Academiæ Vindobonenſis p. 303, 304, 305.

W.

Wienna Auſtriæ perperàm vocatur Vienna p. 319.
Wolfgangi Lazij locus de fundatione Academiæ Vindobonenſis corrigitur p. 303.

Z.

Enziarius p. 293.
Zinza p. 293.

COLLA-

COLLATIO NOVI ET ANTIQVI NVMERI SECVNDÆ CENTVRIÆ CODICVM MANVSCRIPTORVM THEOLOGICORVM GRÆCORVM, DE QVIBVS QVARTO HOC COMMENTARIORVM LIBRO SECVNDVM PRÆSENTEM COLLOCATIONIS EORVM ORDINEM SINGVLATIM ACTVM EST.

Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*	Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*
101	151.	133	191.
102	ſine numero.	134	22.
103	ſine numero.	135	21.
104	Philolog. 212.	136	199.
105	ſine numero.	137	222.
106	ſine numero.	138	12.
107	247.	139	15.
108	91.	140	281.
109	95.	141	79.
110	301.	142	100.
111	164.	143	7.
112	225.	144	26.
113	13.	145	17.
114	4.	146	29.
115	10.	147	290.
116	18.	148	48.
117	16.	149	23.
118	291.	150	86.
119	20.	151	49.
120	ſine numero.	152	87.
121	ſine numero.	153	215.
122	9.	154	88.
123	3.	155	333.
124	6.	156	330.
125	8.	157	221.
126	2.	158	107.
127	19.	159	240.
128	37.	160	ſine numero.
129	1.	161	76.
130	14.	162	233.
131	11.	163	106.
132	5.	164	78.

Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*	Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*
165	295.	183	ſine numero.
166	ſine numero.	184	210.
167	ſine numero.	185	232.
168	328.	186	ſine numero.
169	322.	187	220.
170	ſine numero.	188	96.
171	116.	189	303.
172	297.	190	ſine numero.
173	231.	191	73.
174	230.	192	71.
175	293.	193	ſine numero.
176	299.	194	98.
177	50.	195	89.
178	75.	196	217.
179	175.	197	ſine numero.
180	208.	198	261.
181	180.	199	176.
182	117.	200	304.

Ex jam enumeratâ
Centuriâ ſecundâ Codicum manuſcriptorum Theologicorum Græcorum
ſunt
Membranacei quadraginta:

nempe ſecundùm Numerum *novum* 112^{mum}, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 121, 122, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 135, 136, 137, 138, 139, 142, 143, 144, 145, 148, 149, 150, 154, 158, 167, 177, 178, 189, 192, 194, 195, 198;

Chartacei autem *ſexaginta:*

nempe ſecundùm Numerum *novum* 101^{mum}, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 119, 120, 123, 133, 134, 140, 141, 146, 147, 151, 152, 153, 155, 156, 157, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 190, 191, 193, 196, 197, 199, 200.

ERRATA RESIDVA

Libri *Primi* Commentariorum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi*, præter ea, quæ jam in fine Libri *Secundi* & *Tertij* notata ſunt.

Pag. 135 verſ. 14 inter *Archiepiſcopi* & *de* inſere *Oratio*. Ibidem verſ. 15 pro *quem* lege *quam*. Ejuſdem paginæ v. 20, 21 & 22 pro *Interim valdè mihi placet conjectura V. CL. Leonis Allatij, qui per librum hunc Georgij Nicomedienſis de Cruce*, quem lege *Interim haud aſpernanda eſſe videtur conjecturâ V. CL. Leonis Allatij, qui per Orationem hanc Georgij Nicodemienſis de Cruce*, *quam*. Ibidem verſ. 32 pro τὸν ſcribe Τὸν. & v.38 atq; 39 poſt *Hucuſq, Allatius* pone punctum, & ſequentia verba, *cujus conjectura hac, uti anteà dixi, valdè mihi videtur probabilis*, dele.

ERRATA RESIDVA

Libri *Secundi* Commentariorum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi*, præter ea, quæ jam in fine ipſius Libri *Secundi* & *Tertij* notata ſunt.

Pag. 299 verſ. penult. & ult. deleantur hæc verba: *ne tàm rarum & fructuoſum primitivæ Eccleſiæ Chriſtianæ monumentum diutiùs lateat*. Pag. 740 verſ. 3 pro *certò conſtat* lege *videtur*, & dele comma proximè ſubſequens. Pag. 1003 verſ. 27 dele *antehac ineditum*. Pag. 1004 verſ. 1, 2, 3 & 4 dele hæc verba: *Cæterùm quod ad S. Gregorij Benedictionale, Libro Sacramentorum ſubjunctum, & antehac ineditum, attinet, id nec in illo Codice MSto, quo Menardus uſus eſt, extitit*. Ibidem in Indice, lit. G., colum. 2 verſ. 21 & 22, dele *antehac non editum*.

ERRATA RESIDVA

Libri *Tertij* Commentariorum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi*, præter ea, quæ jam in fine ipſius Libri *Tertij* notata ſunt.

Pag. 165 verſ 25 pro *contra Joannem Philoponum* lege *contra Joannem Philoſophum, origine & cognomine Italum* Ejuſdem paginæ 165 verſ 36 & deinceps uſq; ad pag. 166 verſ. 31 delenda ſunt omnia illa, quæ ibi memorantur de Joanne Philopono à verbis *Plura de Joanne Philopono* &c uſq; ad verba *ſecundùm Diogenem Laertium*. Pag. 177 v.37 pro φιλν ſcribe φίλν. Pag. 247 verſ. 3. 4 & 5 delenda ſunt hæc verba: *Recenſio & Refutatio variorum errorum & librorum hæreticorum ejuſdem Joannis Philoponi extat in Codice LXXVIImo*. Pag. 252 verſ. 38 pro 202 vel 203 lege 302 vel 303. Pag. 255 verſ. 37 pro *contra Joannem Philoponum* lege *contra Joannem Philoſophum, origine & cognomine Italum*. Pag. 267 colum. 2 verſ. 47 & 48 deleantur omnia hæc verba: *S. Methodius Martyr, Tyri in Phœniciâ Epiſcopus paſſus eſt A. C: 202 vel 203*. Loco autem horum verborum ſcribe proximè ſequenti paginâ 268, colum. 1 inter verſ 35 & 36: *S. Methodius Martyr, Tyri in Phœniciâ Epiſcopus, paſſus eſt A. C. 302 vel 303 ſub Impp. Diocletiano & Maximiano*. Pag 344 verſ. 8 pro *Clericalis & Monaſtica* lege *Clericalis ſeu Monaſtica*. Pag. 360 pro *communi* lege *communis*.

ERRATA

Libri *Quarti* Commentariorum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi*, quæ primâ vice inter relegendum obiter à me obſervata ſunt.

Pag. 16 v. 13 pro XII lege XVII. Pag. 54 v. 30 dele hæc verba: *ejuſdem S. Gregorij Nyſſeni*. Pag. 64 v. 20 pro 258 lege 257. Ibid. v.30 pro 259 lege 258, & pro 270 lege 269. Pag. 65 v. 16 pro ἐκκλησιαῖς ſcribe ἐκκλησίαις. Pag. 68 v.29 pro Ἔλυσιν ſcribe Ἔλυσιν. Pag. 83 v. 31 pro *euſdem* lege *ejuſdem*. Pag. 111 v. 5 pro *Excepta* lege *Excerpta*. Pag 112 v. 22 & 23 pro *Hoſpitalite* lege *Hoſpitalitate*. Pag. 124 v. 28 pro *interfuerir* lege *interfuerit*. Pag. 149 v. 9 pro *editas* lege *editos*. Pag. 150 v. 8 poſt *Magni* pone comma. Pag. 151 in marg v. 1 pro (2) lege (1). Pag. 155 v. 3 pro ἥκοσενται ſcribe ἡκόσενται. Pag. 157 in marg pro *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos nonageſimus quintus* lege

Fuit

Fuit is olim extra numerum. Pag. 162 v. 37 pro *Synthiſmo* lege *Syſthiſmo.* Pag. 165 v.27 pro *ſeptingeſimi* lege *ſeptingenteſimi.* Pag. 168 v. 20 pro *Athanaſij* lege *Anaſtaſij.* Pag. 177 v. 2 pro *qui* lege *quæ.* Pag. 180 in marg. pro (4) lege (3). Pag. 188 v. 21 pro *Georgij* lege *Gregorij.* Pag. 197 v. 16 pro *Simeonis* ſcribe *Symeonis.* Ibid. in marg. v.9 & 10 pro *tan-tantùm* ſcribe *tantùm.* Pag. 209 in marg. v.41 pro *dag.* lege *pag.* Pag. 211 v. 12 pro *Coducum* lege *Codicem.* Ibid. v. 25 pro πρὶ lege περὶ. Pag. 216 v. antepenultimo & in fine pro Ἐφεgσις lege Ἐκφϱάσις. Pag. 254 v. 6 pro *Aphantbiſmata* ſcribe *Apanthiſmata.* Pag. 265 col. 2 v. 35 pro *iliuſtratur* lege *illuſtratur.* Pag. 293 in marg. pro *Cladij Danuſquij* lege *Claudij Dauſquij.* Pag. 308 v. penult. pro *cudicio* lege *judicio.* Hæc ſunt, BENEVOLE, LECTOR, quæ *Librum* hunc *Quartum* primâ vice obiter relegenti mihi emendatu neceſſaria ſe obtulerunt. Reliqua autem ejuſdem generis, quæ deinceps vel ipſe obſervaturus ſum, vel ab alijs mihi indicabuntur, publicabo, volente DEO, in fine *Libri Quinti.*

ADMONITIO

ad *Bibliopegum* de ordine *triginta trium Iconiſmorum æri inciſorum,* qui Libro *Quarto* Commentariorum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi.* inſerti ſunt.

1. *Aquila Imperialis* agglutinandâ eſt *Titulo* ſive *Frontiſpicio* Libri, ubi locus ei rei deſtinatus eſt vacuus.
2. Antiqua Imago *Scalæ Paradiſi Joannis Climaci* inſerenda eſt inter pag. 190 & 191.
3. *Horologium* (1) *Providentiæ Divinæ* cum Symbolo Autoris, *Sua quemque Sors manet*, agglutinandum eſt paginæ 270, ubi locus ei rei deſtinatus eſt vacuus. (1) *Vide S. Matth. Evangel. cap. 20. & Salomon. Eccleſiaſt. cap. 9 v. 11.*
4. *Titulus Calendarij Romani ethnicæ vetuſtatis* inſerendus eſt è regione paginæ 276.
5. Antiqua Imago *menſis Januarij* inſerenda eſt è regione paginæ 277.
6. Antiqua Imago *menſis Februarij* inſerenda eſt è regione paginæ 278.
7. Antiqua Imago *menſis Martij* inſerenda eſt è regione paginæ 279.
8. Antiqua Imago *menſis Aprilis* inſerenda eſt è regione paginæ 280.
9. Antiqua Imago *menſis Maij* inſerenda eſt è regione paginæ 281.
10. Antiqua Imago *menſis Junij* inſerenda eſt è regione paginæ 282.
11. Antiqua Imago *menſis Julij* inſerenda eſt è regione paginæ 283.
12. Antiqua Imago *menſis Auguſti* inſerenda eſt è regione paginæ 284.
13. Antiqua Imago *menſis Septembris* inſerenda eſt è regione paginæ 285.
14. Antiqua Imago *menſis Octobris* inſerenda eſt è regione paginæ 286.
15. Antiqua Imago *menſis Novembris* inſerenda eſt è regione paginæ 287.
16. Antiqua Imago *menſis Decembris* inſerenda eſt è regione paginæ 288.
17. *Antiquiſſimi Codicis manuſcripti Græci Geneſeos Tabula trigeſima quarta,* quâ repræſentatur *Convivium Regis Pharaonis,* inſerenda eſt è regione paginæ 309.

18, 19, 20, 21. *Quatuor Iconiſmi*, unâ Tabulâ comprehenſi, quorum tribus prioribus *Imagines Sanctorum Evangeliſtarum Matthæi, Marci* & *Lucæ*, quartâ autem ſive ultimâ *Imagines SS. Apoſtolorum Petri* & *Pauli* repræſentantur, inſerendi ſunt inter pag. 316 & 317.

22, 23, 24. *Tres Iconiſmi*, unâ Tabulâ comprehenſi, quibus repræſentantur *tria Sigilla plumbea Summorum Pontificum Nicolai V, Leonis X* & *Vrbani VIII* inſerendi ſunt inter pag. 318 & 319.

25, 26, 27, 28. *Quatuor Iconiſmi*, unâ Tabulâ comprehenſi, quibus repræſentantur *quatuor Sancti Evangeliſtæ ſedentes*, inſerendi ſunt inter pag. 320 & 321. (*).

29, 30, 31, 32. *Quatuor Iconiſmi*, unâ Tabulâ comprehenſi, quibus repræſentantur *quatuor Sancti Evangeliſtæ ſtantes*, inſerendi ſunt inter pag 320 & 321. (**).

33. *Emblema infructuoſi laboris*, quo exhibentur *duo boves duriter arantes*, cum Inſcriptione, *Sic vos non vobis*, agglutinandum eſt paginæ ultimæ, ubi locus ei rei deſtinatus eſt vacuus.

FINIS.



VA1 1520009